



**D. Erasmi Roterodami viri vndecunq[ue] doctissimi  
Lucubrationes, quarum Index positus est facie sequenti.**

<https://hdl.handle.net/1874/433503>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


Des. Erasmi  
Opuscula.

F. qu.  
272














Miscellanea Theologica

Quarto n<sup>o</sup>. 272.





1. *Eravum limbatum* L. De herbis part  
p. 10 appropos. Remig. deinde vilgare. Et quae  
in laevig. of esse etiam in de vilgare  
in H. p. de la 1112. 112. et 1120. Proben. 1140. 82.  
le minter agna. Dit. 1111. 1112. 1113.  
in p. sola parent. Eravum et 1112. 1113.  
Linn.





HIERONYMUS

D. ERASMI ROTTERODAMI VIRI  
 vndecunq; doctissimi Lucubrations, quarum Index  
 positus est facie sequenti.

ἀλλὰ οὐ θέλω, ἐπεὶ θεὸς  
 γίνω βιβλιοποιεῖν.



AUGUSTINUS



AMBROSIVS

IN LIBERA ARGENTINA  
 Ex recognitione authoris.

Cum gratia & privilegio Imperiali ad sexennium.



GREGORIVS



# LYCVBRATIONVM

Index,

Enchiridion Militis Christiani.

Disputatio de Tedio & pauore Christi.

Exhortatio ad virtutem, ad Adolphū principē Veriensem.

Precatio ad Virginis filium Iesum.

Pæan Virgini Matri canendus, compositus in gratiam do-  
minæ Veriensis.

Obsecratio ad Mariam in rebus aduersis.

Oratio in laudem pueri Iesu.

» Enarratio allegorica in primū psalmum Beatus vir.  
iam pridem reuisa ab Erasmo.

Carmen de casa natalicia pueri Iesu.

Carmen Iesu ad mortales.

Carmina complura de puero Iesu.

Carmina de Angelis.

Carmen græcanticum Virgini sacrum Mariæ.



NICOLAUS GERBELLIVS

DD, Doctor, Literarum, simul & pietatis  
Amatoribus, Benefacere,

**N**EMO est vspia studiosoru qui nesciat, quo  
nu sint loco, quo statu literę latinę, que fue  
rint paucos ante annos. Nemo ite (vt arbi  
tror) ignorat, qua hactenus inambulauerit  
via, qua tractatu sit arte, quibus excultu studiis, nego  
tiu scriptura sancta. Primu ad literas quod attinet,  
Quid vnq queso fuit miserabili, qua cu tot essent acri  
a, elegancia, candidissimaq ingenia, nullu adesset fere  
studiu, nullae literae, cultus admodu modicus. Cumq  
paululum, veluti per nubeculam, percq minutissimas  
quasdam rimulas literae sese ostenderent, simul & se  
cundam graecanicam Paroemiā κατὰ τὴν ἰσχυρὰ ἐπεδ  
δ οἰσ ἀρκὰ ἀμεινον ὀρων ὄρων πύχοιερ, non tamen erant  
ilico monitores, qui studiosis eas vel aperirent, vel  
commendarent. Deinde quibusdam (vt videtur) nota  
admodu doctis, pueroru ingenio, atq industria con  
sulere volentibus. Proh deum, atq hominum fidem  
quantum hi terram caelo, aqua igni comiscuerunt, li  
terarumq radiis comodum e nube emergentibus, tot  
obfuderunt tenebras, tot asperferunt sordes, tot affue  
runt pannos, vt iam non amplius literaru agnosceres  
sinceritatem, atq candorem. Coueniebat sane tunc,  
cum se primu tenellis oculis animisq, studiorum ful  
gor illatebraret, breuibus initiis, quasi quibusda pre  
exercitamentis, pueroru ingenia illustrare, non diffi





cilibus sophismatis, atq; quæstionculis quibusdam teneras  
auriculas obtundere. Hinc factum esse quis ibit inficias, vt  
tarde admodū ad veram eruditionē peruenerint nonnulli,  
atq; illi perpauca, eo q̄ inuerso ordine, currus bouem trahes  
ret, bobusq; (vt dicitur) lepores venarētur. Nam cedo, quid  
erat absurdū, quā cum Donati præceptionibus imbuen  
dus esset puer. De intellectu nostro, de causarum effectibus,  
deq; specierū abstractione cum puero differere: Perinde ac  
si iam Plato esset, non paruus Iulus, quasi cum Aristotele  
negotiū agas, non cum imbelli puero. Hæc res non parum  
multos egregios iuuenes morabat, neq; vehemēter paucos  
deterrebat a studio literarū. Donec foelicibus auspiciis, euis  
cta nube, dispulsis tenebris, vna cū mansuetioribus Musis  
bonæ literæ, medio cœlo, paulo quā antea sublimius, cepe  
runt resp̄l̄descere, eiecta putida, foedissimaq; barbarie. Sub  
inde renascētib; nouis ingeniis, nouis præceptoribus, qui  
rem intelligentes, probius meliusq; suos instituerūt. A qui  
bus non admodū pauci profilerunt, atq; adeo multi, vt eos  
iam amplius ἢ πᾶσι μὴ πάντας ἄρα. Hoc modo reuiuuerunt  
literæ, quæ tot emarcuerāt casualibus. Hac viâ reffloruerunt  
studia elegantiora, quæ tot aruerant sophistarū spinis. Hoc  
cultu resp̄l̄duerūt omnes bonæ artes, quæ tot argutiarum  
tenebris obscuratæ inhorruerant. Sola sola restat adhuc sa  
crarū peritiā literarū. Digna sola cui manus auxiliæres ad  
hibeant, cui studiū omne consecretur, cui cedant vniuersa,  
Sola adhuclatet vetus illa, & sancta diuinarum scripturarū  
cognitio. Sola adhuc vera & antiquissima sapientia caput  
inter nubila condit. Eam puto quā Christus Iesus dominus  
noster homo factus, docuit in hoc mūdo. Eam puto, quam  
traditā a Christo ceu lampada, posteris cōmendarūt paupe  
res illi, & vere sapientes Apostoli. Eam puto quam diuinus,  
atq; doctissimus Paulus, Homerico persimilis Stentori, ho  
minū auribus iculcauit. Eam existimo quā post Christum,  
post Apostolos, post Paulū, Origenes, Chrysostomus Gr:

gorius Nazianzenus, Cæteriq; eiusdē farinae viri, omnium  
 quos prior illa tulit ætas κορυφαῖοι, memoriæ prodiderunt,  
 Atq; id ipsum (vt me deus amat) nō Barbare cultuq; negle-  
 cto, sed elegāter & venuste, Non modice & subobs cure, sed  
 ampliter atq; dare. Non spinis quibusdā horrentibus sordi-  
 dam asperāq;, sed floridā, nitentem, oleoq; quouis tranquil-  
 liorē. Non supbe fastuq; plusq; inurbano de caprarū lanis,  
 deq; porcorum pilis digladiantes, sed leniter, habitu vultuq;  
 perquā humano, de pietate, de fiducia, de charitate loquen-  
 tes cū paruulis in Christo. Non fundamentū facientes, atq;  
 exordiū homiliarū Aristotelem, Sed Christū, qui lapis est,  
 qui petra dicitur, & verū fundamentū. atq; vt dicā breuius  
 ἀλφά κωϊ ω. Hæc inquam solida & vera sapientia, nondū e  
 veteribus seculis plena atq; integra ad nostra tēpora remes-  
 auit. Nondū didicimus vera pro vanis amplecti, reiectisq;  
 inutilibus, ea diligere, ea exosculari, quæ p̄fos facere solent  
 non pertinaces, promptosq; ad contendendū cum quouis,  
 sup̄re quavis leuissima. Verū augur or statim futurum aliis  
 quē foelicem Geniū, qui sit huic rei præsens, atq; salutiferū  
 pharmacū allaturus. Vt quemadmodū iam pridē humanio-  
 res literæ emerferūt, ita vel nunc saltē prodeant, proferatq;  
 caput, Archanae illæ mysticæq; literæ. His redimitæ, his or-  
 natae, illis comitatae quorsumcūq; vadant. Ne quispiā futu-  
 rus sit, tã ignauus, tam indoctus, tã excors, qui non illectus  
 illarū elegantia, atq; harū captus maiestate, relictis seculari-  
 bus cū negotiis, tū studiis, ea sola aperto sinu, & ἀμφοτέροις  
 χερσὶ amplectat, quæ ducūt ad pietatē, rapiunt e terrenis in  
 sublimia, eleuāt ex humilibus ad excelsa, faciunt ex mortali-  
 bus imortales, ex hoibus deos. Sed cur dixi augurari me  
 futurū quempiā, qui manus sit adhibitur⁹ salutare, veteri  
 illi, atq; eidē piissime Theologiæ. Qui auxiliariibus copiis,  
 suppetias sit laturus sacrosanctæ illi professioni. Cum iam  
 dudū fata cōuenierint, sabrefecerintq; hoīem, qui huic hu-  
 meros supponat oneri. Cum musæ pridē congregatæ vnū

se legerit, qui veluti archidux & antesignanus, copias ordi-  
net, instruat acie, moliat pugnā, victoriam speret, accipiatq;  
Cum nuper blandę illę, facilesq; Charites in eam pedibus  
ierint sniam. Ut vnus caput suū deuoueat p multis, pro re  
tam salubri, tam ardua, tā diuina. Is est doctissimus Erasmo  
ille, qui ab ipis ad hoc munus satis factus esse existimari po-  
rest. qui opus molit, vt arduū sane atq; difficile, ita pulcher-  
rimū illud, dignissimūq; vt a solo Erasmo & initiū sumat,  
& perficiat. Hoc est, vt literę sanctę non diutius Delio ege-  
ant natatore, sed liberę solutęq; compedibus, cultores suos  
ducant ad cognitionē eius, qui rector est orbis, quē formi-  
dant inferi, Superi admirātur, venerant Angeli. Verū vt ab  
Erasmo factū hoc esse cognoscas, degustabimus paululū lu-  
culentissimas eius Lucubrationes, atq; ab his, velut vnguis  
bus, qd in maioribus & velit, & possit facere, perpendamus.  
In Enchiridio noua quędā pręcepta, nouā institutionē, no-  
uas leges p̄scribit his, qui vere militant sub Christo. Nō q  
huiuscemodi ante ipsum nemo scripserit. Sed q ppauci hoc  
modo. Plurimū refert qua arte, quo astu, qua idustria bene  
viuēdi, beneq; faciendi pręcepta hoim auribus insinuētur.  
Nam si verū est gręcanicū illud τὸ τέχνηον ᾧσα γὰρ ἀπέφε-  
quis ambigit peculiariū hoc sibi hanc artē vendicare. Por-  
ro si spectes orationē quę de amplectenda virtute principi  
Verienti inscribit, nō existimo quemuis fore principē, qui  
nō alacrius quā antea, & studia, & virtutes sit amplexurus.  
Si orationē ad filium Marię legeris. Ingēs verecūdia, neq;  
ignauia minor te castigabit, te virgebit, q tam clementi prin-  
cipi, tam indulgētissimo patri, tamq; misericordi deo, tam ve-  
hemēter es ingratus. Si ea quę ad candidissimā virgine scri-  
būtur, animū tuū subierint. Faciem tuā alioqui superbe ela-  
tam delicię, admirabilē contemplatus in virgine humilitas  
tem. Proinde quantū te mundi huius delicię, quantū orbis  
huius voluptates sollicitant, tantū te eius virginitas, castitas,  
quę orbis genuit conditorē, abstrahet a mūdo. Parū cupidi

ratis, fastidij plurimū afferet, praesens, haec pompa, atq; huius  
seculi potestas. Si cogitaueris quā egenā fuerit, suiq; cōtem  
ptrix, quę regina vniuersi, regē pepit vniuersorū. Tamen si  
in his lucubrationibus nihil sit, q; nō peculiariter, & quasi  
ex instituto faciat ad pietatē. Mirum tamē dictū q̄tum gra  
tia oibus afferat figura dictionis, admirandū in modū ele  
gans & venusta. Adiciū his Lucubrationibus, quæ superis  
oribus annis emanarūt, nouū quoddam opusculū. Quod si  
pius es, si veritatē amas, si solus tibi placet Christus, maxi  
mopere demiraberis. Nempe quod nouā quandā formulā  
ostendit, quo ingenio, qua eruditione, tractandæ sint literæ  
sanctæ. Sed quod est illud ais? Enarratio illa elegantissima  
in primū psalmū. Eam si nō a limine solū, sed penitius atq;  
introrsum, vt ita dixerim, salutaueris, nō credis quātum sis  
inde accepturus tum gaudij, tū voluptatis. Si vero dimoto  
ab oculis somno ἀπειρό fueris καὶ θωρόσ, multum profecto  
accipies vtilitatis, bonorūq; oīm aceruū acumatissimum.  
Sed si tuo maioris quā meo iudicio picitari. Lege attentius,  
appēde ad librā singula accuratius, & frugē tibi afferēt oīa  
cumulatius, videbisq; nos tibi ex re consuluisse. Speramus  
futurū, vt sacrae literæ eum sint olim habituræ honorē, quē  
nuper secularia studia receperūt. Atq; hoc maxie beneficio  
vt videmus, eruditissimi Erasmi, qui plenus gaudio, sum  
maq; alacritate, prouinciae huic manum apposuit, qui iacto  
bonis auibus, neq; in foeliciter fundamento, molem super  
ædificabit pulcherrimā, dignamq; seculorū memoria. Qui  
deniq; formulā aliquando praescribet studiosis, qua via, quo  
Compendio peruenire queāt sacrarum literarū cupidī, ad  
veram illā Theologiam, ad sincerā & inculpatam cognitio  
nem scripturae sanctæ. Ad apicem studiorum omniū Chri  
stum, qui cum deo patre & sancto spiritu Benedictus est in  
secula. Vale. Argentorati, ex Aedibus nostris Anno a Chri  
sto nato. M. D. XV.

Ἀρχὴν ἅπαστων καὶ τέλος τοῖς θεοῖς,

Libellus loquitur.

**Nil moror aut laudes, leuis aut conuicia vulgi,  
Pulchrum est, vel doctis, vel placuisse piis.  
Spe quoq; maius erit, mihi si contingat vtrunq;  
Cui Christus sapit, huic si placeo, bene habet.  
Vnicus ille mihi, venæ largitor Apollo,  
Sunt Helicon, huius mystica verba, meus.**

ENCHIRIDION MILITIS  
CHRISTIANI.

ERASMVS ROTERODAMVS

Ioanni Germano amico aulico

.S. .D.



**F**FLAGITASTI non mediocri studio, frater in domino dilectissime, vt tibi compediariam quandam viuendi rationem praescriberem, qua instructus, posses ad mentem, Christo dignam peruenire. Ais enim te iam pridem aulicae vitae pertesum, hoc tecum  
» agitare, quo pacto queas Aegyptum vna cum suis et vitis, &  
» delitiis effugere, ac Mose duce, ad virtutum iter feliciter accingi. Quo mihi charior es, hoc impensius gratulor tuo tam salutari proposito, quod spero, vel citra nostram operam, fortunabit prouehereque ipse, qui dignatus est excitare. Ego tamen nimisquam libens parui, vel homini tam amico, vel tam pia postulanti. Tu modo annitere, ne vel ipse nostrum officium sine causa. videare flagitasse, vel ego sine fructu tuae morem gessisse voluntati. Immo votis communibus benignum illum Iesu spiritum imploremus, vt & mihi scribenti suggerat salutaria, & tibi ea reddat efficacia.

VIGILandum esse in vita.

**C**Principio etiam, atque etiam meminere oportet, nil aliud esse  
» vitam mortaliem, nisi perpetuam quandam militiam, teste Iob,  
» milite longe tum exercitatissimo, tum inuictissimo, nimisque  
» falli vulgus hominum, quorum animos mundus hic praestit  
» giator, blandissimis ludibriis tenet occupatos, qui perinde  
» ac si iam debellatum sit, intempestiuas agunt ferias, neque pror  
» sus aliter, quam in certissima pace, mirum quanta viuunt securitas  
» te, quaque ociosi in vtraque dormiant aure, cum sine fine tot  
» ferratis vitiorum copiis oppugnemur, tot captemur artibus,

Iob. viij. ca.

A

## MILITIAE CHRISTIANAE

tot appetamur insidijs. Ecce tibi superne in tutum exitum  
 peruisiles excubant, nequissimi daemones, mille dolis, mil-  
 le nocendi artibus, in nos armati, qui mentes nostras telis  
 igniferis, lethaliq; tinctis veneno, moluntur e sublimi con-  
 20 figere, quibus quidē, neq; Herculi, neq; Cephalo fuit vllum  
 iaculum certius, nisi impenetrabili fidei scuto excipiantur.  
 Tum rursus a dextra leuaq; , a fronte pariter , atq; a tergo,  
 20 mundus hic nos oppugnat, qui iuxta Ioannis vocē, totus in  
 vitijs est constitutus, eoq; Christo, tum infestus, tum etiam  
 inuisus. Neq; vero simplex oppugnandi ratio. Interim enim  
 20 rebus aduersis, velut aperto Marte sauiens, animi moenia  
 20 graui quatit ariete, interim ingentibus quidē, sed vanissis  
 20 mis promissis, ad prodicionem sollicitat, interim actis obli-  
 que cuniculis, inexpectatus adrepit, vt inter oscitates ac se-  
 20 curos opprimat. Postremo inferne quoq; lubricus ille an-  
 guis, primus pacis nostrae proditor, nunc in virenti gramine  
 concolor abditus, nunc in cauernis illis suis delitescēs, cen-  
 20 tenis contortus voluminibus, non desinit mulieris nostrae,  
 20 semel corruptae, calcaneis insidiari. Mulierē autē carnalem  
 20 hois partē intellige. Hac est em̄ Eua nostra, per quā versu-  
 tissimus serpens, ad mortiferas voluptates mētem nostram  
 illectat. Porro autē quasi parū sit, sic vndiq; tantū hostium  
 imminere, intus deniq; in ipsis animi penetralibus, hostem  
 ferimus plusq; familiarem, plusq; domesticum, quo vt nihil  
 interiorius, ita nihil potest esse piculosius. Hic hic est vetus ille  
 & terrenus Adam, consuetudine plusq; ciuis, studio plusq;  
 20 hostis, quem neq; arcere vallo licet, neq; castris exigere fas  
 est. Hic nobis centenis est obseruandus oculis, ne forte dei  
 praesidiū aperiat daemonebus. Ergo cum tam formidabili,  
 tamq; difficili bello distringamur om̄es, cumq; nobis res sit  
 cum hostibus tam mltis, tam in nostrā perniciē iuratis atq;  
 deuotis, tam vigilantibus, tā armatis, tam perfidis, tam ex-  
 ercitatatis, nos male sani, contra nō arma capimus? non excu-  
 bias agimus? non om̄ia suspecta habemus? sed perinde, vt

J. Johā. v.

in hys oculis et subter-  
nea via est

20 in rebus bene pacatis, supini stertimus, cessamus, volupta-  
 20 mur, atq; cuticulam (vt aiunt) curamus ociosi. Neq; omnia  
 20 no secus, q̄ si vita nostra græca sit compotatio, non bellum,  
 20 ita pro castris & pellibus, in cubilibus volutamur, pro du-  
 20 ris armis rosas & Adonidis delitijs redimimur, pro militas-  
 20 ribus studijs luxu & ocio indulgemus, pro Martijs telis ci-  
 20 tharam imbellem tractamus. Quasi vero non ista pax, bel-  
 20 lum sit omniū teterrimū. Etenim qui cum vitijs pacē iniit,  
 20 cum deo in baptisinate percussum fœdus violauit. Et tu ve-  
 20 fane clamas pax <sup>thore. vii</sup> pax, cum deum habeas inimicū, qui solus  
 20 & pax est, & pacis author. Clareq; redamat ipse per os pro-  
 20 phetæ, non est, inquiēs pax impijs. Neq; enim prorsus alia  
 20 est cum illo pacis conditio, nisi dum in hoc præsidio corpo-  
 20 ris militamus, odio capitali summaq; vi, cum vitijs belliges-  
 20 remur. Alioqui si cum ijs nobis conueniet, eum qui solus  
 20 potest, amicus beare, inimicus perdere, bis hostē sumus has-  
 20 bituri, simul, quod ab illis stamus, cū quibus solis nihil con-  
 20 uenit deo (quid enim conueniat luci cum tenebris?). Simul  
 20 quod ingratis, pactam illi fidem non prestamus, & san-  
 20 ctissimis cerimonijs ictum fœdus nepharie soluimus. An  
 20 nescis o Christiane miles, iam tum cum viuifici lauacri my-  
 20 sterijs initiabar, nomen dedisse te duci Christo, cui bis vis-  
 20 tam debebas, pariter & donatam, & restitutam, cui plusq; <sup>h. b. b. b. b. b.</sup>  
 20 teipsum debebas? Non succurrit te verbis conceptis, in tam  
 20 benigni Imperatoris iurasse sententiā, eius sacramētis, ves-  
 20 luti donarijs authoratū, tuumq; ipsius diris deuouisse cas-  
 20 put, si minus pacto stares? Quorsum attinebat crucis char-  
 20 racterem imprimi fronti tuæ, nisi vt quoad viueres, sub il-  
 20 lius signis militares? Quorsum pertinebat sacro illius per-  
 20 ungi <sup>h. b. b. b. b. b.</sup> ceromate, nisi vt cū vitijs æternū luctamen ingredi-  
 20 ris? Quantus pudor, quanta pene publica humani generis  
 20 execratio, cū a duce principe deficit homo? Tu cur ludibrio  
 20 habes Christum ducē tuum? neq; metu illius coercitus, cū  
 20 sit deus, neq; amore prohibitus, cum tua causa sit homo?

Esa. xliiii.

ij. Coz. vi.

xpo visa neq; b. b. b. b.  
 Donatam fr. et  
 Restitutam



## MILITIAE CHRISTIANAE

Cuius etiã vocabulũ præ te ferēs, admoneri debebas, quid  
 illi promiseris, cur ad hostē, vnde te semel precio sanguinis  
 sui redemit, perfidus desciscis? cur bis transfuga in hostili-  
 bus castris meres? Qua fronte audes contra tuũ regē signa  
 infesta tollere, qui pro te vitã impēdit? Nã qui pro illo non  
 stat, vt dixit ipse, contra illũ stat, & qui cũ illo non colligit,  
 22 dispergit. Meres autē non solũ foedo titulo, sed etiã infœli-  
 22 cissimo stipendio, Vis audire stipendium tuũ, tu quisquis  
 22 mundo militas? En tibi Paulus Christianæ militiæ signifer  
 22 respondet, Stipendiũ inquit, peccati mors. Quis vel spes-  
 ciosam militiã suscipiat, si mors proposita sit corporis? Tu  
 vero tam foedam toleras, animæ mortē mercedis loco repor-  
 taturus? In bellis istis insanis, quæ cũ hominibus homines,  
 vel ferina rabie, vel certe misera necessitate gerũt, nõne vis  
 des si quãdo militũ animos, vel prædæ promissæ magnitudo,  
 vel formidata victoris crudelitas, vel opprobrate pudor  
 ignauriæ, vel laudum deniq; cupido stimulauit, q̃ alacribus  
 studiis, quicquid est laboris exhauriant, q̃ vilem habeant  
 vitã, quanto ardore certatim in hostē aduersum raptantur?  
 Et quãtula, quæso te, merces, miseris tanto discrimine, tan-  
 toq; studio petitur? Nempe vt ab homũculo Impatore col-  
 laudatũ militari fremitu, castrensiq; atq; incondita cantium  
 cula celebrent, vt corolla <sup>quæ coronat</sup> graminea, aut quernis <sup>si quæcunq;</sup> frondibus  
 cingant, vt peculij plusculũ domũ referant. Nos cõtra neq;  
 pudore, neq; præmio accēdimur, cum eundē habeamus no-  
 stri certaminis spectatorem, quẽ habituri sumus & remunera-  
 22 torem. Quæ vero victori præmia proposuit noster Agono-  
 22 thetes? Profecto non tripodas, aut mulos, qualia apud Ho-  
 22 merũ Achilles, apud Maronē Aeneas, sed quæ neq; oculus  
 vidit, neq; auris audiuit, neq; in cor hoīs ascenderũt, & hæc  
 quidē interim veluti laborum solatia impertit adhuc dimis-  
 cantibus. Quid deinde? foelicē immortalitatē. Sed in ludis  
 eris illis certaminibus, in quibus potissima præmij pars glo-  
 22 ria est, & victi sua munera sortiunt, Nobis summo atq; an-

Math. 23.

Ad Rom. 23.

Donatus

f. Cor. 13.  
 dignatur  
 fa. homij.

» cipiti periculo res gerit, neq; de laude, sed de capite certat.  
 » Et vt summa merces proposita gnauiter operā nauanti, ita  
 » summa decreta pœna desertori. Cœlū promittitur strenue  
 » pugnantī, & non incalescit generosæ mentis viuida virtus,  
 » tam foelicis præmij spe? Præsertim pmissi authore illo, qui  
 » tam fallere non potest, q̄ non esse nequit. Geruntur oīa sub  
 » oculis cuncta cōtuentis dei, habemus vniuersum cœli cœ-  
 » tum nostri conflictus spectatorē, & non vel pudore accendi  
 » mur? Collaudabit ille virtutē nostram, a quo probari, supre-  
 » ma foelicitas est. Quin hanc gloriā, vel vitæ dispendio peti-  
 » mus? Ignauū pectus est, quod nullis præmijs excitatur, at  
 » solēt & ignauissimi malorū metu expergefieri. At illic qui-  
 » dem hostis, vt sit violentissimus, in fortunas atq; in corpus  
 » sæuit. Quid autē ampliū in Hectorē potuit crudelissimus  
 » victor Achilles? At hic sæuitur in immortalem tui partem.  
 » Neq; cadauer tuū circum sepulchrū trahitur, sed corpus pa-  
 » riter atq; animā ad inferos demergitur. Illic extrema cala-  
 » mitas, vt animā a corpore victor gladius auferat, hic ipsi  
 » animæ sua vitā eripitur, deus. Naturæ est interire corpus,  
 » quod etiā si nullus occidat, tamē non emori non potest. At  
 » animā mori, in foelicitatis extremæ est. Corpusculi vulne-  
 » ra, quanta cautela depellimus, quanta sollicitudine mēde-  
 » mur? & animæ vulnera negligimus? Corporis interitum,  
 » immane, quantū horremus, propterea quod oculis videat-  
 » tur corporeis. Animā vero morientem quoniā nemo videt,  
 » pauci credunt, paucissimi formidant, cum sit hæc mors illa  
 » morte tanto atrocior, quāto corpore præstat animā, quan-  
 » to animæ deus. Vis tibi cōiecturas quasdam cōmonstrēm,  
 » quibus animæ deprehendas vel morbum, vel interitum?  
 » Male concoquit stomachus, cibum non continet, Corporis  
 » morbū intelligis. Non tam panis cibus est corporis, q̄ ani-  
 » mæ cibus verbum dei. Id si tibi amarum est, si nauseam sa-  
 » pit, quid adhuc dubitas, quin animæ tuæ palatum, morbo  
 » sit infectum? Si non continet, si non concoctum in viscera

Signa q̄bz cognoscit  
 infirmitas in corpore  
 q̄ anime . et eoz iterit

## MILITIAE CHRISTIANAE

- 22 traicit, euidentis habes argumētum valetudinariā esse ani-  
 mam. Cum genua labant, & membra vix ægra trahuntur,  
 corpus male habere cognoscis, & non colligis animi mor-  
 bum, cum ad om̄ia pietatis officia languet, nauseatq; cum  
 ne leui quidē contumeliæ ferendæ robur suppetit, cum pau-  
 lulo pecuniolæ dispendio frangitur? Posteaq; oculos desti-  
 tuit visus, vbi desierunt audire aures, posteaq; constupuit  
 om̄e corpus, nemo dubitat, quin emigrarit anima. Tu cum  
 23 habeas cordis oculos obscuratos, vt euidentissimū lumen,  
 23 quod est, veritas, non videas, cum vocem diuinam internis  
 23 auribus non percipias, cum om̄i profusus sensu careas, viue-  
 re credis animam? Vides fratrem indigna patientem, nihil  
 comouetur animus, modo tua res sit incolumis. Cur nihil  
 23 hic sentit anīa? Nempe quia mortua. Quare mortua? Quia  
 23 non adest illius vita, deus. Siquidem vbi deus, ibi charitas.  
 Deus enim charitas est. Alioqui si viuū es membrum, cur  
 vlla pars corporis dolet, te non modo non dolente, verum  
 ne sentiente quidem. Accipe signum, non paulo etiā cer-  
 tius. Defraudasti amicum, comisisti adulteriū, capitale vul-  
 nus accepit anima, & tamē adeo tibi non dolet, vt etiā quas-  
 si de lucro gaudeas, iactesq; quod turpiter admisisti. Cer-  
 23 tum habe mortuam iacere animā. Non viuūt corpus, si pun-  
 ctionem aciculæ non sentiat, & viuet anima, quæ tantū vul-  
 neris sensu vacat? Audis quēpiam sermones impios, tumis-  
 dos, maledicos, impudicos, obscœnos profertentem, verbis  
 rabiosis in proximū debacchantem, caue putes isti homini  
 viuam esse aniā? Iacet in sepulchro pectoris putre cadas-  
 uer, vnde eiusmodi foetores exhalātur, & proximū quem-  
 23 q; inficiunt. Christus phariseos sepulchra dealbata, vocat.  
 23 Quid ita? Nempe, quia mortuam animā secum circumfer-  
 rebant. Et regius ille propheta, sepulchrum inquit patens  
 guttur eorum, linguis suis dolose agebant. Piorum corpos  
 23 ra templa sunt spiritus sancti, impiorū sepulchra cadauerū,  
 vt potissimum in eos quadret illa grammaticorum etymos

muo

ali  
res

Joh. iii.

math. xxiii.

ps. x.

logia  $\sigma\acute{\omega}\mu\alpha$  quasi  $\sigma\acute{\omega}\mu\alpha$  Sepulchrū pectus, guttur & os his  
 » atus sepulchri. Neq; vllum corpus tam mortuū est destitutū  
 » tum anima, q̄ mortua est anima relicta a deo. Neq; vllum  
 » corporeum cadauer, sic obolet naribus hominum, vt fœtor  
 » animæ sepultæ, iam quatrīduū, offendit nares diuinas om  
 » niumq; cœlitum. Ergo cum verba mortua proficiſcuntur e  
 » pectore, cadauer intus cubet necesse est. Nam cū iuxta vo  
 » cem euangelicam ex abundantia cordis os loquatur, nimis  
 » rum viua verba dei loqueret, si illic adesset vita deus. Con  
 » tra in euangelicis literis Christo dicunt discipuli. Domine  
 » quo ibimus? Verba vitæ habes. Cur ita tādē verba vitæ?  
 » Nempe quod ab ea manarent anima, a qua nunq; vel mo  
 » mento discesserat diuinitas, quæ & nos vitæ restituit im  
 » mortali. Sed agrotanti corpori Paulo succurrit medicus.  
 » Corpus exanime, non raro reuocarunt ad vitā & homines  
 » pij. Animā vero mortuam, nō nisi singulari gratuitaq; vir  
 » tute resuscitat deus, ac ne resuscitat quidē, si mortua corpus  
 » reliquerit. Tum corporeæ mortis aut nullus, aut certe bre  
 » uissimus est sensus, animæ sempiternus. Et cū alioqui plus  
 » q̄ mortua sit, tamen ad mortis sensum, quodāmodo est im  
 » mortalis. Proinde cū tam nouo periculo nobis sit dīmican  
 » dum, quis ille stupor, quæ securitas, quæ supinitas animi  
 » nostri, quē tantī malī metus non acuit? At e diuerso, nihil  
 » est quod te vel periculi magnitudo, vel hostiū copīæ, vires,  
 » artes, consternēt animo. Succurrit q̄ grauem habeas aduer  
 » sariam, succurrat e regione, q̄ præsentem habeas opitulato  
 » rem. Innumerabiles aduersum te, sed qui pro te stat, vnus  
 » plus potest om̄ibus. Si deus pro nobis, quis contra nos? Si  
 » ille sustinet, quis deiciet? Tu modo victoriæ votū toto pe  
 » ctore concipe. In mentē veniat, non tibi cum integro hoste  
 » rem esse, sed cū eo, qui iam olim fractus, fusus, exutus atq;  
 » a deo triumphatus sit a nobis, sed in Christo capite nostro, a  
 » quo pcul dubio vicissim vincet, & in nobis. Tu modo cura  
 » vt sis in corpore, & oīa poteris in capite. In teipso quidē nis

» Agath. vij.

» Joh. vij.

Corpi egenti succurrit  
medicusAnimā mortuā solus deus  
sustinet

» Ad Rom. viij.

## MILITIAE CHRISTIANAE

mis es imbecillis, in illo nihil non vales. Proinde ne anceps  
quidem est nostri Martis exitus, propterea quod neutiq̃ a  
fortuna pendeat victoria, sed ea omnis in manu sita sit dei,  
» ac per eum nostris quoq̃ in manibus. Nemo hic non vicit,  
nisi qui vincere noluit. Auxiliatoris benignitas nulli defu-  
it vnq̃, si caueris, ne benignitati illius desis ipse, vicisti. Pro  
te pugnabit, & liberalitatem suã tibi pro merito impurabit.  
Victoriam omnẽ illi feras acceptam oportet, qui primus &  
solus a peccato immunis, peccati tyrannidem oppressit, ve-  
rum ea tibi non sine tua continget industria. Nam qui dis-  
xit, confidite, quia ego vici mundum, magno te vult animo  
» esse, non securo, Ita demũ per illum vincemus, si illius ex-  
» emplo pugnabimus. Quare sic inter Scyllam Charybdim̃  
» q̃ medius quidã cursus est obtinendus, vt neq̃ diuina gras-  
» tia fretus, securius agas, atq̃ solutius, neq̃ belli difficultas  
tibus exanimatus, animũ simul cum armis abijcias.

### DE ARMIS militiæ Christianæ.

Atq̃ illud in primis arbitror ad huius militiæ disciplinã  
pertinere, vt q̃maxime cognitũ, meditatũq̃ habeas, quo po-  
tissimũ armorũ genere, quibus cum hostibus oporteat con-  
gredi. Tum vt ea semper in expedito habeas, ne quando  
possit insidiator ille versutissimus, inermẽ opprimere, atq̃  
inopinantẽ. In vestris bellis, non raro licet interquiescere,  
» vel cum hybernat hostis, vel cũ intercedunt induciæ. Nobis  
» donec in hoc corpore militamus, ne digitũ quidẽ, vt aiunt,  
transuersum licet ab armis discedere. Nunq̃ non standum  
pro castris, nunq̃ non excubandũ, quia nunq̃ cessat hostis  
noster. Immo cũ tranquillus est, cum fugã, aut inducias si-  
mulat, tum vel maxime molitur insidias, neq̃ vnq̃ cautiũs  
excubias oportet agere, q̃ cum pacis speciẽ exhibet, nunq̃  
minus trepidandũ, q̃ cum aperto Marte nos adoritur, Ergo  
prima cura sit, ne inermis sit animus. Armamus corpuscu-  
lum hoc, ne timeamus sicãlatronis, nõ armabimus mentẽ,  
vt in tuto sit. Armati sunt hostes vt perdãt, nos piget arma

capere, ne pereamus? Vigilant illi ut perimant, nos non vigi-  
lamus, quo simus incolumes? Sed de armatura Christiana  
speciatim suo loco dicitur, Interim ut summam dicam, duo  
præcipue paranda sunt arma ei, cui sit cum septem illis gentibus  
Chananeo, Cetheo, Amorreo, Pherezeo, Gergezeo, Eueo,  
Iebuseo, hoc est cum vniuersa vitiorum cohorte pugnandum, quo-  
rum septem capitalia potissimum numerant, Precatio, & Scien-  
tia. Semper armatos esse vult Paulus, qui sine intermissione  
iubet orare. Precatio pura in celum subducit affectum, arcem  
videlicet hostibus inaccessam, Scientia salutaribus opinio-  
nibus communis intellectum, ita ut neutram alteri deesse oporteat.  
Alterius sic altera poscit opem res, & coniurat amica.  
Illa quidem exorat, sed hæc suggerit, quid sit orandum, ut ar-  
denter ores, & iuxta Iacobum, nihil hæsitans, fides spesque  
præstant, ut in nomine Iesu, id est, salutaria petas, scientia  
comonstrat. Audierunt & filii Zebedei, a Christo, nescitis  
quid petatis, Sed oratio quidem potior, ut quæ cum deo ser-  
mones misceat, at scientia non minus necessaria tamem Aegyp-  
pto profugus, nescio an satis tuto te tam longo, tamque diffi-  
cili itineri commissurus sis, nisi duobus his ducibus, Mose, &  
Aaron, Aaron sacris præfectus, orationis gerit typum. Moy-  
ses legis cognitionem significat. Sed ut scientiam oportet non  
esse mancã, ita orationem non conuenit esse ignauam. Oratio-  
nis armis pugnat cum hostibus Moyses, sed manibus in  
altum sublatiis. Quas simul atque demiserat, fit inferior Isra-  
el. Tu fortasse cum oras, hoc modo spectas, quantum psalmo-  
rum permurmuraris? & multiloquium orandi virtutem arbi-  
traris. Quod vitium potissimum est eorum, qui adhuc in lite-  
ra sunt infantes, neque ad spiritus maturitatem adoleuerunt.  
Sed audi quid apud Mattheum nos doceat Christus, Oran-  
tes autem, inquit, nolite multum loqui, sicut Ethnici faci-  
ciunt, putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur.  
Nolite ergo assimilari eis, Scit enim pater vester, quid opus  
sit vobis, antequam petatis eum. Et Paulus decem milia ver-

Duobz armari oportet

Ad Cassal. v. m.

Et pp̄ i septimæ su  
armant se auctoritat  
sancæ scripture. math

Jacobi. j. m.

math. xx. m.  
Marci. p. m.

Erod. p. m.

Oratio no d̄  
fieri cu multiloq̄

math. vi. m.

J. Coz. iij. m.

## MILITIAE CHRISTIANAE

borum in spiritu, hoc est ore tenus pronuntianda contēnit,  
 præ quinq; in sensu proferendis. Moyses nullā edebat vos  
 cem, & tamen audiebat, quid clamas ad me? Non strepitus  
 50 ille labiorū, sed ardens animi votū, tanq̃ intentissima quæ  
 50 piā vox ferit aures diuinas. Tu igitur hoc tibi familiae  
 re facias, simul atq; ingruerit hostis, vbi te relicta vitia solli  
 citant, vt statim mentē cum certa fiducia ad cœlum erigas,  
 50 vnde veniet auxiliū tibi, sed eodem tollātur & manus. Tur  
 tissimū est pietatis officijs occupari, vt opera tua non ad ter  
 rena studia, sed ad Christū referantur. Sed ne scientiæ subs  
 idia contempnas, illud consydera. Antea satis erat Israel hos  
 tem effugere, at nō prius sibi fidit, vt Amalechiten prouos  
 cet, vt cominus experiat, q̃ esset māna cœlesti, & aqua de  
 petra scatente refectus. His epulis cōfirmatus, egregius ille  
 bellator David, vniuersam hostium cohortem contēnit, Pa  
 rasti inquiriens in conspectu meo mensam, aduersus omnes,  
 qui tribulāt nos. Crede mihi frater animo meo charissime,  
 nulla tam vehemens hostiū impressio, id est nulla tam valis  
 50 da tentatio, quā ardens sacrarum literarū studium non fa  
 50 cile retundat, nulla tam tristis aduersitas, quam nō reddat  
 tolerabilem. Atqui ne videar audaculus interpres, (quanq̃  
 possem me magnis authoribus tueri) quid aptius arcanae le  
 gis scientiā adumbrare queat, q̃ māna? principio em̃ quod  
 non e terra prouenit, sed cœlitus depluit, discrimen vides,  
 inter humanas, & diuinas literas. om̃is enim scriptura san  
 cta diuinitus est inspirata, atq; a deo authore pfecta. Quod  
 50 minutū, sermonis est humilitas, sub verbis pene sordidis,  
 50 ingentia mysteria claudētis. Quod candidum. Nulla mor  
 talium doctrina est, quæ non sit aliquo nigrore erroris vis  
 tiata, Sola Christi doctrina tota niuea, tota cādida, tota syn  
 cera est. Quod rigidulū est, atq; subasperū, mysteriū litera  
 obiectum exprimit. Superficiem & quasi siliquā si quis at  
 trectet, quid durius, atq; insuauius? nō nisi tunicā Manna  
 gustauerant, qui dicebant. Durus est hic sermo, & quis pos

Ecodi. viii.

ps. cxi

temptatoris tpe ad  
 nra lectione recur  
 endū est

Johā. vi.

test eum audire? Erue sensum spiritale, iam nihil suavius,  
 22 nihil succulentius. Denique manna Hebraeis sonat, quid est  
 23 hoc? quod & ipsum pulchre quadrat in diuinam scripturam,  
 24 quae nihil habet otiosum, sed ne apicem quidem, non dignum  
 vestigatione, non dignum admiratione, non dignum hac voce,  
 quid est hoc? Aquarum vero nomine, scientiam diuinam legis si-  
 25 gnificare, familiare est spiritui sancto, legis aquas refectio-  
 26 nis, super quas se gloriae educatum Dauid, legis aquas, quas  
 sapientia deriuat in capita viarum omnium, legis flumen illud  
 mysticum, in quod ingressus Ezechiel vado transire non pos-  
 terat, legis puteos quos foderat Abraam, quos terra opples-  
 tos a philisteis denuo restituit Isaac. Legis fontes duode-  
 cim, ad quos peragratis quadraginta mansionibus, iam fathi-  
 scentes inspirant Israelitae, legis & in euangelio puteum, sus-  
 pra quem itinere fessus assedit Iesus. Legis aquas syloe ad quos  
 idem mittit caecum, ut visum recipiat, Legis aquam in peluim  
 missam, abluendis Apostolorum pedibus, Et ne singula recen-  
 seam, hoc significatu, frequens mentio est in arcanis literis,  
 puteorum, fontium, fluminum, qua nobis nihil aliud, quam mysti-  
 cae scripturae diligens vestigatio commendatur. Quid enim  
 aqua in terrae venis abdita, nisi mysterium obductum litera?  
 Quid eadem ad scatebram elicitae, nisi mysterium erutum,  
 atque explanatum? Quod ubi ad auditorum aedificationem,  
 longe lateque propagatur, quid iam prohibet flumen appella-  
 re? Ergo si te totum studio scripturarum dedicabis, si in  
 lege domini meditaberis die ac nocte, non timebis a timore  
 nocturno, siue diurno, sed ad omnem hostium insultum  
 27 munitus, atque exercitatus eris. Neque equidem usquequaque  
 28 improbauerim ad hanc militiam, velut tyrocinio quodam  
 29 praeludere in literis poetarum, & philosophorum gentili-  
 um, modo modice ac per aetatem, quis eas attingat, & quasi  
 in transcurso arripiat, non autem immoretur, & veluti ad sco-  
 pulos sirenaeos consenescat. Nam ad haec quoque studia vocat  
 30 diuus Basiliius adolescentulos, quos ad Christianos mores

Eod. vbi.

ps. cxxij.

ps. n. palmo. cxxij.

Ezech. vbi.

Gen. cxxij.

Eod. v.

Joh. iij.

Joh. iv.

Joh. xij.

ps. pmo.

ps. c.



## MILITIAE CHRISTIANAE

23 instituit, & ad <sup>supra</sup> musas reuocat, Licentiū suum noster Augu-  
 24 stinus. Neq; poenitet adamatae captiuae Hieronymū. Laus  
 datur Cyprianus, qd Aegyptijs spolijs templū domini locu-  
 25 pletarit, verū nolim te cum gentiliū literis, gentiliū & mo-  
 26 res haurires. Alioqui permulta reperies, & illic ad recte vis-  
 uendū conducibilia, neq; aspernandū, quod etiā Ethnicus  
 author bene monet, quādoquidē nec Moyses lethro soceri  
 sui consiliū est aspernatus. Fingunt illae lrae, vegetatq; pue-  
 27 rile ingeniū, atq; ad diuinarū scripturarū cognitiōem mire  
 28 preparant, ad quas ilico pedibus, manibusq; illotis irrum-  
 pere, pene sacrilegij genus est, Hieronymus eorū impuden-  
 tiā taxat, qui modo a secularibus studijs profecti, audēt diui-  
 nas tractare scripturas, at quāto faciunt impudētius, qui ne-  
 gustatis quidē illis, istuc ipm audēt. Sed vtī diuina scriptu-  
 ra, nō multū habet fructus, si in litera persistas hereasq; ita  
 non parū vtilis est Homerica Vergilianaq; poesis, si memi-  
 neris eam totā esse allegoricam. Id quod nemo negabit, qui  
 modo veterū eruditionē, vel summis labijs degustarit. Ob-  
 29 scēnos autē poetas, suaserim omnino non attingere, aut cer-  
 30 te nō introspicere penitius, nisi forte noueris descripta ma-  
 31 gis horrere vitia, & contentiōne turpiū, vehementius ama-  
 32 re honesta. E philosophis autē Platonicos te sequi malim,  
 propterea, quod cū plerisq; sententijs, tum ipso dicendi cha-  
 ractere q̄proxime ad propheticā, euangelicāq; figuram ac-  
 cedunt. Breuiter omnē Ethnicam literaturā delibare pro-  
 fuerit, si quidem id fiat, vt dixi, & annis idoneis, & modice,  
 tum cautim & cum delectu, Deinde cursim, & peregrinan-  
 tis, non habitantis more, postremo, quod est praecipuum, si  
 omnia ad Christum referantur. Sic enim mundis omnia  
 munda sunt, cum immūdis contra nihil sit mundum. Neq;  
 33 vitio tibi vertetur, si Salomonis exēplo sexaginta reginas,  
 octoginta concubinas, & innumerabiles secularis sapientiae  
 puellas domi alas, modo diuina sapientia, praeter ceteras sit  
 34 vnica tua, formosa tua, colūba tua, Et Israelites amat alieni

Epode. 10. 11.

ad Hebr. 7.

iii. Reg. 17. et Cont. 17.

Deut. xxi.

- 22 genam barbarāq; forma captus, sed capillis derasis vnguibus  
 23 bus perfectis, ex allophyla facit Israelitidem: Et Oze for-  
 24 nicariā ducit, verū ex ea liberos tollit, non sibi, sed domino  
 25 Sabaoth, sanctūq; prophetæ stuprū, dominicā auget fami-  
 liam. Hebræi posteaq; Aegyptū reliquerant, aliquā diu con-  
 sperso viuebāt, sed hic cibus tēporariū erat, neq; ad tantā  
 profectiōem poterat suppetere. Ergo eo mox fastidito, ad  
 māna, quantū potest properandū, cœlestis sapiētiā, quæ te  
 affatim alet aniabitq;, donec propositi victor peruenias ad  
 26 palmas illas, præmij, nuncq; desituri. Sed interim etiā, atq;  
 27 etiā memineris, nō oportere nisi lotis manibus, hoc est sum-  
 28 ma animi puritate tractari diuinas literas: ne tibi antidotū  
 tuo vitio vertat in venenū: & manna tibi putrescat, nisi in  
 viscera affectus traieceris. eueniat autē quod illi Oze, qui  
 non veritus est arcæ nutātī prophanas admoliri manus, &  
 improbū officium, subita morte luīt. Primū est, vt de eis li-  
 teris digna sentias. Oracula mera (vt sunt) esse puta, de diui-  
 næ mētis adyto profecta. Afflari te numine, affici, rapi, trās-  
 29 figurari ineffabili modo senties, si religiose, si cū veneratis-  
 30 one, si humiliter adieris. Videbis sponsi beati delicias, vide-  
 bis opes ditissimi Solomonis, videbis abditos thesauros æ-  
 ternæ sapientiæ, sed caue improbe irrūpas in conclaue, hu-  
 mile est hostiū, vide ne capite impingas ac resiliās. Sic porro  
 31 existima, nihil tam verū esse, eorū quæ vides oculis, quæ ma-  
 32 nibus contrectas, q̄ quæ ibi legis. Vt cœlū, vt terra intereāt,  
 33 certe de verbis diuinis, ne vnū quidē Iota aut apiculus inte-  
 riturus est, quin omnia fiant. Vt mentiātur, vt errent hoīes,  
 veritas dei, neq; fallit, neq; fallitur. Ex interpretibus diuine  
 scripturæ eos potissimū delige, qui a litera q̄maxime rece-  
 34 dunt. Cuiusmodi sunt in primis post Paulū Origenes, Am-  
 35 brosius, Hieronymus, Augustinus. Video enim neotericos  
 36 theologos literæ nimīū libenter inhære, & captiosis quib-  
 37 busdam argutiis, magis, q̄ eruendis mysteriis, operā dare,  
 38 quasi vero nō vere dixerit Paulus, legem nostrā spiritalem

Osee. pmo

ij. Reg. vij. et j. pat.

ayath. v.

Quia lra recedunt  
concedantur

Rom. vii

## MILITIAE CHRISTIANAE

esse. Audiui ego nōnullos, qui sibi vsq; adeo humanis illis  
 cōmentatiuiculis placebant, vt veterū interpretamenta, pe-  
 ne pro somnijs contēnerent, tantūq; illis fiducia Scotus fa-  
 ciebat, vt ne lectis quidem vnq; sacris literis, se tamē abso-  
 lutos theologos putarēt. Qui etiā si argutissima dicant, an  
 spiritus sancto digna dixerint, aliorū esto iudiciū. Tu si ma-  
 uis spiritu esse vegetior, q̄ ad contentionē instructior, si sa-  
 ginam animæ quaris, magis q̄ ingenij pruritū, veteres po-  
 tissimū euolue, quorū & pietas spectatior, & eruditio vber-  
 rior, antiquiorq; & oratio neq; ieiuna, neq; sordida, & in-  
 terpretatio sacris mysterijs accommodatior. Neq; vero hoc  
 dixerim, quod neotericos contēnam, sed quod vtiliora præ-  
 feram, tuocq; proposito conducibiliora. Habet autē spiritus  
 ille diuinus suam quandā linguam, suasq; figuras, quæ tibi  
 sunt in primis diligenti obseruatōe cognoscēdæ. Balbutit  
 nobis diuina sapiētia, & veluti mater quæpiā officiosa, ad  
 nostrā infantia voces accōmodat. Lac porrigit infantulis in  
 Christo, hulus infirmis, tu vero festina, adolefcere, & ad so-  
 lidū propera cibum. Demittit illa sese ad tuā humilitatē, at  
 tu contra ad illius sublimitatem assurge. Monstri simile est,  
 semp infantē esse, nimis ignauū, non desinere esse infirmū.  
 Magis sapiet, magis pascet, vnius versiculi meditatio, si rus-  
 pta siliqua medullā erueris, q̄ vniuersum psalteriū ad lite-  
 ram tantū decantatū. Quod quidē ego hoc diligentius ad-  
 moneo, quod re ipsa cognitū habeam, errorē hunc non vul-  
 gi modo animos passim occupasse, sed & eorum qui vestitur  
 & nomine perfectā religionem profitētur, vt putent sum-  
 mam pietatē hac vna in re sitam, si q̄ plurimū psalmodiū vix  
 etiā ad literam intellectorū, quotidie percēseant, neq; aliud  
 in causā esse iudico, monasticā pietatē sic vbiq; frigere, lan-  
 guere, euāescere, q̄ quod in litera cōsenescūt, neq; ad spī-  
 ritualē scripturarū cognitionē elaborant. Neq; audiūt Chris-  
 stum in euangelio clamantē, Caro non prodest quicq; spī-  
 tus est, qui viuificat, non Paulū magistro astruentem, litera

- 7<sup>o</sup> occidit, spiritus est qui uiuificat. Et scimus quoniã lex spiri- I. Cor. iij.  
 8<sup>o</sup> talis est, non carnalis. Et spiritalibus spiritalia comparãda. Job. iij.  
 Olĩm in monte, nunc in spiritu uult adorari pater spirituũ.  
 Quanq̃ haud asp̃nor corũ imbecillitatẽ, qui mētis incipiã  
 (quod vnũ possunt) faciũt, mysticos psalmos simplici puras  
 q̃ fide pronuntiãtes. Immo quẽadmodũ in p̃caminibus ma- Iba nō nullũ etiã  
profir  
 gicis uoces quãdã nẽ ab ihs quidẽ qui eas pronuntiãt intel-  
 lectã, efficaces tamen esse credunt, ita diuina uerba quanq̃  
 parũ cognita, tamẽ prodesse credendũ est, ihs, a quibus syn-  
 cera fide, puroq̃ affectu uel dicunt, uel audiunt. Angelosq̃  
 qui adsunt, atq̃ intelligũt, ad opem ferendã inuitari. Neq̃  
 uero Paulus contẽnit eos, qui spiritu psallunt, uel qui ling- I. Cor. xiiii  
 uis loquunt, sed ad sectãda charismata meliora hortatur.  
 Ad quã si cui non contigit eniti, uicio non animi, sed natu-  
 rã, certe non obstrepat ihs, qui potiora conantur. Et iuxta  
 9<sup>o</sup> Pauli uocem, qui mãducat, non manducantẽ non spernat, Rom. xiiii  
 10<sup>o</sup> & qui non mãducat, mãducantẽ non iudicet. Te uero qui  
 ingenio tam foelici prãditus es, omnino nolim in sterili lite-  
 ra lentum esse, sed ad reconditiõra mysteria festinare, & im-  
 probum conatum industriã, crebris precibus adiuuare, do-  
 nec aperiat tibi librũ septem signaculis obsignatum, is qui Apor. x  
 habet clauem Dauid, qui claudit, & nemo aperit, arcana pa-  
 tris, quã nemo nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reue- math. xj.  
 lare. Sed quo nam nostra delabitur oratio? Propositũ erat,  
 ut tibi uitã non studij formã prãscriberemus. Verum huc  
 defleximus, dum tibi conamur officinã idoneã cõmon-  
 strare, vnde debeas nouã militiã tuã noua arma petere.  
 11<sup>o</sup> Ergo ut ad institutũ reuertamur, si ex libris gentiliũ opti-  
 12<sup>o</sup> ma quãq̃ decerpseris, atq̃ apiculã exemplo per omnes ve-  
 13<sup>o</sup> terum hortulos circumuolitans, prẽteritis uenenis, succum  
 modo salutarem, ac generosũ exfluxeris, animũ tuum,  
 ad cõmunem quidẽ uitã, quã Ethicã uocant, reddide-  
 14<sup>o</sup> ris non paulo armatiõrẽ. Sunt enim profecto & illorũ Pal-  
 15<sup>o</sup> ladi sua quãdam arma, neutiq̃ contẽnenda, Christi autem

## MILITIAE CHRISTIANAE

esse puta, quicquid vsq̄ veri offenderis. Verū diuina illa &  
 23 (vt poetæ loquūtur,) Vulcania panoplia, nullo telo viola-  
 23 bilis, non nisi ex arcanarū literarū armamētario depromit,  
 In quo Dauid noster Imperator, vniuersum belli apparatus,  
 suis militibus reposuit, quibus cominus, eminusq; pugnēt  
 cum preputiatis Philisteis. His armis neq; Achilles Home-  
 23 ricus tectus erat, etsi fingit, neq; Aeneas Vergilianus, quo  
 23 rum alter ira, alter amore, tā turpiter vincebat. Neq; absur-  
 23 de dictū, quod ea non in humanis officinis excudūtur, sed  
 in ea quæ Vulcano est cum Minerua cōmunis. Nam Mi-  
 neruā artibus atq; ingenijs, Vulcanū igni præficiūt, deorū  
 23 figuli poetæ. Id quod ego tū demū vere fieri existimo, cum  
 23 videlicet honestis artibus excultū ingeniū, sic diuini amor-  
 ris ignis cōmunit, vt etiā si fractus illabatur orbis, impauis-  
 dum seriant ruinae. Sed ante superbi Saulis arma reicias  
 oportet, quæ magis oneri sunt q̄ vsui, & cum Goliad con-  
 23 gressurū Dauid, grauāt non iuuāt. Deinde de ripa torrētis  
 mysticæ scripturæ, q̄ncq; colligas lapillos (quæ sorte quinq;  
 sunt verba Pauli, quæ loquit in sensu) postremo fundibula  
 dextram armes. His demū armis prosternit vnicus ille nos-  
 ter hostis superbię pater Sathanas, Quē & caput nostrum  
 Christus Iesus, quomodo tandē deuicit: Nōne cū tentanti  
 diuinæ scripturæ verbis respondet, quasi petitis de torrēte  
 lapillis frontē inimici percussit? Vis autē audire Christianæ  
 23 Palladis arma? Et accipiet (inquit) armaturā zelus illius, &  
 23 armabit creaturā ad vltionē inimicorū, Induet pro thorace  
 23 iustitiā, & accipiet pro galea iudiciū certum. Sumet scutum  
 inexpugnabile æquitatē, acuet autē diram irā in lanceā. Le-  
 gis & apud Esaiam, Indutus est iustitia vt lorica, & galea  
 salutis in capite eius. Indut⁹ est vestimētis vltionis, & oper-  
 tus est, quasi pallio zeli. Iam si libet Pauli non instrenui dur-  
 cis adire promptuariū, nimirū iuenies & illic arma nostræ  
 militiæ, nō carnalia, sed potētia deo, ad destructionē muni-  
 tionū, cogitationes destruētēs, & oēm altitudinē extollentē

J. Regū. 20ij.

Sap. 6.

Esa. liij.

.ij. Cor. 2.

se aduersus sciētiam dei, Inuenies armaturā dei, qua possis resistere in die malo, inuenies arma Iustitiæ a dextris, & a sinistris, inuenies laterū munimentū veritatem, & loricā Iustitiæ, scutū fidei, in quo possis vniuersa maligni tela ignea extinguere, Inuenies & galeam salutis, & gladiū spiritus, quod est verbū dei. Quibus oibus si quis erit diligenter testatus, atq; munitus, is deniq; poterit anōsam illā Pauli vocē intrepidus emittere. Quis ergo nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculū, an persecutio, an gladius? vide quantos hostes, q̄ oibus formidatos, ipse pro nihilo ducat. Sed audi quiddam etiā fortius. Nam sequitur. Sed in his oibus supamus, propter eum qui dilexit nos. Certus sum em̄, quia neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; principatus, neq; virtutes, neq; instātia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundum, neq; creatura alia, poterit nos separare a charitate dei, quæ est in Christo Iesu. O foelicē fiduciam, quā præstant Paulo, id est pusillo homini, arma lucis, qui se etiā proiecta mentū huius mūdi appellat. Talis igit̄ armaturæ vim, sacræ literæ tibi suppeditabūt, si toto pectore in eis versaberis, ita vt nostris monitis nihil sit opus futurum. Sed quoniā tu ita vis, ne tibi non morigeri fuisse videamur, Enchiridion, hoc est pugiunculū modo quendā excudimus, quem nunq̄ de manu deponas, ne in cōuiuio quidē aut in cubiculo, vt etiā si quādo cogeris in huius mūdi negotijs peregrinari, iustāq; istā armaturā grāuaberis circūferre, non cōmittas tamē vt vllō momēto insidiator ille opprimat te, pr̄sus exarmatū saltēq; non pigeat hunc gladiolū tecū habere, qui neq; onerosus erit gestatu, neq; inutilis ad tutelā. Est em̄ perpusillus quo tñ si adhibita fidei parmula, scite vteris, facile sustinebis tumultuariū hostis assultū, ne quod lethale vulnus accipias. Sed iam tēpus est, vt vtendī rationē quandā experiamur tradere, quā si tu diligēter ad exercitationē accōmodabis, fore cōfido, vt te victorē Impator noster Christ⁹ ex hoc

B

Ad Ephe. vi.  
ij. Cor. vi.  
Ad Ephe. vi.

Ad Rom. viij

f. Cor. iij.

Hortus ne libz huc  
de manu deponat

## MILITIAE CHRISTIANAE

praesidio in suam civitatem Hierusalē transferat ovātem; ubi nullus oīno bellī tumultus, sed pax imortalis, ac perfecta tranquillitas, cū interim oīs spes salutis in ferro sita sit.

**SAPVT** esse sapientiae, vt temetipm noris,  
deq; duplici sapientia falsa & vera.

- » Pax igitur summū illud est bonū, ad quam omnia sua stude-  
» dia, mūdi quoq; amatores referunt, sed falsam, vt dictū est,  
Eandē & philosophi suorum dogmatū sectatoribus, falso pol-  
licebantur. Christus em̄ vnus eam donat, quā mundus non  
potest dare. Ad hanc perueniendī vna ratio est, si cum nos  
bis ipsis bellū geramus, si cū vitijs nostris acriter depugna-  
mus. Cum his em̄ hostibus implacabili odio dissidet deus,  
pax nostra, cum natura sit virtus ipsa, virtutūq; omniū pas-  
» rens & author. Atq; ex oīm vitiorū genere contracta col-  
» luvies, a Stoicis fortissimis assertoribus virtutis, Stultitia  
» vocat, in nostris literis malitia dicit. Itidem vt omnibus suis  
» numeris absoluta probitas, vtriusq; sapientia nominat. Ma-  
litiā autē, nonne iuxta sapientis oraculū, vincit sapientia? Ma-  
litiā pater atq; princeps est rector ille tenebrarū Belial, cuius  
iūs ductum quisquis sequit, in nocte ambulans, ad noctem  
properat aeternā. Contra sapientiae author, atq; ipsa adeo sa-  
pientia Christus Iesus, qui verū est lumen, stultitiā mūdanā  
noctē solus discutens, splendor paternae gloriae, qui nos  
bis in se renatis, vt factus est redēptio atq; iustificatio, teste  
Paulo, ita factus est & sapientia. Nos inquit praedicamus  
Christum crucifixū, Iudaeis quidē scandalum, gentibus autē  
stultitiā, ipsis autē vocatis Iudaeis, atq; Graecis, Christū dei  
virtutē, ac dei sapentiā. Per quā ipsius exemplo, nos quoq;  
de hoste malitiā, triumphū referre queamus, si modo in eo  
sapuerimus, in quo & vincemus. Hanc tu cōtempta seculi  
sapientia amplectere, quae mendacissimo titulo sese vendit  
at stultis, cum iuxta Paulum nulla verior sit stultitia apud  
» deum, q̄ terrena sapientia, dediscenda ei, qui vere cupiat sa-  
» pere. Si quis videtur (inquitens) inter vos sapiēs esse in hoc

Job. viij.

Coz. j.

Coz. iij.

seculo, stultus fiat, vt sit sapiens. Sapiētia em̄ huius mundi stultitia est apud deum. Et paulo superius, Scriptū est enim perdam sapiētiā sapiētū, & prudentiā prudentū repro-  
 babo. Vbi sapiens? vbi scriba? vbi inquisitor huius seculi? Nonne stultā fecit deus sapiētiā huius mundi? Nec dubito quin iam nunc odiose tibi obstrepāt, stulti isti sapientes, & cæci cæcorum duces, delirare te, desipere, insanire, clamitantes, quod ad Christū pares desciscere. Hi sunt noīe dumtaxat Christiani, cæterū doctrinæ Christi, tū irrisores, tum oppugnatores. Vide ne quid istorū blateramēta te permoueant, quorū miseranda cæcitas, deploranda potius, q̄ imitanda. Quod est enim istud præposterū sapiētiæ genus, in rebus nugatorijs nihilicq̄, imo ad turpitudinē tantū esse casum & callidū, in ijs vero, quæ sola ad salutē nostram pertinent, nō ita multo plus pecude sapere? Paulus vult nos esse  
 20 sapiētes, sed in bono, simplices autē in malo. Sapiunt isti, vt inique agant, bene autē facere nesciūt. Et cum facundus ille poeta Græcus, ad nihil vtilem hominē censeat, qui neq; ipse per se sapiat, neq; bene monenti obtemperet, qua tandem in classe ponētur isti, qui cum turpissime desipiant, tandem nō desinunt obturbare, ridere, deterrere eos, qui iam respuerunt? Verum irrisor nonne irridebitur? Qui habit in coelis, vicissim irridebit eos, & dominus subsannabit eos. Legis in libro sapiētiæ. Videbunt enim, & contēnent eum, illos autē deus irridebit. Ab improbis rideri, pene laudari est, certe gloriosum, capitis nostri, & Apostolorū æmulus fieri. At horrendū profecto, a deo irrideri. Ego quoq; inquit sapiētia, in interitū vestro ridebo, & subsannabo, cum vobis id qd timebatis, aduenerit, videlicet, cū sero iam experecti dicent. Hi sunt qs aliquādo habuimus in derisum, & in similitudinē improperij. Nos insensati vitā illorū aestimabamus insaniā, & finē sine honore. Animalis ista, & vt  
 21 Iacobus ait, diabolica est sapiētia, ac deo inimica, cuius finis interitus, quippe quā semper affectat pedissequa pestilens

vbi. 1. Coz. J.

pō. ij.

Sap. iij.

pūb. j.

Sap. v.

Jacobi. iij.



## MILITIAE CHRISTIANAE

» arrogātia,arrogantiā animi cæcitas, cæcitatē affectuū tyran  
 » nis, affectuū tyrannidē, vniuerſa vitiorū ſeges, & licētia qd  
 » uis peccandī. Licentiā iſtam ſequit̄ conſuetudo, cōſuetudis  
 » nem inſœliciffimus animi ſtupor, quo fit, vt & malī ſenſu  
 » careant. Stupētes mors, occupat corporis, quā mors excipit  
 » ſecūda. Vides vt ſummi malī mater eſt, mūdi ſapientia. De  
 » Chriſti vero ſapientia, quā mundus ſtultitiā putat, ita legis  
 » Venerūt autē mihi pariter om̄ia bona cū illa, & innumeras  
 » bilis honeſtas per manus illius. & lætatus ſum in om̄ibus,  
 » quoniā antecedeſcit me iſta ſapientia, & ignorabā, quoniā  
 » bonorū omniū mater eſt. Hæc em̄ modēſtiā, et manſuetudi  
 » nem comitē ducit. Māſuetudo nos diuini ſpiritus reddit ca  
 » paces. Super humilē enim et manſuetū, gaudet requieſcere  
 » qui ſimul atq; ſepteno illo chriſmate mētem noſtrā imbues  
 » rit, tū demū pullulaſcit ſœlix illa ſeges virtutū omniū, cum  
 » fructibus illis beatis, quorū præcipuus, gaudiū internum,  
 » gaudiū arcanum, gaudiū ſolis ihs cognitū, quibus contigit,  
 » quod deniq; cū mundi gaudijs nec euaneſcit, nec auferitur,  
 » ſed cumulaſcit in gaudiū æternū. Eam mi frater, & iuxta Ia  
 » cobi monita, ardentiffimis votis oportet a deo poſtulare, &  
 » iuxta ſapientē quendā, e diuinæ ſcripturæ venis, veluti the  
 » ſauros effodere. Caput autē huius ſapientiae, eſſe puta, vt tes  
 » metipm noris, qd verbi, e celo profectū credidit antiquitas  
 » & magnis authoribus vſq; adeo placuit: vt in eo oēm ſapis  
 » entie vim, ſummatim contineri iudicauerint. Sed leue pon  
 » dus huius dogmatis, apud nos ſit, niſi congruit cum literis  
 » noſtris. Minatur ſponſæ ſuæ myſticus ille amator in Cantū  
 » cis, ac foras abire iubet, niſi ſemet cognorit. Si ignoras te o  
 » pulchra inter mulieres, egredere, & abi poſt veſtigia gregū  
 » tuorū. Proinde ne quiuis ſibi temere rem tantā arroget, vt  
 » ipſi ſibi ſatis ſit cognitus. Corpus ſuū haud ſcio, an quiſq;  
 » ad plenū norit, & mētis habitū cognoscet quiſlibet. Paulus  
 » cui contigerat, vel tertij cœli myſteria diſcere, ſemetipm ta  
 » men nō audent iudicare, auſurus vtiq; ſi ſibi ſat eſſet notus,

Cap. viij.

ſap. iij.

Jacobi. j.  
ſub. ij.

Caput ſapientie eſt  
cognitio ſui

Cantuar. j.

J. Coz. iij.

22 Si homo tā spiritalis, qui oīa diiudicat, iudicāndus a nemine,  
 22 sibi adhuc parū perspicuus erat, nos carnales quid confidimus? Porro miles nimis inutilis videat, cui neq; suā copiae, neq; hostiū cohortes satis habeant cognitae. At homini non cum hoīe, verum secū ipsi bellū est, atq; adeo ex ipsis visceribus hostilis acies nobis vltro suppullulat, quēadmodum de  
 22 terrigenis fratrib<sup>9</sup> poetā fabulant. Vsq; adeo aut tenui discrimine, ab hoste distat amicus, vt ingens periculū sit, ne parū cauti, vlt inimicū pro amico tueamur, vel amicū pro hoste laedamus. Hæret etiā in angelo lucis, dux ille egregius. Noster es inquit, an aduersariorū? Ergo quoniā tecū ipse bellū suscepisti, & in hoc prima victoriæ spes sita est, si tute tibi sis, q̄maxie cognitus, simulacrū quoddā tui tibi, velut in tabula, proponā. vt qd intus, qd in cute sis, plane pernoscas.

Iosue .v.

## DE HOMINE exteriorē, &amp; interiorē.

22 Est igit̄ homo prodigiosum quoddā animal, ex duabus,  
 22 tribusve partibus multo diuersissimis compactū, ex anima  
 22 veluti numine quodā, & corpore tanq̄ muta pecude. Si qui  
 22 dem corpore vsq; adeo reliquo brutorū generi non præstamus, vt oībus eius dotibus inueniamur inferiores. Secundum animā vero, adeo diuinitatis sumus capaces, vt ipsas etiā angelicas mētes liceat p̄teruolare, & vnū cum deo fieri. Si tibi corpus additū non fuisset, numē eras, si mēs ista non fuisset indita, pecus eras. Has duas naturas tam inter se diuersas, summus ille opifex, foelici cōcordia colligarat, at serpens, pacis inimicus, infœlici rursus discordia dissecuit, vt iam neq; dirimi queant, sine maximo cruciātu, neq; coniūctū viuere, sine assiduo bello. planeq; (qd dici solet) vtrūq; in altero auribus lupū tenet, possitq; mutuo cōpetere, versus  
 22 culus ille lepidissimus, nec tecū possum viuere, nec sine te.  
 Adeo perplexa seditiōe inter sese tumultuant, veluti diuersa, quæ vnū sunt. Corpus em̄ vt est ipsum visibile, rebus visibilibus delectat, vt est mortale, temporalia sequitur, vt est graue, deorsum sidit. Contra anīa generis ætherei memor,

Gen. iij.

# MILITIAE CHRISTIANAE

summa vi sursum nititur, & cum terrestri mole luctat, con-  
 temnit ea quæ vident, scit enim esse caduca, querit quæ ve-  
 re, quæ semper sunt. Immortalis amat immortalia, cœlestis  
 22 cœlestia, similis similibus capit, nisi penitus fuerit corporis  
 22 immersa sordibus, atq; a natua generositate eius contagio  
 22 degenerarit. Neq; vero hanc discordiam, vel fabulosus ille  
 22 Prometheus in seuit, admixta menti nra, de quoq; anante  
 particula, neq; primitiua cōditio indidit, sed peccatū quod  
 bene conditū erat, male deprauauit, inter bene concordēs,  
 dissensionis virus serēs. Antea em̄ & mens corpori sine ne-  
 gotio impabat, & corpus anio lubens volēsq; parebat, nūc  
 cōtra perturbato rerū ordine, affectus corporis, rōni præire  
 certant, cogiturq; illa in corporis sniam, pedibus discedere.  
 22 Quare nō absurde pectus hoīs, cum seditiosa quapiā reptur.  
 22 cōponas licebit, quā quoniam ex varijs hoīm generibus con-  
 22 stat, propter dissensionē studiorū, oportet crebris motibus,  
 22 & factiōibus collidī, ni penes vnū sit imperij summa, isq;  
 22 sit eiusmodi, vt nihil imperet, nisi rei, p. salutaria. Quare ne-  
 cesse est, vt plus in ea valeat, q plus sapit, pareat, qui minus  
 Nihil est autē infima plebe vecordius, eoq; mgratibus ob-  
 tēperare debet, nullū ipsa gerere magistratū. Qui vero opti-  
 mates sunt, aut natu maiores, audiēdi sunt illi quidē in con-  
 sultationibus, at ita si statuendī arbitriū penes vnū maneat  
 regem, quē admoneri quidē oportet nōnunq; cogi vero aut  
 22 præiri non cōuenit. Porro rex ipse nulli paret, nisi legi, lex  
 22 rīdet honestatis Idææ. Qd si preposteris vicibus vulgus in  
 22 domitū, & fex illa ciuitatis tumultuosa, natu maioribus p-  
 22 ire contēdit, aut si primates, regis imperiū negligūt, coorī-  
 22 in rep. nra pīculosa seditio, & nisi diuina dictatura succur-  
 22 ritur, ad extremā perniciē res oīs spectat. In hoīe vero, ratio  
 22 regis vice fungitur. Optimates accipias licet, affectus quos-  
 22 dam, corporeos quidē illos, sed tamen non perinde brutos,  
 22 quod genus sunt, genuina pietas erga parentes, charitas in  
 22 fratres, beneuolētia in amicos, misericordia in afflictos Me

sp publica ex diuisio  
 rija hoīm generib;  
 stat

o nulli paret nisi

ut ordinati  
 optimates

Motus inordinati  
sunt plebs infima

tus infamiae, Cupido honestae opinionis, & si qua sunt con-  
similia. Eos porro motus animorum, qui a rationis decretis  
maxime dissident, sunt tamen infime ad peccatorum humilitatem abie-  
cti, plebis quasi ultimam fecerit esse putata. cuiusmodi sunt libido  
luxus, inuidia, hisque consimiles animi morbi, qui ad unum  
omnes, veluti serui sordidi, & improbi, ergastulis sunt coarctan-  
di, ut si quaerant, pensum operaque a domino praescriptam, praestent. Sin-  
minus, nihil certe damni dent. Quae omnia Plato diuinitus intel-  
ligens, scripsit in Timaeo filios deorum, ad sui similitudinem, du-  
plex animae genus in homine fabricatos fuisse, alterum diuinum &  
immortale, alterum quasi mortale, & variis perturbatiōibus  
obnoxium, quarum prima sit voluptas, esca malorum (ut ait) proxi-  
ma dolor, fuga, impedimentumque honorum, Deinde metus  
atque audacia, consultores amictes. Quibus accedit & impla-  
cabilis iracundia, Praeterea spes blanda, cum irrationabili sensu,  
amoreque omnium inuasore. Haec enim ferme verba Platonis.  
Nec ignorauit, in huiusmodi perturbatiōibus coarctandis,  
vitae beatitudinem consistere. Scribit enim eodem in opere, eos  
qui ista superassent, iuste victuros, iniuste autem, qui ab his  
victi fuissent. Et diuinam quidem animam, hoc est rationem, tanquam  
regem in cerebro, velut in arce ciuitatis nostrae sedem statuit,  
corporis videlicet parte editissima, caeloque proxima tum mi-  
mebrata, quippe quae & osse sit pertenui, neque nervis, neque  
carne onerata, sed sensibus intus forisque, longe munitissima,  
ut illis quasi renuantibus, nihil tumultus in reipublica coarctet,  
quod non pertinus ille praesentisceret. At mortalis animae partes, hoc  
est affectus, ut quaeque rationi vel morigerata est, vel obstrepera,  
ita ab ea semouit. Nam inter ceruicem & diaphragma, partem  
animae constituit, fortitudinis atque irae participem, affectum videlicet,  
seditiosum quidem illum, & cohibendum, at non perinde brutum, eoque mediocri intervallo, a summis imisque semouit,  
ne vel nimia vicinitate regis otium perturbet, vel infimae  
plebis contagio corrupta, simul in eum coniuret. Vim porro  
concupiscibilem, quae esculenta, & poculenta appetit, quaque

est compassibilis

## MILITIAE CHRISTIANAE

in Venerē impellimur, porro infra p̄cordia procul a regia,  
 in iecur & aluū relegauit, vt quasi ferum quoddā, & indo-  
 mitū animal, illic ad praesepe habitaret, propterea quod ea  
 violētissimos excitare motus cōsuevit, minimeq; p̄sidis im-  
 perijs, audiens esse. Huius infima pars, q̄ pecuina sit, q̄q; res  
 bellis, vel illa pudenda corporis portio, in qua potissimū ty-  
 rannidē obtinet, documēto potest esse, quae mēbris ex om̄i-  
 bus vna, frustra reclamāte rege, obscoenis motibus, subinde  
 rebellionē parat. Vides nimirū vt hac, superne diuinū anis-  
 mal homo, plane in pecudē desinat. At consultor ille diuis-  
 nus, sublimi in arce praesidēs memor originis suae, nihil fors-  
 didum, nihil humile cogitat. Sceptro autē insignis eburno,  
 propterea qd nihil nō rectū imperet, in cuius fastigio aquila  
 lā insidere scripsit Homerus, qd ad coelestia subuolans, quae  
 humi sunt, aq̄linis oculis despiciūt. Postremo aurea redimit<sup>9</sup>  
 corona, Aurum em̄ in mysticis lris sapientiā fere significat,  
 circulus autē perfectā, & oībus numeris absolutā, Haec sunt  
 em̄ propriae regū dotes. Primū, vt q̄ plurimū sapiant, ne qd  
 peccent per errorē, tum vti quae recta sunt, ea modo velint,  
 ne qd contra animi iudiciū, perperā corrupteq; faciāt. Qua-  
 rum altera qui careat, eū non regē, sed latronē existimato.

### DE VARIETATE affectuum.

Noster aut rex propter aeternā legē, sibi diuinitus inscul-  
 ptam, opprimi quidē potest, corrūpi non potest, quin redas-  
 met, qn reuocet. Cui si reliqua plebs parebit, nihil ille vnq;  
 neq; poenitendū, neq; p̄niciosum cōmittet, sed summa mo-  
 deratiōe, summaq; trāquillitate gerent vniuersa. Ac de affe-  
 ctibus quidē Stoici, peripateticq; nō nihil diuersa sentiūt,  
 quanq; illud cōuenit inter oēs, ratiōe viuendū non affectu.  
 Sed illis placet, vbi affectibus, qui a sensibus proxime exci-  
 tantur, tanq; paedagogis vsus ad iudiciū, verūq; discrimen  
 expetendorū, & fugiendorū peruenieris, tū eos prorsus esse  
 relinquēdos. Iam em̄ non solū vtilis non esse ad sapiētiam,  
 verū etiam perniciosos. Atq; ob id perfectū illum sepiētē

actione diuinitū nō affici

suū, omnibus eiusmodi motibus, tanq̄ morbis animi, vacare volunt, vixq; humaniores quidā, primos illos impetus, rationē prauertere, sapienti concedūt, quas illi phantasias appellāt. At peripatetici non extirpandos affectus, sed coercedos docent. Esse em̄ nonnullū eorū vsum, propterea qd̄ hos a natura additos opinent̄, vti quādā ad virtutē incitabula, atq; exhortamenta, sicuti fortitudinis iram, industriā inuidiā, & item de reliquis. Socrates aut̄ in Phedone Platonis, cū nihil aliud putat esse phiam, q̄ mortis meditatiōem, hoc est, vt animus q̄tum potest, abducat sese a rebus corporeis, & sensibilibus, trāfferatq; ad ea, quæ ratione, nō sensibus percipiunt̄, cum Stoicis nimirū sentire videt̄. Oportet igitur primū omnes animi cognitos habere motus, deinde scire nullos esse tam violētos, quin a ratione, vel compesci, vel ad virtutē deflecti queant. Audio em̄ vulgo hanc pestiferam opinionē, vt se dicant ad vitia cogi. Alij contra imperiti sui, motus huiusmodi, pro rationis dictamine sequuntur, atq; adeo, qd̄ furasit ira, aut inuidiā, id zelū dei vocant. Atq; vt est alia respu. alia factiosior, ita alius alio ad virtutē propensior, quæ differentia, nō ex animorū discrimine, sed vel ex influxu cœlestiū corporū, vel progenitoribus, vel educatione, vel ex ipso corporis habitu proficiscit̄. Non anilis est illa Socratis fabula, de aurigis & equis, bonis ac malis. Videas em̄ nonnullos, ita moderato ingenio natos, ita tractabiles ac faciles, vt sine vllō negotio ad virtutē instituantur, ac sine calcaribus vltro p̄currant. Alijs cōtra corpus rebelle, tanq̄ equū indomitū, & calcitrosū cōtigisse, vt multum sudans domitor ille, vix tamē asperrimo freno, vix fuste calcaribusq; subigat ferocientē. Qualis si tibi forte obtigerit, ne p̄tinus abijcias animū, immo tāto acrius enitere, sic existimās, non tibi interclusam ad virtutē viam, sed vberior rem virtutis materiā oblatā esse. Quod si bonā mentem nactus es, nō hoc p̄tinus alio melior es, sed foelicior, at rursus ita foelicior, vt obligatior. Quanq̄ quis est ingenio vsq; adeo

Animi motus cognoscit̄ op

Ad vitia nemo cogit̄

vitia pro, virtutib; volūt̄

Et nali est lapu hō irimat  
eā ad vitios vel ad virt

Vide etiā de hac materiā  
infra volū. 34. i. fine.

## MILITIAE CHRISTIANAE

foelici, vt nō abunde multa sint, in quibus luctari oporteat.  
 Ergo qua maxie turbari sentiet, hac q̄ maxie aduigilet rex  
 oportet. Sunt vitia quaedā pene gentilitia, quēadmodū gen-  
 tibus nōnullis perfidiā aiunt esse familiarē, alijs luxū, alijs li-  
 bidinē. Quaedā corporis habitū comitant, sicut sanguineos  
 mulierositas, & voluptatū amor. Cholericum ira, ferocitas,  
 maledicētia. Phlegmaticū inertia, somnolētia. Melancholis-  
 cum, inuidia, tristitia, amaritudo. Nōnulla cū aetate, aut res-  
 mittunt, aut inualescūt, quēadmodū libido in iuuetā, item  
 p̄fusio, temeritas, in senecta tenacitas, morositas, auaritia.  
 Sūt & quę sexui videant̄ adnata, vt in viro ferocitas, in mu-  
 liere vanitas, & vindictę cupido. Fit interī vt natura veluti  
 paria faciens, morbū animi dote quapiā diuersa cōpenset.  
 Est hic quidē propēsiō ad voluptatē, sed neutiq̄ iracūdus,  
 neutiq̄ inuidus. Est alius incorrupta pudicitia, sed elatior,  
 sed iracūdior, sed attētiō ad rē. Neq̄ desunt, qui prodigio-  
 sis quibusdā, ac fatalibus vitijs sollicitent, furto, sacrilegio,  
 homicidio, q̄bus quidē omni conatu obuiā est eundū. con-  
 traq̄ eorū insultū, certi p̄positi, murus quidā aheneus obij-  
 ciēdus. Ediuerso sunt nōnulli affectus, ita vicini virtutib⁹  
 vt periculū sit ne ambiguo discrimine fallamur. Erūt hi cor-  
 rigēdi, & ad proximā virtutē cōmode deflectēdi. Est exem-  
 pli gr̄a quispiā excandescētiō, iniiciat aīo frenū, & erit alas-  
 crior, erit erectus, minimeq̄ lāguidus. Erit liber ac simplex  
 Est alius paulo renacior, adhibeat rationē, & fuerit frugal.  
 Qui blādiōr est, fiet comis & cōmodus. Qui p̄fractus, cons-  
 stās. Qui tristior, seuerus. Qui ineptior, morigerus. atq̄ ad  
 eundē modū de reliq̄s animi leuioribus morbis. Hoc modo  
 cauendū, ne naturę vitiū, virtutis noīe palliemus, tristitiā  
 grauitatē, asperitatē seueritatē, inuidiā zelum, sordes frus-  
 galitatē, assentationē comitatē, scurrilitatē urbanitatē ap-  
 pellātes. Hęc igit̄ est vnica ad beatitudinē viā, primū, vt tes-  
 noris. Deinde, vt ne quid pro affectibus, sed oīa pro iudicio  
 rōnis agas. Sana sit aut̄ & sapiat rō, hoc est tm̄ honesta spe-

in ne palliem⁹  
 vitiū nomine.

et a ma ad beatitudinē  
 et tu noīe.  
 et vt oīa rōne agant

Et. At difficile est (ingres) qđ præcipis. Quis negat? Atqui  
 verū est illud apud Platonē adagiū, quæ pulchra sunt, eadē  
 90 esse difficilia. Nihil fortius, q̄ vt quis seipm vincat, sed nullū  
 90 maius p̄m̄ium, q̄ beatitudo. Præclare illud Hieronymus, vt  
 cætera oīa. Nihil Christiano foelicius, cui p̄mittitur regnū  
 cœlorū. Nihil laboriosius, qui q̄tidie de vita periclitat̄. Nis  
 hil fortius, qui vincit diabolū, Nihil imbecillius, qui a carne  
 90 superat̄. Si tuas perpēderis vires, nihil difficilīus, q̄ carnem  
 90 subigere sp̄i, si deū auxiliatorē respexeris, nihil facili⁹. Tu  
 modo ingēti aīo, perfectæ vitæ propositū concipe, conceptū  
 vrge. Nihil vnq̄ vehemēter imperauit sibi humanus aīus,  
 90 qđ nō effecerit Magna pars Christianismi est, toto p̄ctore  
 90 velle fieri Christianū. Quod aditu videbit̄ inexpugnabile,  
 id fiet successū mollīus, vsu facile, cōsuetudine demū etiam  
 90 iucundū. Scitū est illud Hesiodiū, Arduā initio esse virtutis  
 90 viam, verū vbi ad cacumē erepseris, tutissimū otium te ma  
 90 net. Nullū aīal tam ferū, qđ non māsuēscat hūana cura, &  
 90 aīmi domitoris oīm nllā erit domādī ratio. Vt corpore va  
 leas, potes in annos aliq̄t imperare tibi, vt abstemius sis, vt  
 a Venere tēperes, quæ præscripsit homo medicus, & vt oēm  
 vitā tranquille transigas, non potes vel mēses pauculos im  
 perare affectibus, qđ conditor p̄cipit deus. Vt corpus mor  
 bo subducas, oīa facis, vt corpus & aīam ab æterna morte  
 subtrahas, non illa facis, quæ fecerunt & Ethnici?

DE HOMINE interiore & exteriori, Et de dua  
 bus partibus hominis, ex literis sacris,

Pudet me profecto Christianorū noīe, quorū maxia pars,  
 veluti muta pecora, seruit affectibus suis, adeoq; in hac di  
 micatōe nō sunt exercitati, vt ne norint qđem rōnis atq; p̄  
 turbationū discrimē. Hoc tm̄ hoīem esse putāt, qđ vidēt, qđ  
 sentiūt, Immo nihil esse putāt, nisi qđ sub sensū cadat, cū nis  
 hil sit minus. Quicqđ impēse cupiūt, id rectū existimāt. Pas  
 cē appellant, certā cōploratāq; seruitutē, dū obruta rō, quos  
 cūq; vocat affectus, nihil renitēs sequit̄. Hæc pax est illa mi



MILITIAE CHRISTIANAE

sera, quā Christus veræ pacis author, qui fecit vtraq; vnū,  
 venit dirimere, bellū salutare excitaturus, inter patrē & fili-  
 um, inter maritū & vxorē, inter ea quæ turpis cōcordia ma-  
 le cōciliauit. Iam vero phōrum leuis sit authoritas, nisi eadē  
 oīa, tamen si verbis non iisdē, sacris in lris præcipiunt. Quod  
 » philosophi rationē, id Paulus modo spm̄, modo interiorem  
 » hoīem, modo legē mentis vocat. Qd̄ illi affectū, hic interim  
 » carnē, interim corpus, iterim exteriorē hoīem, in terim legē  
 mēbrorū appellat. Spiritu inqt̄ ambulate, & desyderia car-  
 nis nō perficietis. Caro em̄ concupiscit aduersus spm̄, & spi-  
 ritus aduersum carnē, vt nō quæcūq; vultis, illa faciatis. Et  
 alibi. Qd̄ si scdm̄ carnē vixeritis, moriemini. Si spiritu facta  
 carnis mortificaueritis, viuetis. Noua pfecto rerū cōmuta-  
 tio, vt in bello pax quærat̄, in pace bellū, in morte vita, in vi-  
 ta mors, in seruitute libertas, in libertate seruit̄. Scribit em̄  
 alibi Paulus. Castigo corpus meū, & in seruitutē redigo. Li-  
 bertatē audi. Qd̄ si spiritu ducimini, non estis sub lege. Et  
 nō itēz concepimus spm̄ seruitutis in timore, sed spiritū ad-  
 optionis filiorū dei. Idem alibi. Video aliā legem in mēbris  
 meis repugnantē legi mētis meæ, & captiuantē me in lege  
 peccati, quæ est in mēbris meis, Legis apud eundē, de exte-  
 riore hoīe, qui corrumpit̄, & interiore, qui renouat̄ de die in  
 » diē. Plato duas vno in hoīe anīas constituit. Paulus eodē in  
 » hoīe duos hoīes facit, adeo cōglutinos, vt neuter sine alte-  
 ro, neq; in gl̄ia, neq; in gehēna, sit futurus, adeo rursus dis-  
 iunctos, vt vnus mors, vita sit alterius. Eodē opinor perti-  
 nēt, quæ scribit Corinthijs. Factus est prim⁹ homo in aīam  
 viuentē, nouissimus Adā, in aīam viuificantiē. Sed nō prius  
 qd̄ spiritale est, sed qd̄ aīale, deinde qd̄ spūale. Prim⁹ homo  
 de terra terrenus, Secūdus hō de cœlo cœlestis. Atq; vt eui-  
 dētius esset, ista nō solū ad Christū & Adam, sed ad nos oēs  
 pertinere subiecit. Qualis terren⁹, tales et terreni, & qualis  
 cœlestis, tales & cœlestes. Igit̄ si portauimus imaginē terre-  
 ni, portemus et imaginē, cœlestis. Hoc aut̄ dico fratres, quia

ad Ephe. ij.

Galath. v.

ad Galath. v.

ad Rom. viij.

Cor. iij.

Galath. v.

ad Rom. viij.

ad Rom. viij.

Cor. iij.

Cor. iij.

caro & sanguis regnū dei nō possidebūt, neq̄ corruptio, in  
 corruptelā possidebit. Vides liquere, qđ alibi carnē, & exte-  
 riorē, qui corrūpitur, hoīem dixit, hic terrenū Adam nomis-  
 nasse. Hoc ip̄m nimirū est, & corpus illud mortis, quo gra-  
 uatus exclamabat Paulus. Infelix ego homo, q̄s me libera-  
 bit de corpore mortis hui⁹? Porro fructū lōge diuersissimū  
 » carnis, & spiri⁹ aperiēs, alibi scribit. Qui semiat (inquit) in  
 » carne sua, de carne & metet corruptionē, qui autē seminat in  
 spiritu, de spū memet vitā æternā. Hoc igit̄ illud ē vetus dis-  
 sidiū germinorū Jacob & Esau, qui & anteq̄ in lucē æderen-  
 tur, iā intra materni vētris claustra luctabant. At Esau quis  
 dem p̄occupauit exortū. sed Jacob prærīpuit benedictionē.  
 Prius em̄ carnale, sed qđ spiritale poti⁹ est. Alter erat rufus  
 & pilis obsitus, alter lenis. Alter inquietus, & venator, alter  
 domestico gaudēs otio. Et ille quidē famelicus, ius vēdidit  
 primogenitorū, dum vili voluptatis authoramēto illectus, a  
 natīua libertate excidit, in seruitutē peccatorū. hic qđ iure  
 nō debebat, arte gratiæ sibi vēdicat. Inter hos fratres quanq̄  
 vterinos, quanq̄ gemellos, nunq̄ perfecta coit̄ concordia,  
 Odit em̄ Esau Jacob, Jacob contra, etsi non rñdet odio mu-  
 tuo, fugit tñ, suspectūq̄ semp̄ habet Esau, neq̄ sese illi credit  
 Tibi quoq̄ quicqđ sua serit affectus, suspectū sit, p̄pter du-  
 biā authoris fidē. Jacob solus vidit dominū, Esau vt sanguis-  
 narius, gladio viuit. Postremo dñs a matre consultus rñdit,  
 Maior seruiet minori, Pater ꝑ̄o adiecit. Fratri tuo seruiēs  
 Tempusq̄ veniet, cū excutias & soluas iugū eius, de ceruī  
 cibus tuis. Dñs de pijs vaticinat, pater de reprobis. Ille quid  
 ab oībus oporteat fieri cōmonstrat, hic quid pleriq̄ facturi  
 » sint, p̄dicat. Paulus vult mulierē subditā esse viro suo. Melis  
 » or em̄ est iniquitas viri, q̄ mulier benefaciēs. Eua nostra car-  
 » nalis est affectus, cuius oculos callidus ille coluber quotidie  
 » sollicitat. Ea corrupta, pergīt et virū ad cōmunionē mali sol-  
 licitare. Sed qđ legis de m̄piere noua, id est ea quæ viro suo  
 morigera est. Inimicitias ponā inter te (nempe serpentem

Ad Rom. viij.

Ad Galath. vi.

Gen. xxv.  
et xxviij.

affectus sp̄s dñs cō fusi

v. ad Colos. iij.  
+ Gen. xliij.

Gen. iij.

& mulierem) & semen tuū, et semen illius. Ipsa conteret ca-  
 put tuū, & tu insidiaberis calcaneo illius. Deiectus est colu-  
 ber in pectus, impetū eius fregit mors Christi, Tantū calca-  
 neo insidiatur dancularius. Cæterū gratia fidei, tanq̄ in vi-  
 raginem versa mulier, venenatū caput anōsa cōterit, Aus-  
 cta est gratia, imminuta carnis tyrānis, Sara imminuta, au-  
 thore deo, creuit Abraam, iamq; illa non maritū, sed domi-  
 num vocat. Neq; prius tamen illa partū meretur, q̄ illi desi-  
 issent muliebria. Quid vero tandē peperit domino suo Ab-  
 22 rahæ, iam anus, iam effœta? Nempe Isaac, hoc est gaudiū.  
 22 Simulatq; in homine cōsenuerunt affectus, tum demū exo-  
 22 ritur fœlix illa tranquillitas innocētis animi, & mentis se-  
 curitas quasi iuge conuiuium. Et vt pater ipse non indulgit  
 vxori, ita in liberis suspectam habet collusionem, Isaac cum  
 Hismaele. In ea ætate non vult conuenire filio ancillæ, cum  
 filio liberæ, Dum adhuc feruet adolescentia, procul ab ocu-  
 lis ablegetur Hismael, ne sub blandimēti specie, puerū ad-  
 huc Isaac, ad suos mores pelliciat, Iā senuerat Abraam, iam  
 anus erat Sara, iam ediderat Isaac, adhuc diffidit, nisi vxor-  
 ris consiliū, diuinum oraculū comprobasset. Nō est securus  
 de muliere, donec audit a domino, Omnia quæ dixerit tibi  
 22 Sara, audi vocē eius. O fœlicē senectam eorū, in quibus sic  
 22 præmortuus est ille terrenus homo, vt nullū negotiū exhi-  
 beat spiritui. Qui consensus, an per oīa perfectus homini  
 cōtingat in hac vita, haud equidē affirmauerim. Fortasse ne  
 expediat quidē, Nam et Paulo datus est stimul<sup>o</sup> carnis, ang-  
 gelus Satanæ, qui illū colaphizaret, ac iam tertū, dominū  
 22 rogans, vt a se tollerē, hoc tantū audiuit, Paule sufficit tibi  
 22 gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Nouū pro-  
 fecto remedij genus, Paul<sup>o</sup> ne superbiret, tentat a superbia,  
 vt solidus sit in Christo, in se cogitur esse infirmus. Portas-  
 bat enim thesaurū reuelationum cœlestiū, in vase sicili, vt  
 sublimitas esset virtutis dei, & non ex ipso. Quod vnum  
 22 exemplū Apostoli, multorū pariter nos admonet. Primum

Gen. xlvij.

Cor. xij.

cum a vitijs sollicitamur, mox iteratis precibus imploramus  
 dum esse auxiliū diuinū. Deinde tentatiōes viris perfectis  
 interdū non solū periculosas non esse, verū etiam ad custodiā  
 virtutis necessarias. Postremo reliquis oībus perditis  
 mitis, solum inanis gloriæ vitū, in medijs etiam virtutibus  
 insidiari, & hanc esse velut hydrā illam Herculanā, monstrum  
 viuax, & suis vulneribus fecundū, quod oībus exanclatis laboribus,  
 supremo sine vix demū queat confici. Verum labor omnia vincit improbus.  
 Interim dum vehementibus perturbationibus æstuat animus, tu modis oī-  
 bus preme, vrge, immine, ac Proteū istum tuū, vinculis strin-  
 ge tenacibus, dum oīa transformat sese in miracula rerū,  
 ignemq; horribilēq; feram, fluuiūq; liquentē, donec in natū  
 uam speciem redeat. Quid autē tam Proteus, q̄ affectus &  
 cupiditates stultorū, quæ cum eos nunc in belluinā libidinē  
 nem, nunc in iram ferinā, nunc in venenatā inuidiam, nūc  
 in alia atq; alia vitiorū portenta trahunt, nōne pulchre qua-  
 drat, quod eruditissimus poeta dixit. Tum variæ eludent  
 species, atq; ora ferarū. Fiet enim subito sus horridus, atrasq;  
 tygris. Squamosusq; draco, & fulua ceruice læna. Aut  
 acrem flāmæ sonitū dabit. Hic vero memēto, quod sequit̄.  
 Sed quāto ille magis formas se vertet in oīes, Tanto nate  
 magis contēde tenacia vincula. Immo ne rursum ad fabulas  
 reuoluamur poetarū, exēplo sancti patriarchæ Jacob, luctamen  
 nocturnū constāter vrge, donec illucescat aurora opis  
 diuinæ, dicitq; non dimittā te, nisi benedixeris mihi. Quod  
 autē virtutis suæ præmiū tulerit, fortissimus ille palæstrites,  
 operē precii est audire, Primū benedixit ei in eodē loco, Sp  
 em post superatā tentationē, præcipuū quoddam auctariū  
 diuinæ græ adijcit homini, qua sit ad futurū hostis assultū,  
 multo q̄ fuerat munitior. Deinde tacto femore emarcuit ner-  
 uus victoris, et cœpit altero claudicare pede. Execratur per  
 os prophete deus, eos qui utroq; claudicāt pede, id est qui sibi  
 & in carne esse, & deo volūt placere, & dum utroq; male co-

## MILITIAE CHRISTIANAE

- nantur, in utroque claudicant. Foelices autē illi, in quibus sic affectus carnis emortuus est, cōtingēte deo, vt dextro pedi potissimū, hoc est spiritui innitant, Postremo nomē illi commutatū. Ex Iacob enim fit Israel, Ex luctatore quietus. Vbi castigaris carnē tuam, & eā crucifixeris, cū vitijs & concupiscentijs, iam nullo obstrepēte, cōtinget tibi trāquillitas & otīū, vt vaces & videas dominū, vt gustes & videas, quoniam suavis est dñs. Hoc em̄ sonat Israel. Videtur autē non in igni, non in turbine, ac tumultu tentationū, verum tēpestas-tem diaboli, si modo perseueraris, consequitur sibilus auræ tenuis, consolationis spiritalis. Ea simulatq; leniter aspira-uerit, tū intēde acriter internos oculos, & eris Israel. dicesq; cum eodem. Vidi dominū, et salua facta est anima. Videbis eum qui dixit, Non videbit me om̄is caro. Excute te ipsum.
- Si caro es, non videbis dominū, Si non videris, non salua-bitur anima tua. Cura igitur vt sis spiritus.

### DE TRIBUS HOIS PARTIBUS SPIRITU, ANIA & CARNE.

Erāt hæc vel nimio plus satis, verū vt fias tibi paulo etiā perspectior, atq; excussior, libet & Origenicā hois sectionē breuiter referre. Is em̄ Paulū securo tres partes facit, spiritū animā & carnē, quas oēs coniūxit Apostolus scribēs Thes-salonicensibus, vt integer (inquit) corpus vestrū, & anima, & spiritus, in die dñi nostri Iesu Christi seruet. Esaias autē om̄issa parte infima, duratū meminit. Ania (inquit) mea desyderabit te in nocte, sed & spiritu meo in p̄cordijs meis, de mane vigilabo ad te. Daniel item. Laudate (inquit) spiritus & animæ Iustorum dominū. Quibus ex locis, non absurde colligit, triplicem hois portionē. Corpus siue carnē, infimā nostri partē, cui per genitalē culpam, legē inscripsit peccati, serpens ille veterator, quaq; ad turpia prouocamur, ac victi diabolo cōnectimur. Spiritū vero qua diuinæ naturæ simi- tudinē exprīmimus, in qua cōditor optimus, de suæ mentis archetypo, æternā illam honesti legem insculpsit, digito, hoc est spiritu suo. Hac deo cōglutinamur, vnumq; cum eo.

genes libro p̄ sup  
am ad Romanos.

ad tessal. v.

sa. p̄m.

anielis. iii.

reddimur. Porro tertiã, & inter ista mediã, animã constituit  
 22 quã sensuũ ac motuũ naturaliuũ sit capax. Ea velut in factio  
 22 sa rep. nõ potest nõ alterutri partiũ accedere. Hinc atq; hinc  
 22 sollicitat, liberũ habet, vtro velit inclinãre. Si carni renuntis  
 22 ans, ad spiritus partes sese traduxerit, fiet & ipsa spiritalis,  
 22 sin ad carnis cupiditates semet abiecerit, degenerabit, & ip̃a  
 in corpus. Hoc em̃ est, qd sensit Paulus scribẽs Corinthiis.  
 An nescitis, quoniã qui adhæret meretrici, vnũ corpus effi  
 citur? Qui aut̃ adhæret dño, vnus spiritus est. Meretricẽ, lu  
 22 bricã hois partẽ appellat. Hæc est illa illex & blanda mulier,  
 de qua legis puerbiorũ capite secũdo. Vt eruaris a muliere  
 aliena, & ab extranea, quã mollit sermones suos, & relin  
 quit duccẽ pubertatis suã, & pacta dei sui oblita est. Inclinã  
 ta est em̃ ad mortẽ domus eius, & ad inferos semitã ipsius.  
 Om̃es qui ingredient̃ ad eam, nõ reuertent̃, nec apprehen  
 dent semitas vitæ. Et capite sexto. Vt custodiãt te a muliere  
 mala, et a blãda lingua extraneã. Nõ concupiscat pulchritu  
 dinẽ eius cor tuũ, ne capiaris nutibus illius. Preciũ em̃ scor  
 ti, vix vnus est panis, mulier autẽ, viri p̃ciosam aĩam rapit.  
 22 Nõne cũ de scorto, corde, & aĩa meminit, noĩatim tres hois  
 22 partes expressit? Rursum capite nono. Mulier stulta & da  
 22 mofa, plenaq; illecebris, & nihil oĩno sciẽs. Sedet in foribus  
 domo suã sup̃ sellã, in excelsio vrbis loco, vt vocaret trãseun  
 tes per viã, & gẽtes in itinere suo. Quis est paruulus? decli  
 22 net ad me. Et vecordi locuta est. Aquẽ furtiuẽ dulciores sũt  
 22 & panis absconditus suauior. Et ignorauit, qd ibi sint gigan  
 tes, & in profundis inferni cõtiuã eius. Qui em̃ applicabit  
 illi, descẽdet ad inferos. Nã qui abscesserit ab ea, saluabitur.  
 Queso te, qbus coloribus magis graphice depingi, fucarive  
 poterãt, vel venenatẽ carnis illecebrã, ad turpitudinẽ sollici  
 tãtis aĩam, vel improbitas spiritui reclamãtis, vel exitus in  
 foelix superãtis? Ergo spiritus deos nos reddit, Caro pecora,  
 22 aĩa constituit hoies, Spiritus pios, Caro impios, aĩa neu  
 22 tros. Spiritus querit coelestia, caro dulcia, aĩa necessaria, sp̃it.

7. Cor. vi.

p. b.

## MILITIAE CHRISTIANAE

20 ritus euehit in cœlū, Caro deprimit ad inferos, Anīa nihil  
 21 imputat. Quicqd carnale, turpe est, Quicqd spiritalē, perfe  
 22 ctū, quicqd aiāle, mediū et indifferēs. Vis ne pinguiore, qd  
 23 aiūt, Minerua, tanq̄ digito tibi demonstrari, partiu istaz dis  
 24 crimen? Equidē expiar. Vereris parētes. Amas fratrem, amas  
 25 liberos, Diligis amicū. Non tā virtutis est ista facere, quam  
 sceleratū, non facere. Cur em non facias Christianus, qd na  
 turæ instinctu faciūt & gētes, imo qd faciūt & pecora? Qd  
 naturæ est, nō imputat ad meritū. Sed incidisti in eum locū,  
 vt aut patris cōtemnēda pietas, vincēda charitas liberorū, be  
 niuolētia negligēda amici, aut offendendus deus. Quid fas  
 cis? In biuio stat aiā? Sollicitat hinc caro, illinc spiritus? Dicit  
 26 spūs, Potior est parēte deus. Illi corp⁹ modo debes, huic oīa.  
 27 Suggestit caro. Nisi pares, exhæredat te pater, vulgo diceris  
 28 impius. Cōsule rei, cōsule famæ. Deus aut nō videt, aut cō  
 29 niuet, aut certe facile placabit. Iam hæret, iā nutat aiā. Vtro  
 30 eunq; se flexerit hoc erit, qd est id, cui accesserit. Si contēpto  
 31 spū, meretricē carnē audierit, vnū corp⁹ est, sin spreta carne  
 32 ad spiritū erigat, transfigurat in spiritū. Ad hūc modū cons  
 fuece temetipm sollerter excutere. Ingēs enim hoīm error,  
 qui non raro absolutā pietatē putant, qd est naturæ. Impos  
 nunt incautis, affectus quidā in speciē honestiores, & quasi  
 33 virtutū laruis psonati. Sæuit iudex in fontē, seuerus & icor  
 34 ruptus sibi videt. Vis & hūc discutit? Si aiō indulget suo, ser  
 uicq; rigori cuidā genuino, nullo animi dolore, nōnulla for  
 tallis cū voluptate, nihil tamē a iudicis officio diuaricās, ne  
 sibi ptinus placeat. Mediū est qd facit. Quod si lege, vel ad  
 odiū priuatū, vel ad cupiditatē abutit. iam carnale est quod  
 gerit, & homicidiū cōmittit, sin ingentē animo percipit do  
 lorē, quod eum cogitur perdere, quē mallet emendatū & in  
 columem, & pœnam cōmertiam irrogat eo pectoris sensu,  
 quo pater filium charissimū secari vricq; iubet, ita demū spi  
 ritale erit, quod agit. Pleriq; propensione naturæ, atq; inge  
 nij proprietate, rebus nōnullis vel gaudent, vel abhorrent.

de hac materia sup  
Lanus. volū. 25.

Sunt quos nihil tūillet Venerea voluptas. Ne protinus si  
 20 bi ad virtutē arrogant, quod est indifferēs. Non carere libi  
 dine, sed vincere libidinē, virtutis est. Alius gaudet ieiuna  
 re, gaudet adesse sacris, gaudet frequēs esse in templis, gau  
 det q̄ plurimū psalmorū dicere, sed in sp̄ritu. Exige ad hanc  
 regulā quod facit. Si ad famā, si ad emolumentū spectat, car  
 nem sapit, non sp̄ritū. Si tātum ingenio indulget suo, facit  
 eū quod animo lubet, non habet cur sibi magnopere place  
 at, imo quod timeat habet. En tibi periculum. Oras, & non  
 orantē iudicas, ieiunas, & fratrem manducantē condemnas.  
 Quisquis non facit, quod tu, eo te meliorem iudicas. Vide ne  
 ad carnē pertineat ieiuniū tuum. Eget frater ope tua, tu in  
 terim preculis tuis deo obmurmuras, fratris egestatem dis  
 20 simulans. auersabitur istas preces deus. Quomodo enim te  
 20 orantē audiet deus, cū tu non audias homo hominem? Accipe  
 20 & illud. Amas vxorem, hoc tātum nomine, quod vxor est.  
 20 Nihil magni facis. Nam istud quidem est tibi cum Ethnicis  
 20 cōmune. At amas, non ob aliud, nisi quia tibi voluptati est.  
 20 Ad carnem tendit amor tuus. Sed amas ob hoc potissimū,  
 20 quod in ea perspexeris imaginē Christi, puta pietatem, mo  
 20 destiam, sobrietatē, pudicitiam, iamq; non illam in ipsa, sed  
 20 in Christo, immo in ea Christum amas, ita demum sp̄rituali  
 20 ter amas. Verum his de rebus plura, sed suo loco.

REGulæ quaedā generales, veri Christianismi.

Nunc quoniam ad id, quod propositū est, ut cūq; viam ape  
 ruisse, & quasi sylvā quandā comparasse videmur, ad reli  
 qua properandū, ne non Enchiridion, sed ingens fiat volu  
 men. Conabimur aut breuiter regulas quasdā, quasi nexus  
 quosdā palæstricos tradere, quarū ductu, tanq; filii Dedalei,  
 20 facile queas e mūdi huius errorib; velut e labyrintho quo  
 20 dam inextricabili emergere, atq; ad purā lucē vite sp̄ritualis  
 pertingere. Nulli disciplinæ sui canones desunt, & sola bea  
 te viuendi ratio, nullis præceptis adiuvabitur? Est aut oīno  
 virtutis ars quaedā & disciplina, in qua qui se gnauiter ex

Nota bene de  
Iudicio temerario



## MILITIAE CHRISTIANAE

ercent, ijs deniq; aspirat ille sanctorū conatum provector  
 spiritus. Qui vero dicunt, recede a nobis, sciētiam viarum  
 tuarū nolumus, hos reijciet misericordiā diuinā, propterea  
 quod ipsi reiecerunt sciētiam, Sumētur autem hi canones,  
 partim a psona dei, diaboli, & nostra, Partim a rebus, id est  
 virtutibus ac vitijs, & quæ sunt his coniūcta. Partim a ma-  
 teria virtutū & vitiorū. Conducēt potissimū aduersus tria  
 mala, reliquias culpæ genitales, Nam etsi labē absterisit ba-  
 ptismus, tamē hæret adhuc quiddā veteris morbi, relictū in  
 nobis, tum ad custodiā humilitatis, tū materiā segetēq; vir-  
 tutis. Ea sunt cæcitas, caro, & infirmitas. Cæcitas ignoratiæ  
 nebula, rōnis obscurat iudiciū. Lumen em̄ illud purissimū  
 diuinū vultus, qđ conditor infuderat super nos, cum nō ni-  
 hil obfuscauit culpa primorū parentū, tum corrupta educa-  
 tio, improbus cōiuctus, pueri affectus, vitiorū tenebræ,  
 consuetudo peccandi, tanta obduxit rubigine, vt diuinitus  
 insculptæ legis, vix vestigia quēdā appareant. Ergo (vt cœs-  
 peram) cœcitas facit, vt in delectu rerū fere cœcutiamus, pro  
 optimis pessima sequentes, potiora minus vtilibus postha-  
 bētes. Caro sollicitat affectū, vt etiā si quid sit optimū intel-  
 ligamus, diuersa tamē amemus. Infirmitas facit, vt virtutē  
 semel arreptā, vel tædio, vel tentatiōe victi, deseramus. Cæ-  
 citas officit iudicio. Caro deprauat voluntatem. Infirmitas  
 frangit constantiā. Primū igitur est, vt fugienda dignoscas  
 ab expetendis, atq; ideo tollenda cæcitas, ne in rerū delectu  
 hallucinemur. Proximū vt malum cognitū oderis, bonum  
 ames, & in hoc vincenda caro, ne contra mentis iudiciū  
 dulcia pro salutaribus amemus. Tertium vt in bene cœptis  
 perseueres: atq; idcirco fulciēda infirmitas, ne turpius vir-  
 tutis viam deseramus, q̄ fueramus nō ingressuri. Ignoran-  
 tiæ medendū, vt videas qua sit eundū. Caro domanda, ne a  
 cognita via seducat in deuia. Infirmitas animāda, ne viam  
 artam ingressus, vel vacilles, vel resistas, vel deflectas, neue  
 semel aratro manū admolitus, respicias, sed exultes vt gy-

Job. cxi.

Morbus inheret etiā  
 p̄ baptismū - et ē  
 triplex - sc̄

Cæcitas  
 Caro  
 Infirmitas

gās ad currendā viā, semp̄ in ea quæ sunt ante temet extens  
dens, eorū quæ retro sunt oblitus, donec apprehendas bras  
uiū, & coronā promissā perseuerātibus. Ad hæc itaq; tria,  
Canones quosdā pro nostra virili accōmodabimus.

CONtra malū ignorātiæ Canon primus.

- ” Quoniā vero fides vnica est ad Christum ianua, primā  
oportebit esse regulā, vt de ipso, atq; illius spū traditis scri  
pturis, q̄ optime sentias. Credasq; nō ore tenus, nō frigide,  
non oscitāter, non hæsitāter, quēadmodū vulgus facit Chri  
stianorū, sed toto pectore, penitus infixū, immotūq; sedeat,  
ne vnū quidē in eis Iota contineri, q̄d non magnope ad tuā  
salutē pertineat. Nihil quicq; te moueat, q̄d bonā hoīm par  
tem, sic vides viuere, quasi cœlū & inferi, fabulæ quæpiam  
” essent aniles, terricula, aut illectamēta puerorū. Tu vero cre  
des, ne festinaueris. Et si ad vnū vniuersus ifaniat mūdus,  
” vertant elemēta, desciscant angeli, nō potest mētiri veritas,  
” nō potest non euenire, q̄d deus euenturū esse pdixit. Si deū  
esse credis, veracē credas oportet. Sic profus habeto, nihil  
tam verū esse, nihil tam certū, atq; indubitātū eorū, quæ au  
ribus hauris, oculis corā intueris, manibus tenes, q̄ quæ les  
gis in his lris, quas cœleste numē, hoc est veritas inspirauit,  
sancti prophetae pdiderūt, tot martyrū sanguis cōprobauit,  
quibus tot iā seculis, piorū hoīm consensus subscripsit, quas  
Christus ipse in carne, & sermone tradidit, & moribus ex  
pressit, testant miracula, confitent & dæmones, adeoq; cre  
dunt, vt & contremiscāt. Deniq; quæ sic consentaneæ sunt  
æquitati nature, quæ sic inter se constāt, sic rapiūt attentos,  
sic mouēt atq; transformāt. Si hæc tanta argumēta in eas so  
las cōpetunt, quæ malū, vesania est, in fide hæsitare? Vel ex  
præteritis futurorū coniecturā facito. Quāta q̄ incredibilia  
dictū de Christo pdixerāt prophetae. Quid horū non eue  
nit? Qui in illis nō fefellit, in alijs faller? Postremo nō men  
titi sunt prophetae, & mētietur Christus prophetarum dñs?  
” His atq; huiusmodi cogitationibus, si subinde flāmam ex

p̄. 200.

math. p. et 20

Jaco. ij.

## MILITIAE CHRISTIANAE

- 22 citaris fidei, tū ardentē rogaueris deū, vt adaugeat tibi fir-  
 22 dem, mirabor, si diu malus esse poteris. Quis em̄ vsq̄ adeo  
 22 scelestus est, vt non resiliat a vitijs, si modo penitus credat,  
 22 momētaneis his voluptatibus, p̄ter infelicitē illum conscia  
 22 mentis cruciatū, aternos quoq̄ em̄ cruciatus? P̄is contra,  
 22 pro tēporaria, ac leui vexatiuncula, cētuplum gaudiū purae  
 22 conscientiae, ac vitam deniq̄ reddi immortalem?

### CANon Secundus.

- Primū igitur esto, nihil hesitare de p̄missis diuinis, proximi  
 mū aut, vt viā salutis, nō contāter, nō timide, sed certo p̄posi-  
 sito, toto pectore, aīo fidētī, atq̄ (vt ita dixerim) gladiatorio  
 capellas, paratus vel rei, vel vitē dispendiū pro Christo sub-  
 ire. Piger vult, & non vult. Non oscitatibus cōtingit regnū  
 cœlorum, sed plane vim pati gaudet, & violētī rapiūt illud.
- 22 Huc festinantē, nō te charorū affectus retardet, nō reuocēt  
 22 illecebra mūdi, non remoren̄ curā domestice. Incidēda est  
 22 seculariū negotiorū cathena, quādoquidē explicari non pos-  
 test. Sic deserēda Aegyptus, ne quādo redeas anīo ad ollas  
 carniū. Raptim ac semel tota deserēda Zodoma, nō est fas  
 respicere, Respexit mulier, & versa est in simulacrum saxe-  
 um. Viro non vacat, vlla vsq̄ in regione morari, sed iubetur  
 properare in montē, nisi malit perire. Clamat propheta, vt  
 fugiamus de medio Babylonis. Exitus ab Aegypto fuga vo-  
 catur. E Babylone fugere iubemur, nō sensim, atq̄ contan-
- 22 ter emigrare. Videas plerosq̄ comperendinātes, & consi-  
 22 lijs nimīū lentis molientes fugā vitiorum. Vbi his me curis  
 22 inquit extricauero, vbi illud, atq̄ illud negotij confecerō.  
 Stulte, quid si hodie a te repetāt animā tuam? An nescis ne-  
 gotiū e negotio seri? Vitium vitio iuitari? Quin hodie pos-  
 22 tius facis, quod quo maturius feceris, hoc factu fuerit faci-  
 22 lius? Alibi diligens esto, hic vtilissima p̄cipitatio. Ne repu-  
 ta, ne pensiculare, quantū relinquant, certus Christū vnum,  
 tibi satis futurū pro om̄ibus. Aude modo te illi toto pectore  
 credere, Aude tibi diffidere, aude omnē tui curam in illum

Maib. vii.

Exod. xvi.

Gen. xix.

Jhera. l.

Luce xii.

trāsferre, Desine inniti tibi, & plena fiducia abijce te in eū,  
 & excipiet te. Iacta cogitatū tuum in dominū, et ipse te enur- pō. lxxx.  
 triet, vt canas illud eiusdē prophetæ. Dominus regit me, & pō. cxxij.  
 nihil mihi deerit, in loco pascuæ, ibi me collocauit. Super  
 aquā refectiōis educauit me, animā meam cōuertit. Ne ve- math. vi.  
 lis temetipsum partiri duobus, mundo & Christo. Non pos- .ij. Cor. vij.  
 tes duobus dominis seruire. Nulla societas deo cum Belial. Apō. iij.  
 Non fert eos, qui vtroq; genu claudicant. Euomit eos, qui  
 neq; frigidi sunt, neq; calidi, sed tepidi. Nimisq; Zelotypus  
 animarū amator deus est, solus ac totū possidere vult, quod  
 sanguine suo redemit. Nō patitur consortiū diaboli, quem  
 semel morte sua deuicit. Duæ tantū viæ sunt, altera quæ per  
 obsequiū affectuū, ducit in exitiū, altera quæ per mortifica-  
 tionē carnis, ducit ad vitam, Quid tecū hæres? Tertia nulla  
 est. Harū alterā velis nolis adeas oportet. Quisquis es, hæc  
 arta tibi ineūda semita est, per quā pauci mortaliū ambulāt  
 Sed hāc ipse calcauit Christus, calcarūt ab orbe cōdito, qui-  
 cūq; deo placuerūt. Hæc est profecto Adraстеi numinis in-  
 euitabilis necessitas. Cum Christo, mūdo crucifigaris ne-  
 cesse est, si voles cū Christo viuere. Quid inepti nobis ipsi  
 blādīmur? Quid tāta in re nobis ipsis iponimus? Hic dicit Exonifacō vera  
 nō sum clericus. Mūdanus sum. Non possum nō vtī mūdo.  
 Alius cogitat, etsi sacerdos sum, monachus nō sum, viderit  
 ille. Inuenit & monachus, quo sibi palpeī. Non tam inquit  
 monachus sum, q̄ illi aut illi. Alius dicit. Adolescēs sum, ge-  
 nerosus, diues, aulicus, deniq; princeps. Ad me nihil attī-  
 nent, quæ dicta sunt Apostolis. Miser, ergo ad te nihil attī-  
 net, vt viuas in Christo? Si in mundo es, in Christo non es.  
 Si mundū appellas cœlum, terrā, mare & hunc cōmunem  
 aerem, nemo nō est in mūdo. sin ambitionē, delitias, cupidi-  
 tatē, libidīnem, mundū dicis, profecto si mūdanus es, Chris-  
 tianus non es. Omnibus dixit Christus, qui crucem suam  
 non tolleret, ac sua vestigia sequeret, non esse se dignū. Mo-  
 ri carni cum Christo, nihil ad te, si viuere illius spiritu nihil

math. x.  
 Omnibz vnica via  
 ad vitam est

## MILITIAE CHRISTIANAE

ad te pertinet. Crucifigi mundo nihil ad te, si viuerē deo nihil  
 ad te. Consepeliri cū Christo nihil ad te, si resurgere in glo-  
 riā nihil ad te. Christi humilitas, paupertas, tribulatio, con-  
 temptus, labores, agones, dolores, nihil ad te, si regnū illius  
 nihil ad te. Quid autē improbius, q̄ prēmīū tibi cū alijs cō-  
 mune ducere, at labores q̄bus parat prēmīū, in paucos quos-  
 dam reſſicere? Quid autē delicatius, q̄ cum capite cōregnare  
 velle, cū nolis cōpati? Noli igit̄ mi frater circūſpicere, quid  
 alij faciāt, & eorū collatione tibi blandiri. Ardua quaedā, &  
 pauciſſimis etiā monachis cognita res est, mori peccato, mo-  
 ri deſyderijs carnalib⁹, mori mūdo. Et hæc est cōmunis oīm  
 Christianorū profeſſio. Hoc iā olim in Baptiſmo deſeraſti.  
 Quo voto, q̄d poſſit accedere ſanctius, aut religioſius? Aut  
 pereundū, aut ſine exceptione, hac viā graſſandū ad ſalutē,  
 ſiue reges, ſiue inopes erimus coloni. Quod ſi non oīb⁹  
 cōtingit ad perfectā imitationē capitis pertingere, oīb⁹ tñ  
 huc manibus, pedibusq̄ eſt enitendū, Bonā Chriſtianiſmī  
 partē habet, qui certo anō decreuit fieri Chriſtianus.

### CANon tertius.

Verū ne te illud a virtutis viā deterreat, q̄d aſpera videa-  
 tur ac triſtis, tū quod cōmoditatibus mūdi ſit renuntiandū,  
 tum q̄d iugiter cōſſigere oporteat, cū tribus improbiſſimis  
 hoſtibus, carne, diabolo, & mūdo, hanc tertiam regulam tibi  
 proponito. Vniuerſa terricula, & phantaſmata, quæ tibi ſta-  
 tim velut in iſtis auerni faucib⁹ occurrūt, pro nihilo ducen-  
 da eſſe, exēplo Aeneæ Vergilianī. Qd̄ ſi ludibrijs inanibus  
 contēptis, rem ipſam p̄ſſius, ſixiusq̄ inſpexeris, p̄fecto vide-  
 bis, Chriſti viā, præter q̄ quod ſola ducit ad ſelicitatē, etiam  
 omiſſo p̄mij reſpectu, nullā tamen aliā eſſe cōmodiorē. Qd̄  
 em̄ (queſo te) vitæ genus iuxta mundū tibi deliges, in quo  
 non ſint abunde multa triſtia, atq̄ aſpera ſubeūda, toleran-  
 daq̄? Aulicā vitam q̄s nescit eſſe erūnarā plenā, niſi vel in-  
 expertus, vel certe ſtultiſſimus? Deū immortalē, quæ illic, q̄  
 diutina, q̄ indigna ſeruitus perferēda, q̄ta ſollicitudine am-

22 bienda principis gratia, eblandiendus fauor eorū, qui vel  
 23 nocere possunt, vel prodesse. Fingēdi vultus subinde noui.  
 Mūssitanda iniuria potentiorū. Porro autē, quod tandē ma-  
 li genus, quo nō sit referta militia? Vtriusq; rei tu testis esse  
 optimus potes, qui vtrunq; tuo periculo didicisti. Iam vero  
 24 quid non vel facit, vel patit mercator, per mare paupericem  
 25 fugiens, per saxa per ignes? In coniugio, quāta moles cura  
 26 rum familiaritū, quā non ibi miserā vidēt, qui experiūtur?  
 In publicis obeūdis muneribus, q̄tum sollicitudinis, q̄tum  
 laboris, q̄tum periculi? Quoquo versum flexeris oculos, in-  
 gēs turba incōmodorū occurret. Ipsa per se vita mortalium  
 mille erūnis obnoxia est, quę sunt improbis cū probis com-  
 munes. Eæ omēs tibi cesserint in cumulū meritorū, si te de-  
 prehēderint in via Christi, Sin minus, cū maiore molestia,  
 tū nullo fructu ferendā tamē. Qui mundo militāt, primum  
 q̄ multos annos anhelāt, sudāt, tumultuātur? Deinde pro q̄  
 caducis, nihilq; rebus. Postremo q̄ ancipiti spe. Adde quod  
 illuc adeo nullus est miseriarū finis, vt quo laboratū est diu-  
 tius, hoc labore molestius. Finis deniq; tam anxia, tāq; la-  
 27 boriosa vitæ, qui tādē? Nempe cruciatus æternus. I nunc  
 28 & cū hac vita compone viā virtutis, quæ statim desinit esse  
 29 aspera, sit progressu mollior, sit iucunda, per quā certissima  
 spe itur ad summū bonū. Nōne extremæ demētia sit, malle  
 pari labore parare mortē æternam, q̄ vitā immortalē? At  
 isti faciūt, vel hoc insanius, qui præligūt summis laboribus  
 ire, ad labores perhēnes, q̄ mediocribus, ad otīū immortale?  
 Ad hæc si maxie laboriosior esset pietatis via q̄ mundi, ta-  
 men hic laboris asperitas, p̄mij spe lenit, nec deest vnctio di-  
 uina, quæ facit, vt omne fel in mel vertat. Illic cura curā tra-  
 hit, dolor ex dolore nascit. Nec mora nec requies. Foris la-  
 bor & afflictio, intus grauior ægritudo. Ipsa lenimēta exas-  
 sperant. Hæc ita habere, ne gentiles quidē poetas fugit, qui  
 per Tytj, Ixionis, Tantalj, Sisyphi, Pentheiq; supplicium,  
 improborū hoīm, erūnosam vitā adumbrant, Quorū est &

MILITIAE CHRISTIANAE

cap. 10.
cap. 11.
 Illa sera in libro sapiētiæ confessio, Lassatis sumus in via iniē  
 quitatis, & perditionis, ambulauimus vias difficiles, viam  
 autē dñi ignorauimus. Quid Aegyptia seruitute vel fœdius  
 vñ laboriosus? Quid Babylonia captiuitate tristius? Quid  
 iugo Pharaonis & Nabuchodonosor intolerabilius? Chris  
 stus autē qd dicit: Tollite iugū meum sup vos, & inuenietis  
 requiē anīabus vñs, iugum em̄ meū suauē est, & onus meū  
 33 leue. In summa nulla deest voluptas, vbi adest trāquilla cō  
 33 sciētia. Nulla nō adest miseria, vbi cruciat insoelix cōscien  
 33 tia. Hæc iā plusq̄ certa esse oportet. Qd̄ si etiā dubitas, con  
 33 sule eos, qui aliquando de medio Babylonis cōuersi sunt ad  
 33 dominū, & vel illorū experimēto crede, nihil esse vitij tur  
 33 bulētius tristiusq̄, nihil virtute expediti⁹, atq̄ hilarius. Ve  
 33 rum age, fingito paria stipēdia, pares labores, at quanto tm̄  
 33 optabilius militare sub signis Christi, q̄ sub vexillis diabo  
 33 li? Immo quāto optabilius affligi cū Christo, q̄ delinjs afflu  
 ere cū diabolo? lā vero nō erit velis & equis fugiēdus dñs,  
 non tm̄ turpissimus, verum etiā durissimus, et fallacissimus?  
 qui tā iniquū p̄sum exigis, qui tā futilia p̄mittit, qbus ipsis  
 non raro frustra miserorū. Aut si p̄stat, rursus vbi lubitū est  
 tollit, vt maiore agritudine amittāt parata, q̄ labore pepere  
 rint. Mercator posteaq̄ fasq̄, nefasq̄ cumulandæ rei studio  
 33 miserit, famā, vitā, animā mille piculis obiecit, si qui dē be  
 33 ne ceciderit fortunæ alea, qd̄ tandē aliud sibi parauit, q̄ mi  
 33 seræ sollicitudinis materiā, vt seruet, cruciatū, si perdat. Sin  
 33 mala, quid reliquū est, nisi vt bis fiat miser, & qd̄, re sperata  
 frustratus est, & quod tantū irriti laboris exhaustū, non si  
 ne dolore meminit? Nemo ad bonā mentē certo anīo con  
 tendit, qui non peruenerit. Christus vt non irridet, ita nec  
 irridet. Cogita & illud, cū a mundo fugis ad Christum, non  
 te relinquere, si qua cōmoda mūdus habet, sed leuiora, cum  
 potioribus cōmutare. Quis nō oppido lubens argentū au  
 ro, silicem gēma cōmutauerit? Offendunt amici, quid tunc  
 Inuenies iucūdiōres. Carebis voluptatibus, sed frueris in

- 23 ternis, quę sunt, vel suauiores, vel synceriores, vel certiores;  
 23 Minuēda res, At crescunt opes illę, quas neq; tineę demor  
 23 siunt, neq; tollūt fures. Desinis esse in precio apud mundū.  
 23 At probaris authore Christo, Places paucioribus, sed meli  
 oribus. Macrescit corpus, sed saginat animus, Marcescit nis  
 tor cutis, sed enitescit decus animi. At si per cętera eodē mo  
 do cucurreris, intelliges nihil, vel falsi boni relinqui mūdo,  
 23 quod nō longe pręstatiore compēdio compenset. Quod si  
 23 qua sunt, quę quanq̄ non possunt, non vitiose deyderari,  
 sine vitio tamē possideri possunt, qđ genus, opinio popula  
 ris, fauor vulgi, gratia, authoritas, amici, honos virtutū has  
 bitus, fere fit, vt primū quarentibus regnum dei, vltro hęc  
 omīa adijciant, id quod & promisit Christus, & deus prę  
 23 stitit Solomoni. Fortuna plerunq; sequitur fugientes, fugit  
 23 sequētes. Certe quicqđ acciderit diligētibus, nihil non esse  
 prosperū potest, quibus dispendia in compendium, flagella  
 in solaciū, opprobria in gloriā, cruciat⁹ in voluptatē, tristitia  
 in dulcia, mala vertunt in bona. Hanc igitur viam dubitas  
 capessere, & illam relinquere, cum tam iniqua sit collatio,  
 immo tam nulla, dei ad diabolum, spei ad spem, pręmij ad  
 pręmium, laboris ad laborem, solatiij ad solatium?

## CANON Quartus.

- Sed vt certiore cursu queas ad scēlicitatē contēdere, hęc  
 tibi quarta sit regula, vt totius vitę tuę Christū, velut vnicū  
 scopū pręfigas, ad quē vnum oīa studia, oēs conatus, omne  
 23 otij, ac negotij conferas. Christū vero esse puta, nō vocem  
 23 inanē, sed nihil aliud, qđ charitatē, simplicitatem, patientiā,  
 23 puritatē, breuiter quicquid ille docuit. Diabolū nihil aliud  
 23 intellige, qđ quicquid ab illis auocat. Ad Christū tendit, qui  
 ad solā virtutē fertur. Diabolo se mācipat, qui seruit vitijs.  
 Simplex ergo sit oculus tuus, & totum corpus tuū lucidum  
 erit. Ad solū Christum, tanq̄ ad vnicū, & summū bonū spe  
 ciet, vt nihil ames, nihil mireris, nihil expetas, nisi aut Chri  
 stum, aut propter Christū. Nihil oderis, nihil horreas, nihil



## MILITIAE CHRISTIANAE

fugas, præter vnã turpitudinẽ, aut propter turpitudinẽ. Ita fiet, vt quicquid egeris, siue dormias, siue vigiles, siue edas aut bibas, ipsi deniq; lusus tui, & otia, dicã audacius, immo & vitia quædã leuiora, in quæ non nunq̃ ad virtutẽ properrantes incidimus, om̃ia tibi cedãt in cumulũ premij. Quod si nequã erit oculus tuus, & alio q̃ ad Christũ spectaris, etiã si qua recta feceris, infrugifera fuerint, aut etiã pernicioſa.

» Vitium em̃ est, rem bonã non bene agere. Tũ ad summi boni metã recta festinãti, quæcunq; obiter occurrunt, eatenus sunt, aut reſciẽda, aut assumẽda, quatenus cursum tuũ, aut adiuuãt, aut impediunt. Earum rerũ ferme triplex est ordo. Quædã enim ita sunt turpia, vt honesta esse non possint, velut vlcisci iniuriã, male velle homini. Hæc semp aspernãda, quãtouis etiã emolumẽto proposito, aut cruciatu. Nihil em̃ est, qd bonum virũ queat lædere, præter vnã turpitudinem.

» Quædã e regione ita sunt honesta, vt turpia esse nõ possint. Quod genus sunt, bene velle cibus, luuare honestis rationibus amicos, odisse vitia, gaudere p̃js sermonibus. Quædam vero mediã, veluti, valetudo, forma, vires, faciãdia, eruditio, & his similia. Ex hoc igit postremo genere rerũ, nihil propter se expetendũ, neq; magis, minusve adhibẽdæ sunt, nisi quatenus cõducunt ad summã metam. Sunt em̃ & philosophis quidã fines imperfecti, ac mediij, in qbus non oportet cõsistere, quibusq; cõueniat vtĩ, non frui. Verum quæ mediã sunt, non eodẽ modo oĩa, aut conferũt, aut officiunt ad Christũ euntibus. Proinde pro momento quod habent, sunt assumẽda, aut repudianda. Sciẽtia plus adfert adiumentũ ad pietatem q̃ forma, aut vires corporis, aut opes. Et quanq̃ omnis eruditio potest ad Christũ referri, alia tamen alia, propiore via conducit. Ab hoc fine, mediõrũ omnium utilitatẽ aut inutilitatẽ metire. Literas amas. Recte, si propter Christũ, Sin ideo tantũ amas, vt scias, ibi cõsistis, vnde gradũ facere oportebat. Quod si literas expetis, vt illis adiutus, Christũ in arcanis literis latentem clarius perspicias,

perspectū ames, cognitū atq; amatum cōmunicēs, aut frua-  
 ris, accingere ad studia literarū. Verū non vltra, q̄ ad bonā  
 22 mentē arbitrere p̄futuras. Si tibi cōfidis, et ingens in Chris-  
 23 sto lucrū speras, perge tanq̄ audax mercator, longius etiā in  
 gentiliū literis peregrinari, atq; Aegyptias opes ad domini-  
 ci tēpli honestamentū conuertere. Sin metuis plus dispen-  
 dij, q̄ speras compendij, ad primā illam regulā redi, nosce te  
 24 ip̄m, & tuo te modulo metire, Satius est minus sapere, & a-  
 25 mare magis, q̄ magis sapere, & non amare. Ergo scientia in  
 medijs principatū obtinet, deinde sunt valetudo, dotes in-  
 genij, faciētia, forma, vires, dignitas, gratia, authoritas, pro-  
 speritas, fama, genus, amici, res familiaris. Horū vnum q̄d-  
 c; vt proximo cursu ad virtutē conducet, ita maxie erit ad-  
 hibendū, sed si quidē currētibus nobis offerant. Sin minus,  
 non erit tamē horum gratia a proposito cursu deflectendū.  
 Obuenit pecunia, si nihil obstat ad bonā mentem, adminis-  
 tra, para tibi amicos de māmona iniquitatis. Sin bonae men-  
 tis times dispendiū, contēne dānosum lucrū, & vel Cratem  
 26 illum Thebanū imitare, molestā sarcinā in mare potius pre-  
 27 cipita, q̄ te retardet a Christo. Id erit tibi factu procliuus, si  
 28 quēadmodū diximus, assueris nihil mirari eorū, quae sunt  
 29 extra te, id est, quae non pertinet ad hoīem interiorē. Ita em̄  
 fiet, vt neq; insolescas, si hae contigerint, neq; scrutieris  
 anio, si vel negata fuerint, vel erepta, quippe qui foelicitatē  
 tuā, vno Christo metiris. Quod si citra tuū studium contin-  
 gunt, sollicitior esto, non securior, id cogitans, datā tibi diu-  
 nitus virtutis exercēdae materiā, sed periculosam. Quod si  
 30 suspectā habes fortunae benignitatē, Prometheum imitare,  
 31 Ne receperis dolosam pixidē, & expeditus ac nudus, ad vni-  
 cum illud bonū contēde. Qui vero pecuniā, vt rem magnā  
 ingenti sollicitudine expetunt, & in ea statuūt praecipuum  
 vitae praesidiū, qui se beatos putant, ea incolumi, qui mis-  
 ros clamitant, cum perijt, ij nimirū plures deos sibi finxere.  
Aequasti Christo pecuniā, si ea te potest foelicē, aut in foelis

Iure. p. 1.

## MILITIAE CHRISTIANAE

eem reddere. Quod dixi de pecunia, idē de honoribus, vo-  
 luptatibus, valetudine, imo & de ipsa vita corporis accipe.  
 Tanto ardore ad vnū Christum scopū nostrū oportet enitī,  
 vt horū nihil vacet magnopere curare, siue cum danē, siue  
 cum tollunt. Tempus em breue est, vt ait Apostolus. Reli-  
 quū est, vt qui, vtuntur hoc mundo, sint tanq̄ non vtentes.  
 Hanc mentē (scio) mundus vt stultā, ac male sanā ridet, ve-  
 rum per hanc vnā stultitiā, placuit deo, saluos facere creden-  
 tes. Et qd stultum est dei, sapiētius est hoībus. Ad hanc itaq̄  
 regulā, quicquid & agis, exiges. Exerces artē, recte, si sine  
 fraude. Verū quo spectas? Vt alas familiā. At quorsum tibi  
 familiā? Vt eam Christo lucrifacias? Bene curris. Ieiunas,  
 piū quidē op<sup>o</sup> in speciē. Sed quo refers tuū ieiūniū? Vt  
 parcas penurī, aut vt religiosior habearis? Nequā est oculus  
 tu<sup>o</sup>. At ieiunas, ne in morbū incurras. Cur morbū metuis?  
 Ne te priuet vsu voluptatū? Vitiosus est ocul<sup>o</sup> tuus. Sed va-  
 lere vis, vt studio sufficias. Studiū vero, quo refers? Vt sa-  
 cerdotiū aliquod tibi pares. Sacerdotiū quo animo ambis?  
 Nēpe vt tibi viuas, nō Christo. Aberrasti a signo, qd Chris-  
 tianū oportet vbiq̄ præfixū habere. Sumis cibū, vt valeas  
 corpore. Sed ideo valere vis corpore, vt sanctis studijs, san-  
 ctis vigilijs sufficias. Scopū attigisti. Curas aut valetudinē  
 ne fias deformior, ne libidini nō sufficias, a Christo excidi-  
 sti, aliū deū tibi faciēs. Sunt qui certos diuos, certis qbusdā  
 colunt cerimonijs. Alius Christophorū singulis salutat die-  
 bus, sed nō nisi cōspecta eius imagine, quo tandē spectans?  
 Nempe huc, q̄ sibi p̄suaserit, sese eo die, a mala morte tutū  
 fore. Alius Rochum quendā adorat, sed cur? Quod illū cre-  
 dat pestē a corpore depellere, Alius Barbaræ, aut Georgio  
 certas p̄culas admurmurat, ne in manus hostiū veniat. Hic  
 ieiunat Apolloniæ, ne doleant dētes. Ille visit diuī Iob simu-  
 lachra, vt scabie careat. Nonnulli de lucro certam portiōem  
 paupibus nūcupāt, ne merces naufragio intercīdāt. Hiero-  
 ni cereolus accēdit, vt res quæ perijt, recipiat. In summa, ad

Coz. viij.

Matth. vi.

hunc modū, quot res sunt, q̄s vel timemus, vel cupimus, tot  
 tidē ijs diuos p̄secimus. Qui et ipsi diuersis natōibus diuer  
 si sunt, vt id apud Gallos valeat Paulus, q̄d apud nostrates  
 Hieron, neq; passim id valet Iacobus, aut Ioannes, q̄d illo  
 atq; illo loco. Quæ quidē pietas, nisi a respectu cōmodorū,  
 atq; incōmodorum corporaliū, ad Christum referat, adeo  
 Christiana nō est, vt non ita multū absit a superstitiōe eorū,  
 qui quondā Herculi decimā bonorū partē vouebāt, vt dites  
 scerent, aut Aesculapio Gallū, vt a morbo reualescerēt, aut  
 qui Neptuno taurū cēdebant, vt foeliciter nauigarēt. Noīa  
 quidē cōmutata sunt, sed finis vtrīsq; cōmunis. Oras deū,  
 ne tibi mors accidat p̄matura, et nō oras potius, vt tibi men  
 tē meliorē largiat, vt quocūq; loco te mors oppresserit, non  
 offendat imparatū. Tu non cogitas de mutāda vita, & deū  
 rogas ne moriaris. Quid igit oras? Nimirū, vt q̄ diutissime  
 pecces. Oras diuitias, & nescis vt diuitijs. Nōne tuā ipsius  
 pernitiē oras? Oras bonā valetudinē, & abuteris sanitate,  
 nōne pietas tua impia est? Reclamabit hoc loco protinus, a  
 quibusdā religiosulis, qui questū existimāt pietatē, & vt idē  
 ait, per dulces quasdā benedictiōes, seducūt corda innocen  
 tiū, vnti suo seruiētes, non Iesu Christo. Ergo ne inquit,  
 tu vetas cultū sanctorū, in qbus deus honoratur? Ego vero  
 nō tam dāno eos, qui hęc simplici quadā superstitiōe faciūt,  
 q̄ qui æmolumētum suū secuti, ea quæ tolerabilia fortasse  
 sunt, pro summa & absoluta pietate efferūt, et suo cōmodo,  
 fouēt imperitiā plebis, quā ne ego qdem oīno contēno, verū  
 non ferā, vt mediā pro summis, minima pro maximis habe  
 ant. Laudabo, q̄d a Rocho suo petant incolumē vitā si eam  
 vitā cōsecrēt Christo. Magis aut laudabo, si nihil aliud orēt,  
 q̄ vt cum odio vitiorū, augeat amor virtutū. De moriēdo ac  
 viuēdo, deo in manū dent, dicātq; cū Paulo. Siue viuimus,  
 siue morimur, dño viuim⁹ ac morimur. Perfectū erit, si dis  
 solui cupiāt, & esse cū Christo, si i morbis, dānis, reliq; for  
 tunæ incōmodis, gl̄iam & gaudiū suū constituāt, q̄d digni

## MILITIAE CHRISTIANAE

habeantur, qui vel hoc modo capiti suo conformentur. Ergo non tam reprehendendū, istiusmodi facere, q̄ perniciosum in eis cōsistere, atq; inniti. Tolero infirmitatē, sed cum Paulo viam demonstro excellentiorē. Ad hanc regulā, si studia et actus omnes tuos excusseris, neq; vsq; constiteris in mediis, donec perueneris vsq; ad Christum, nec aberrabis vnq; a via, neq; rem vllam in vita, aut facies, aut patieris, quæ tibi non vertatur in materiam pietatis.

### CANon Quintus.

Addamus & quintā regulā huic quasi subsidiariā, vt in hoc vno constituas perfectā pietatē, si coneris semp a rebus visibilibus, quæ fere vel imperfectæ, vel mediæ sunt, ad inuisibilia p̄ficere, iuxta superiorē hoīs diuisionē. Hoc præceptū adeo ad rem pertinet, vt eius siue neglectu, siue inscitia pleriq; Christiani pro pijs, sint supersticiosi, & præter cognomen Christi, non admodū absint a superstitione gētilium.

Duos igit̄ quosdā mundos imaginemur, alterū intelligibilem tantū, alterum visibilē, Intelligibilem, quē & angelicū licebit appellare, in quo deus cum beatīs mētibus, visibilē, cœlestes sphæras, & qd̄ in his includit̄. Tum hoīem velutī tertiuū quendā mundū vtriusq; participē, visibilis secundū corpus, inuisibilis secundū animā. In mundo visibili, quoniam peregrini sumus, nusq; oportet cōquiescere, sed quicquid occurrit sensibus, id apta quadā collatiōe, vel ad mundum angelicū, vel (quod est vtilius) ad mores, & ad illi res spondentē hoīs partē, referre. Quod Sol hic visibilis, in mūdo visibili, id diuina mens, in mūdo intelligibili, & in ei cognata tui parte, puta spirītu. Qd̄ illic Luna, hoc in illo cœtus angelorū, & animarū piarum, quā vocāt ecclesiā triumphantē, hoc & in te spirītus. Quicquid agit mūdos superior, in sibi subiectā terrā, hoc agit deus in tuā animā. Occidit Sol, oritur, æstuat, tēperatur, viuificat, p̄ducit, maturat, attrahit extenuat, purgat, durat, emollit, illustrat, serenat, exhilarat. Ergo quicquid in eo vides, imo quicquid in hoc crassiore

mundo, qui constat ex elemētis, quē nonnulli a reliquis dis-  
 stinxere, deniq; quicqd in crassiore tui parte, id assuescas ad  
 33 deū, atq; inuisibilē tui portionē referre. Ita fiet, vt quicquid  
 33 vsq; sese sensibus obiecerit, id tibi fiat occasio pietatis. Cum  
 33 delectat oculos corporeos, quotiēs Sol hic visibilis nouo lu-  
 33 mine sese terris infundit, tu p̄tinus cogita, quæ sit illa volu-  
 33 ptas cœlitū, quibus æternus ille Sol, semper oritur, nec vnq̄  
 33 occidit, quantū illud gaudiū puræ mētis, cui diuinū lumen  
 irradiat. Atq; admonēte creatura visibili, ora verbis Pauli  
 nis, vt qui dixit de tenebris lucē splendescere, ipse illucescat  
 in corde tuo, ad illuminatiōem scientiæ caritatis dei in sa-  
 33 cie Christi Iesu. Repete cōsimiles locos e sacris libris, in qui-  
 33 bus passim gratia spiritus diuini, lumini cōparat. Tristis tibi  
 nox ac tetra videt̄. Animā cogita diuino lumie destitutā,  
 ac vitijs caligantē. Et si quid noctis intra te deprehenderit,  
 ora vt tibi exoriat̄ Sol iustitiæ. Sic autē existima, a deo non  
 esse nullas res inuisibiles, vt eæ quæ videntur, præ illis vix  
 vmbrae quædam sint, tenuē modo quandā imaginē illarum  
 oculis representātes. Proinde quicquid in corporeis rebus  
 sensus, aut appetūt, aut horrēt, idem cōueniet in ñternis spi-  
 33 ritum longe maius amare, aut odisse. Arridet oculis decora  
 33 species corporis, cogita q̄ honesta res sit species anīæ. In sua  
 33 ue quiddā videt̄, deformis vultus, memēto q̄ odiosa res sit,  
 33 mens vitijs deturpata. Atq; itē de reliquis facito. Est enim  
 33 animæ, vt sua quædā venustas, aut deformitas, qua vicissim  
 33 deo placet, ac diabolo, similis simili, ita est illi, & sua quædā  
 33 iuuēta, senectā, morbus, sanitas, mors, vita, paupertas, opu-  
 33 lentia, voluptas, dolor, bellū, pax, frigus, calor, sitis, potus,  
 33 fames, cibus. Breuiter, quicqd sentitur in corpore, id intelli-  
 gendū est in anīa. Ergo in hoc est iter ad vitā spiritalem ac  
 perfectā, si sensim assuescamus abducī ab ijs, quæ vere non  
 sunt, sed partim apparent esse qd non sunt, vt voluptas tur-  
 pis, honor mūdi. Partim fluūt, atq; in nihilū redire festināt,  
 rapiamurq; ad illa quæ vere sunt, æterna, incommutabilia,

# MILITIAE CHRISTIANAE

20 sincera. Id quod vidit & Socrates, vir non tam lingua, quam vita  
 21 philosophus. Aitem ita demum animam foeliciter emigrare e  
 22 corpore, si prius per phiam, mortem fuerit diligenter meditata  
 & multo ante per rerum corporalium contemptum, & spiritualium  
 amorē, ac contemplationē, assueuerit tanquam a corpore abesse.  
 Neque aliud est crux illa, ad quam nos vocauit Christus, neque  
 aliud mors, qua nos capiti commori vult Paulus, quem admodum  
 dicit & propheta, Quoniam propter te mortificamur tota  
 die. Aestimati sumus sicut oves occisionis. Et quod alijs verbis  
 scribit Apostolus, Quae sursum sunt querite, non quae super  
 terram, quae sursum sunt sapite, quam ut ad res corporeas obstupe  
 scamus, & tanquam insensibiles reddamur, ut tanto magis sapias  
 23 mus in his quae sunt spiritus, quanto magis in illis despuerimus.  
 24 Tanto verius intus incipiamus viuere, quanto minus vixeris  
 25 mus foris. Denique ut dicam planius, eo minus nos moueant res  
 caducae, quo magis cognitae fuerint aeternae, hoc minus mis  
 remur umbraticas, quo magis suspicere coeperimus veras.  
 Ergo haec regula semper ad manum habenda, nec ubi in rebus  
 temporarijs restitemus, sed inde, veluti gradu facto, ad spiri  
 26 talium amorē, adhibita collatione, assurgamus, aut praeter his quae  
 27 sunt inuisibilia, id quod est visibile continere incipiamus. To  
 28 lerabilior erit morbus corporis, si cogitaris eum remedium esse  
 29 animae. Minus eris sollicitus de valetudine corporis, si totam  
 30 curam ad tuendam animi valetudinem conuerteris. Terret te mors  
 corporis, multo magis formidanda mors animae. Horres ve  
 31 nenum visibile, quod perniciem adfert corpori, longe magis hor  
 32 rendum virus, quod interimit animam. Cicuta venenum corporis, at  
 33 multo presentius venenum animae voluptas. Horrescis, exalbe  
 scis, metuens, ne te feriat fulmen, quod e nubibus emicat, et quanto  
 magis formidandum, ne veniat in te fulmen inuisibile, irae diui  
 34 nae. Ite maledicti in ignem aeternum. Rapit te venustas corpo  
 ris, cur non magis ardes eam specie, quae latet? In eam transfer  
 amorē tuum, quae perpetua est, quam caelestis, quae incorrupta, &  
 moderatius amabis formam caducam, et fugacem corporis. Oras

i. Cor. viij. et. ij. Chm. ij.  
 ps. cl. ij.

Colof. iij.

ath. xv.

5 vt cōpluat ager ne siuat, magis ora, vt deus cōpluat mētem  
 6 tuā, ne a virtutū fruge sterilecat. Magna cura refarcis dispē  
 7 diū rei pecuniarię, maxia cura refarciēda iactura mētis. Pro  
 8 spicis in senectā, ne qd desit corpori, & non consulendū ne  
 9 quid desit anio. Atq; hoc quidē faciendū in his rebus, quæ  
 10 quotidie sunt obuia sensibus nr̄is, atq; eos p̄ varietate spe  
 11 ciei, varie afficiūt, spe, metu, amore, odio, dolore, voluptate.  
 12 Idē obseruandū in oibus literis, quę ex simplici sensu & my  
 13 sterio, tanq̄ corpore, atq; anio constāt, vt contēpta litera, ad  
 14 mysteriū potissimū spectes. Cuiusmodi sunt literæ p̄etarū  
 15 oim, & ex philosophis, Platoniorū. Maxime vero scriptus  
 16 ræ diuinæ, quæ fere Silenis illis Alcibiadeis similes, sub tes  
 17 ctorio sordido ac pene ridiculo, merū numē claudūt. Alios  
 18 qui si sine allegoria legeris, Adæ simulacrum de argilla vda  
 19 formatū, eiq; inspiratā animā, Euam de costa subductā, in  
 20 terdictū, ne de ligno ederent, Serpentē suaforem, deū in am  
 21 bulantē ad aurā, conscios latitantes, Angelū cum romphæa  
 22 versatili foribus Paradisi additum, ne eiectis pateret redi  
 23 tus, breuiter totā orbis conditi historiā, si nihil vltra supers  
 24 ficie quæseris, non video quid ita multo magis operapre  
 25 cium sis facturus, q̄ si cantaueris luteū simulacrum Prome  
 26 thei, ignē dolo subductū, cum simulacro inditū, lutum anis  
 27 masse. Immo fortasse plusculo fructu legetur fabula p̄etica  
 28 cum allegoria, q̄ narratio sacrorū librorū, si consistas in cor  
 29 tice. Si te legentē admonet fabula gigantū, non esse pugnā  
 30 dum cū superis, aut abstinendū esse ab ijs studijs, a quibus  
 31 natura abhorret, adijciendū animū ad ea (mō honesta sint)  
 32 ad quæ natura propēsior es, vti ne coniugio te impedias, si  
 33 tuis moribus cœlibatus magis cōuenit, rursus, ne cœliba  
 34 tui te addicas, si cōiugio videris vtilior, fere em̄ inſœliciter  
 35 euenire, quæ tētes inuita Minerua. Si te Circes pocula do  
 36 cent, hoies voluptatibus tanq̄ veneficjs dementari, veritq;  
 37 prorsus ex hoibus in pecudes. Si Tantalus sitiens, miseris  
 38 mū esse, opibus congestis inhiantē, vti non audere. Si Sisy

Gen. ij.

ibidem

Gen. iij.

ibidem



## MILITIAE CHRISTIANAE

23 phi saxū, laboriosam, & miserā esse ambitionē. Si Herculis  
 23 labores admonēt, honestis studijs, & industria infatigata pa  
 23 rari coelū, nonne hoc discis in fabula, qđ præcipiūt philoso  
 phi, & theologi vitæ magistri? At si citra allegoriā legeris,  
 infantes in vtero colluctātes, vendita pulmēto primogeni  
 ta, benedictionē patris, dolo præreptā, Goliad funda Dauid  
 23 ictum, Sampsoni dera sum capillū, non ita magni refert, qđ si  
 23 poeticū legas figmētū. Quid interest, regū aut ludicū libros  
 23 legas, an Liuianā historiā, modo in neutra spectes allegoriā  
 23 am? Nam in illa multa insunt, quæ mores cōmunes emen  
 23 dent, in hac nōnulla etiā absurda in speciē, & quæ summa  
 cute intellecta, moribus officiant. Veluti latrociniū Dauid.  
 Adulteriū homicidio emptū. Sampson perditē amās, Furtis  
 tuus filiarū cum Loth concubitus, atq; id genus alia mille.  
 Proinde vbiq; contēpta carne scripturæ, maxie veteris testa  
 mēti, spiritus mysticū rimari cōueniet. Hoc tibi sapiet māna  
 23 qđ palato tecū attuleris. Sed in eruēdis mysterijs, nō oport  
 23 tet animi tui cōiecturas sequi, verū cognoscēda rō, & velut  
 23 ars quædā, quā tradit Dionysius quidā in libro de diuinis  
 23 noibus, & diuus Augustinus in opere de doctrina Christia  
 23 na. Paulus aut Apostolus post Christū fontes quosdā aperit  
 23 allegoriarū. Quē secutus Origenes, in hac parte theologiae  
 facile principatū obtinet. Eam vero nrī theologi, aut asper  
 nant fere, aut oppido qđ frigide tractāt, in acumine differēdi  
 veterib<sup>9</sup> vel pares, vel superiores. in huius muneris tractas  
 tiōe, ne conferēdi quidē cum illis, Idq; duabus potissimū (vt  
 conijcio) de causis, altera, qđ non pōt non frigere mysteriū,  
 qđ non eloquētia viribus, ac dicendi lepore quodā condia  
 tur, qua in re pcelluerūt veteres, nos ne attingimus qđē. Al  
 tera, qđ vno Aristotele contēti, Platonicos & Pythagoricos  
 arcēt a ludis. At hos posteriores p̄fert Augustinus, non solū  
 qđ plerasq; snias habēt admodū consentaneas nræ religio  
 ni, verum etiā quod ipm dictionis genus figuratū, vt dixi  
 mus, & allegorijs frequēs, propius accedit ad sermonē sacræ

22 scripturæ. Non igit̃ mirū si cōmodius tractauerūt allegori-  
 23 as theologicas, qui dicēdi cop̃ia, rem quālibet etiā ieiunam  
 24 ac frigidā, locupletare & conuestire poterāt, tum qui oīs an-  
 25 tiquitatis doctissimi, q̃d in mysterijs diuinis, erat faciendū,  
 26 id fuerāt olim in poetis, & Platoniciis libris meditati. Horū  
 igitur cōmentatiōes te malo euoluere, vtpote q̃ nō ad scho-  
 lasticā concertationē, sed ad bonā mentē te instituā. Quod  
 si non assequeris mysteriū, memineris tamen subesse, quod  
 quidē vel incognitū sperare, prestabilius est, q̃ in litera occi-  
 27 dente cōquiescere. Neq̃ id modo in veteri testamēto, verū  
 28 etiā in nouo, Habet euangeliū carnem suā, habet et spiritū.  
 Nam etiā si detractū est velū a facie Moysi, t̃n adhuc Paulus  
 videt p̃ speculū, & in ænigmate, & vt apud Ioannē ipse dix-  
 xit Christus, Caro nō prodest quicq̃, spiritus est qui viuificat.  
 Mihi quidē religio fuisset dicere, nō prodest quicq̃, satis  
 fuerat futurę, caro nō nihil p̃dest, sed multo ampli⁹ spiritus.  
 Nunc ipsa dixit veritas, nō prodest quicq̃. A deoq̃ non pro-  
 dest, vt iuxta Paulū mortifera sit, nisi ad spiritū referat. Alis  
 29 oqui vel hoc utilis est caro, q̃d infirmitatē, quasi gradibus  
 30 quibusdā ducit ad spiritū. Corpus sine spiritu nō potest sub-  
 31 sistere, spirit⁹ corpore nihil eget. Qd̃ si Christo authore tāta  
 res est spiritus, vt sola viuificet, huc tēdendū, vt in oībus li-  
 32 teris, oībus actibus, spiritū respiciamus, non carnē. Et si qs  
 33 obseruauerit, añaduertet hoc vnū esse, quo nos vocant in-  
 34 ter prophetas p̃cipuus Esaias, inter Apostolos Paulus, qui  
 nulla pene epistola, non hoc agit, non inculcat, nihil fidens  
 dum esse carni, in spiritu esse vitam, libertatē, lumen, ado-  
 ptionē, & fructus illos optabiles quos enumerat. Carnem  
 ubiq̃ contēnit, damnat, dissuadet. Attende, & deprehendes  
 passim hoc idē agere p̃ceptorē nostrū Iesum, dum in tol-  
 lendo de puteo asino, in illuminando cæco, in confricandis  
 aristis, in non lotus manibus, in cōuiujs peccatorū, in para-  
 bola pharizei & publicani, in ieiunijs, in fratribus secūdum  
 carnem, in gloria ludæorum, quod essent filij Abrahæ, in

I. Cor. xij.

Joh. vj.

Ad Rom. ij. dicit Et  
 sin carne uideris mo-  
 ad Ro. vj. sine pouer-  
 carnis. mors est.

Joh. vj. et ij. Cor. i.

## MILITIAE CHRISTIANAE

muneribus offerēdis, in orōnibus, in phylacterijs dilatatis, multisq; silibus locis, contēnit carnē legis & superstitiōem eorū, qui malebāt esse Iudei in manifesto, q̄ in occulto. Et cū dicit mulierculae Samaritanae, Mulier crede mihi q̄a venit hora, q̄n neq; in mōte, hoc, neq; in Hierosolymis adorabitis patrē, Sed venit hora, & nunc est, cū veri adoratores, adorabūt patrē in spīritu & veritate. Nā & pater tales quārit, qui adorēt eum. Spūs est deus, & eos qui adorāt eū, in spīritu & veritate oportet adorare. Idē factō significauit, cū in nuptiis is aquā frigidā & insipidā līx, vertis in vinū spūs, ad vitā vsq; cōtemptū, anīas inebrians spiritalis. Et ne magnū putas, qd̄ ista contēpsit Christus, quē modo cōmemorauimus. Immo contēpsit & carnīs suae manducationē, & sanguinis potū, nisi & spiritaliter edatur, atq; bibat. Quibus em̄ putas ista locut<sup>9</sup> est, caro non p̄dest quicq;, spīritus est qui viuificat: Nempe nō ijs, qui euāgelio de collo suspenso, aut cruce aerea, se tutos ab omī malo putant, idq; perfectā religionē existimāt, sed quibus summū mysteriū de sumēdo corpore suo aperuerat. Si res tanta nihil est, imo si pernicioſa, quid est cur vllis alijs rebus carnalib<sup>9</sup> fidamus, nisi adsit spīritus? Tu forte quotidie sacrificas, & tibi viuīs, neq; ad te p̄tinēt incōmoda p̄ximi tui. Adhuc in carne es sacramēti. Verum si sacrificās das operā id esse, qd̄ illa sumptio significat, putas idē spīritus cū spīritu Christi, idē corpus cum corpore Christi, viuū membrum ecclesiae. Si nihil amas nisi in Christo, si omīa tua bona putas oībus esse cōmunia, si oīm incōmoda tibi perinde vt tua dolēt, ita demū magno fructu sacrificas, nempe quā spiritaliter. Si te sentis in Christū quodāmodo transfigurari, & iam minus, minusq; in teipso viuere spīritui gratias age, qui solus viuificat. Multi quot quoq; die sacris adfuerint, numerare solent, atq; hac re tanq̄ maxia freti, quasi iam nihil p̄terea debeant Christo, ita tēplis egressi, ad pristinos mores redeūt. Quod carnē pietatis amplectuntur laudo, quod illic consistunt, non laudo. Peragatur in te,

Joh. iiii.

Joh. ij.

Joh. vi.

infra. 64. et 81

quod illic oculis repræsentat. Repræsentatur mors capitis.  
 22 Excute te intus in sinu, qd aiunt, q̄ prope tu mortuus mun  
 22 do. Quod si te totū adhuc possident, ira, ambitio, cupiditas,  
 22 voluptas, inuidia, etiā si contingas altare, procul tamē abes  
 22 a sacro. Occisus est p̄ te Christus, macta & tu pecudes istas,  
 Sacrifica temetipsum illi, qui pro te semet immolauit patri.  
 Hæc si ne cogitas quidem, & in illo confidis, odit deus pin  
 22 guem tuā & crassam religionē. Baptizatus es, ne protinus  
 22 te Christianum putes. Mens tota nihil nisi mundū sapit. In  
 22 manifesto Christianus es, in occulto gentili gentilior. Cur  
 ita? Quia corpus sacramēti tenes, spiritu vacas. Ablutū est  
 corpus, qd refert dū aīus manet īquinatus? Sale cōtacta est  
 caro, qd tum, si insulsus manet aīus? Vnctū est corpus, at  
 inūctus aīus. Sin cōsepultus es Christo intus, et iam cū eo  
 22 in nouitate vitæ meditaris ambulare, agnosco Christianū.  
 22 Aspergeris aquula cōsecrata, q̄rsum attinet, modo tu inter  
 22 nas sordes nō abstergas ab aīo: Veneraris diuos, gaudes  
 eorū reliq̄as cōtingere, Sed contēnis, qd illi reliquerūt opti  
 mum. puta vitæ puræ exēpla. Nullus cultus gratior Mariæ,  
 quā si Mariæ humilitatē imiteris. Nulla religio sanctis acce  
 ptior, magisq̄ propria, q̄ si virtutē illorū exprimere labores  
 Vis tibi demereri Petrū aut Paulū? alterius fidē, alteri<sup>o</sup> imi  
 tare charitatē, et pl<sup>o</sup> feceris, q̄ si decies Romā cursitaris. Vis  
 summo honore Franciscū afficere? Elatus es, admirator pe  
 cuniæ es, cōtentiosus es. Largire hoc diuo, Cōpescē aīos, &  
 exēplo Francisci, esto modestior, contēne sordidū lucrum,  
 22 & inhia bonis aīmi. Remitte contentionē, & vince in bo  
 22 no malū. Istum honorē pluris faciet diuus ille, q̄ si centū illi  
 22 cere os accenderis. Magnū quiddā putas, si Francisci cucul  
 lo obuolutus, sepulchro inferaris? Nihil proderit vestis si  
 milis mortuo tibi, si mores fuerūt dissimiles viuo. Et quan  
 q̄ vniuersæ pietatis exemplar, a Christo cōmodissime peti  
 tur, tū si Christi cultus in sanctis eius te impendio delectat,  
 Christum facito in sanctis imiteris, & ad singulorū hono

## MILITIAE CHRISTIANAE

rē, singula vitia mutare, aut singulas virtutes amplecti stude. Hoc si accesserit, iā & illa quæ foris fiunt, nō improbabo. Sūma veneratiōe cōplecteris cineres Pauli, nō dāno, si sibi  
 20 cōstat tua religio. Si veneraris cinerē mutū & mortuū, et vi  
 20 uā illius imaginē, adhuc loquentē, ac tanq̄ spirantē, quæ in  
 20 illius lris supereſt, negligis, nōne prepoſtera eſt tua religio?  
 20 Adoras oſſa Pauli in oculis cōdita, nō adoras mentē Pau-  
 li, in ſcriptis latentē? Magni facis fragmentū corporis, per  
 vitrū perſpicuū, & nō miraris totum animū Pauli, per lras  
 pellucentē. Cineres colis, ad quos nōnunq̄ vitia tollunt cor-  
 poris, cur non lras magis, qbus vitia ſanant animarū? Signa  
 iſta mirant̄ fideles, qbus data ſunt, tu fidelis libros illi? am-  
 plectere, vt qui nō diffidis deū oīa poſſe, diſcas illū ſuper oīa  
 20 diligere. Honoras imaginē vultus Chriſti ſaxo lignove de-  
 20 formatā, aut fucatā coloribus, multo religioſius honoranda  
 20 mētis illius imago, quæ ſpiritūſancti artificio, exp̄ſſa eſt lris  
 20 euāgelicis. Nullus Apelles ſic effingit penicillo liniāmēta ſi-  
 20 gurāq̄ corporis, vt in orōne cuiuſq̄, reſucet imago mentis,  
 p̄ſertim ī Chriſto, qui cū eſſet ſumma ſimplicitas veritasq̄,  
 nihil oīno poterat eſſe diſſimilitudinis, ūter archetypū diuini  
 pectoris, & inde ductā imaginē ſermonis. Vt nihil patrī  
 ſimilius, q̄ filius, patrīſ verbū, ex intimo illius corde proma-  
 nās, ita Chriſto nihil ſimilius, q̄ Chriſti verbum, de pectoris  
 illius ſanctiſſimi adytis redditū. Et hanc imaginē, non mira-  
 ris, non adoras, nō oculis pijs colluſtras, non anō amplecte-  
 ris? Tam ſanctas, tā efficaciſ habes dñi tui reliquias, & hiſ  
 neglectis, multo queris alieniora? Attonitus ſpectas tunicā  
 aut ſudariū quod ſer̄ Chriſti, et ſomniculoſus legis oracula  
 Chriſti? Maxio maius eſſe credis, qd crucis portiunculā do-  
 mi poſſides. At iſtud nihil eſt, præ illo, ſi myſteriū crucis in  
 pectore conditū geſtes. Alioqui ſi iſta faciūt religioſum, qd  
 religioſius Iudæis, quorū impiſſimi pleriq̄, Ieſum tñ in car-  
 ne viuentē, oculis viderūt, auribus audierūt, manibus con-  
 tractarūt, Quid Iuda foelicus, qui ore os diuinū preſſit? A-

deo sine spiritu nō pdest caro quicq̄, vt ne virgini quidē mī  
 profuturū fuerit, qd eū de sua carne genuit, nisi et spiritu spi  
 ritū illius concepisset. Maximū hoc, sed audi mai⁹. Apostoli  
 donec corporeo Christi cōtubernio fruerent, nonne legis q̄  
 fuerit imbecilles, q̄ pingue quiddā adhuc sapuerint? Quis  
 aliud ad absolutā salutē desyderaret, q̄ tā diuturnū dei, atq̄  
 hoīs conuictū? Et tñ post adita miracula, post tot annis ex  
 hibitā diuini oris doctrinā, post tot argumēta resuscitati, nō  
 ne sup̄ma hora, iam recipiendus in cœlū, exprobrat eis incre  
 dulitatē illorū? Quid igī in causa? Nēpe obstabat caro Chri  
 sti, atq̄ inde est, qd ille dicit. Nisi ego abiero, paradetis nō  
 veniet. Expedi vobis vt ego vadā. Christi corpore a presen  
 tia, inutiles ad salutē, & in villa p̄terea re corporali, audebis  
 mus p̄fectā pietatē statuere? Paul⁹ viderat Christū in carne.  
 Quid hoc mai⁹ esse putas? At ille contēnit dīcēs. Et si Chri  
 stū inquit nouimus scđm carnē, sed iā nunc non nouimus.  
 Quare nō nouerat? Quia p̄fecerat ad meliora charismata  
 spūs. Verboſius forte hęc disputo, q̄ cōueniat ei q̄ regulas  
 tradit. Verū id eo facio accuratius, neq̄ sine graui causa, qd  
 re ipsa cōpertū habeā, hūc errorē cōem esse pestē totius chris  
 tianismi, quā vel hoc grauiorē p̄niciē adfert, qd spē quidē  
 pietati p̄xima est. Nulla em̄ periculosiora vitia, q̄ quē virtu  
 tem imitant. Nam p̄ter q̄ q̄ bonis etiā, lubricus in ea lapsus  
 est, nulla difficilius corrigunt, propterea q̄ vulgus imperis  
 tum, religionē violari credit, dū istiusmodi rephendunt. Re  
 clamet ilico mundus, & oblatrēt clamosi quidā concionato  
 res, qui ista libēter intus canūt, videlicet nō ad Christū, sed  
 ad suū compendiū respiciētes. Ob quorū vel imperitā super  
 stitionē, vel fictā pietatē, sepius mihi testandū est, me nequa  
 q̄ taxare corporales cerimonias Christianorū, et studia sim  
 pliciū, p̄sertim ea quā ecclīastica cōprobauit authoritas.  
 Sunt em̄ nōnunq̄ tum indicia, tū adminicula pietatis. Quē  
 quoniam fere necessaria sunt infantibus in Christo, donec  
 grādescant & occurrāt in virū perfectū, tamē ne a perfectis

7. Coz. v.

Coma q̄da diuinā  
rōnatores.

quidē cōuenit fastidiri, ne exēplo lædant infirmi. Quod fas  
 cis probo, si modo finis vitiosus non sit, tum si ibi non figis  
 metā, vnde gradū factū oportebat ad salutē propiora. Verū  
 » Christū visibilibus rebus, ob visibilia colere, & in his fasti-  
 » gium religionis ponere, hinc sibi placere, hinc alios dānare,  
 » his instupescere, atq; adeo imori, & ( vt semel dicā ) his ipsis  
 » a Christo auocari, quæ ad hoc tantū adhibentur, vt ad eum  
 » conducāt, hoc est nimirū a lege euangelij, quæ spiritalis est,  
 » desciscere, & in Iudaismū quendā recidere, neq; minus for-  
 » te periculosum, q̄ sine hac superstitiōe, magnis & apertis as-  
 » nimi vitij laborare. Capitalior hic quidē morbus. Esto, sed  
 » ille insanabilior. Quantū ubiq; sudauit, præcipuus ille spi-  
 » ritus assertor Paulus, vt Iudæos a fiducia operū abductos,  
 » ad ea quæ sunt spiritalia pmoueat. Atq; huc denuo vulgus  
 » Christianorū video reuolutū. Quid autē dixi vulgus? Feren-  
 » dum hoc, nisi & sacerdotū, & doctorū bonam partē, deniq;  
 » greges eorū, qui spiritalē vitam vocabulo & cultu profiten-  
 » tur, pene totos hic error occupasset. Si sal ifatuatū est, vnde  
 » salietur ceteri? Pudet me referre, quāta superstitione pleriq;  
 » istorum obseruetur ceremonias quasdā, ab hominūculis, non  
 » tamē hoc anō institutas, quāto odio easdē ab alijs flagitent,  
 » quāta securitate his fidant, quāta temeritate alios iudicent,  
 » quāta contētionē tueantur. His factis suis cœlū deberi pu-  
 » tant, in quibus si quādo occalluerint, iam Pauli atq; Anto-  
 » nij sibi vident. Incipiūt magno supercilio alienæ vitæ cen-  
 » surā exercere, ad imperitorū ( vt ait Comicus ) regulā illam,  
 » vt nihil nisi quod faciūt ipsi, rectū putent. Cæterum ubi in  
 » suo instituto cōsenuerūt, videbis eos nihil adhuc Christi fas-  
 » pere, sed animales, ac tristibus quibusdā vitij madentes, in  
 » cōiuctu morosos, ac vix etiā sibi tolerabiles, charitate frigis-  
 » dos, ira feruidos, odio pertinaces, lingua virulētos, in exer-  
 » cēdis simultatib⁹ inuictos, pro re quauis nihil depugnare  
 » paratos, adeoq; alienos a perfectione Christi, vt ne cōmuni-  
 » bus quidē virtutibus sint præditi, quas etiā Ethnicis, vel

ur. viij. math. v.

Et infra vnde col. 1. 62.  
 Et col. 66 et 67

ratio natura insita, vel usus vitæ, vel philosophorū præcepta parant. Indociles, intractabiles, rixosos, voluptatū avidos, ad verba diuina nauseabundos, nulli cōmodos, de alijs male suspicaces, sibi blandientes. Hucine tot annorū laboribus deniq; peruentū est, vt pessimus sis, & optimus tibi videare, vt pro Christiano sis Iudæus, mutis tantū elementis seruiens, vt gloriā habeas non in occulto apud deum, sed in manifesto apud hoīes? Quid si in spiritu ambulasti, non in carne, vbi fructus spiritus: vbi charitas, vbi gaudiū illud animi: vbi pax erga oēs: vbi patientia: longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continētia, castitas: vbi Christi imago in tuis moribus? Non sum inquis scortator, non fur, non sacrilegus, & obseruo quæ sum professus. Ad quid est hoc aliud, q̄ nō sum sicut cæteri hoīes, raptores, adulteri, & ieiuno bis in Sabbato? Malo malo publicanum humilē, & misericordiā implorātem, q̄ istud iustorū genus, sua benefacta cōmemorantū. Quid autē professus es; an ne faceres quod olim in baptismo iurasti, te Christianū, hoc est spirituale, non Iudæū futurum? Quippe qui propter tradiciunculas hoīm, transgredieris mādata dei. An non Christianismus est vita spiritalis? Audi Paulum Romanis loquentē. Nihil ergo damnationis est his, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundū carnē ambulant. Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu, liberauit me a lege peccati & mortis. Nā quod impossibile erat legi, quæ infirmabatur per carnē, deus filium suum mittens in similitudinē carnis peccati, & de peccato dānauit peccatū in carne, vt iustificatio legis impleteretur in nobis, qui nō secundū carnem ambulamus, sed secundū spiritum. Qui enim in carne sunt, quæ carnis sunt sapient, qui vero in spiritu sunt, quæ spiritus sunt sentiūt. Nā prudentia carnis mors est, prudentia autē spiritus, vita & pax. Quoniā sapientia carnis, inimica est deo, legi enim dei nō est subiecta, nec enim potest. Qui autē in carne sunt, deo placeere non possunt. Quid dici poterat plenius? quid aperitius?

Ad Galat. vii.

Ad Rom. viij.



## MILITIAE CHRISTIANAE

Verū hec nihil ad se pertinere putant hoīes, ad suis blandis  
 endū vitijs arguti, ad aliena carpēda p̄cipites, & q̄d Paulus  
 dixit de scd'm carnē ambulādo, in adulteros modo & scors  
 tatores referūt, q̄d de sapiētia carnis, quę inimica est deo, in  
 eos detorquēt, qui literaturā secularē, (quā vocant) didice  
 rūt. In vtroq; sibi plaudūt, q̄d neq; adulteri sunt, & oīm lite  
 rarum egregie indocti. Ceterū in spiritu viuere, nihil aliud  
 esse somniant, q̄ facere scilicet, q̄d faciūt ipsi. Qui si linguā  
 Paulinā tam diligēter obseruassent, q̄ fortiter cōtemnūt Ci  
 ceronianā, intelligerēt nimis; Apostolū vocare carnē, id q̄d  
 visibile est, spiritū quod inuisibile. Docet aut vbiq; visibilia  
 oportere seruire inuisibilibus, nō contra inuisibilia visibil  
 bus. Tu præpostere ad ista Christū accōmodas, quæ cōuen  
 niebat ad Christū applicari. An testimoniū flagitas, **carnis**  
 vocabulū, non tantū ad libidinē aut luxum pertinere? **Ac**  
 cipe quod idem Apostolus hoc ipsum (quod semper) agens,  
 scribit Colossensibus, Nemo vos seducat volens in humili  
 tate & religione angelorū, quæ non vidit, ambulans frustra  
 inflatus sensu carnis suæ, & non tenens caput, id est Chris  
 tum, ex quo totū corpus per nexus & coniūctiones summi  
 nistratum, & constructum, crescit in augmentū dei. Et ne  
 quid dubites eum loqui de ihs, qui cerimonijs quibusdā cor  
 poralibus freti, aliorū spiritalibus obstrepunt studijs, atten  
 de quod sequit̄. Si ergo mortui estis cū Christo, ab elemen  
 tis huius mūdi, quid adhuc tanq̄ viuētes mūdo decernitis?  
 Ab his igit nos auocās paulo post. Igitur (inquit) si confur  
 rexistis cū Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus  
 est in dextra dei sedēs, quæ sursum sunt sapite, nō quæ sup  
 terram. Deinde spiritalis vitæ præcepta tradens, quid tan  
 dem monet? Num vt his aut his cerimonijs vtamur? num  
 vt sic aut sic vestiamur? vt his aut his cibis victitemus? vt  
 tantū psalmorum exhauriamus? Nihil horum. Quid igit  
 tur? Mortificate inquit mēbra vestra, quæ sunt super terrā,  
 fornicationē, immundiciā, libidinē, concupiscentiā malā, &

istis paulo se excipit  
 dicit Nō sumus scors  
 arioni adulterantes  
 ut dicit dei .ij. Cor. .ij.

loss. ij.

den. .ij.

auaritiã, quæ est Idolorũ seruitus. Ac paulopost. Nunc autẽ  
 deponite & vos oĩa, irã, indignationẽ, malitiã. Pauloq; infe-  
 rius. Expoliãtes vos veterẽ hoĩem, cũ actibus suis, & induẽs  
 tes nouũ, eum qui renouat in agnitionẽ dei, secundũ imas-  
 ginẽ eius qui creauit eũ. Quis est autẽ vetus homo? Nẽpe  
 Adã ille de terra terrenus, cuius cõuersatio est in terra, non  
 in cœlis. Terrã intellige, quicq; visibile, eoq; temporariũ.  
 Quis nouus homo? Nempe de cœlo cœlestis. Cœlũ accipe,  
 quicq; inuisibile, eoq; æternũ. Postremo, ne Iudaico more  
 certis quibusdã obseruationibus, tanq̃ magicis cerimonijs  
 deũ demereri velim⁹, docet eatenus opa nr̃a grata esse deo,  
 quatenus ad charitatẽ referunt, in idẽ profecta. Super oĩa  
 aut hęc inquit charitatẽ habete, qd est vinculũ perfectio-  
 nis, & pax dei Christi, exultet in cordibus vr̃is, in qua & vo-  
 cati estis in vno corpore. Dabo argumẽtũ euidẽtius. Ad Ga-  
 latas scribens, sæpe carnẽ, sæpe spiritũ noĩat, quos non tm̃ a  
 libidine vocat ad castimonĩã, sed a Iudaismo & operũ fidu-  
 cia, in quã erãt a pseudoapostolis inducti, conat̃ retrahere.  
 Hic igif opera carnis recẽsens, vide q̃ vitia cõmemoret. Ma-  
 nifesta sunt autẽ opa carnis, q̃ sunt fornicatio, imunditia, im-  
 pudicitia, luxuria, Idolorũ seruitus, veneficia, inimicitia, cõ-  
 tentiões, æmulatiões, irã, rixã, dissensiones, sectã, inuidia,  
 homicidia, ebrietates, cõmessatiões, et his filia. Neq; multo  
 post. Si spiritũ viuim⁹, spiritũ ambulem⁹. Deinde q̃si pestẽ  
 spiritui infestã indicãs, addit. Non efficiamur inanis gloriã  
 cupidi, inuicẽ prouocãtes, inuicẽ inuidẽtes. De fructibus ar-  
 bor cognoscitur. Q; vigilias, q; ieiunia, q; silentia, q; precu-  
 las, q; reliquas id genus obseruatiões non p̃teris, nihil mo-  
 ror. In spiritũ non credã esse, nisi videro fructus spiritus. In  
 carne esse cur non affirmẽ, cum post secularẽ pene istarũ res-  
 rum exercitacionẽ, adhuc in te deprehendã opera carnis? In-  
 uidentia plusq; muliebrẽ? Iracundiã & ferocitatẽ militarẽ,  
 rixãdi nunq̃ satiãtã libidinẽ, rabiõsam maledicentiã, vipe-  
 reum linguẽ obrectatricis vengnũ, animũ tumidũ, ceruicẽ

et ad  
 Ghe. v.  
 ad Coloss. iij

her. ibi.

v. m.

Gala. v

ibidẽ. vij. ca.

## MILITIAE CHRISTIANAE

præfractâ, lubricam fidē, vanitatem, fictionē, assentatiōem.  
 Tu fratrē in cibo aut potu, cultuue iudicas. At Paulus te iu-  
 dicat ex factis tuis. An hoc te a carnalibus mūdānis separat,  
 qđ tu leuioribus quidē in rebus, sed iisdem tamē vitijs labo-  
 ras? Num turpior est, qui ob hæreditatē interceptā, ob vitis-  
 atā filiā, ob læsum parentē, ob magistratū, ob principis gra-  
 tiam, iras, inimicitias, æmulationes suscipit, qđ tu qui (pudet  
 dicere) qđ de nihilo, multo hæc omnia facis acerbius? Causa  
 » peccandi leuior, nō eleuat crimen, sed exaggerat. Neq; res  
 » fert in quanto pecces, modo pari affectu. Immo refert adeo,  
 » hoc em̄ quisq; sceleratior est, quo minore momēto ab hone-  
 » sto abducitur. Non ego nunc loquor de ijs monachis, quos  
 » rum mores & mundus detestat. Sed de his quos vulgus mi-  
 » ratur, non vt homines, sed vt angelos. Quos ipsos tamē of-  
 » fendi non oportet hoc sermone, qui vitia notat, non homi-  
 » nes. Q; si boni viri sunt, gaudeant etiā a quocūq; admoneri  
 » in his, quæ ad salutē pertinet. Neq; clam me est, inter eos  
 » esse plurimos, qui literis & ingenio adiuti, spiritus myste-  
 » ria degustarūt. Sed (quod ait Liviū) fere fit, vt maior pars,  
 » vincat meliorē. Cæterum si verū fateri fas est, nonne vides  
 » mus arctissimū quodq; monachorū genus, fastigium religi-  
 » onis, aut in cerimonijs, aut in certa legē psalmorum, aut in  
 » corporū labore ponere? Quos si quis excutiat, atq; de spiri-  
 » tualibus percontetur, vix perpaucos inuenerit, qui non in  
 » carne ambulent. Et hinc ista tanta animorū infirmitas, illic  
 » trepidantiū, vbi timor non est, illic oscitantiū, vbi summum  
 » est periculum. Hinc illa perpetua in Christo infantia, vt ne  
 » quid dicam grauius, quod præposterī rerum æstimatores,  
 » ea facimus plurimi, quæ sola nihili sunt, ijs neglectis, quæ  
 » sola sufficiunt, semper sub pædagogis agentes, semper sub  
 » iugo, nec vnq̄ ad libertatē spiritus aspirantes, nunq̄ ad am-  
 » plitudinē charitatis crescentes. Cum clamet Paulus ad Ga-  
 » latas, state & nolite iterū iugo seruitutis cōtineri. Atq; alio  
 » loco. Itaq; lex pædagogus noster fuit in Christo, vt ex fide

ita.

ialath. v.

ialath. iij.

iustificemur. At ubi venit fides, iam non sumus sub pædas  
 gogo. Omnes enim filij dei estis per fidem, quæ est in Chris-  
 to Iesu. Neq; multo inferius. Ita & nos cum essemus par-  
 uuli, sub elementis mundi eramus seruientes. At ubi venit  
 plenitudo temporis, misit deus filiũ suum factũ ex muliere  
 factum sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret, vt ad-  
 optiõem filiorum reciperemus. Quoniã autẽ estis filij dei,  
 misit deus spiritũ filij sui in corda vestra, clamantẽ, Abba pa-  
 ter. Itaq; iam non est seruus, sed filius. Iterũ alibi. Vos enim  
 in libertatem vocati estis fratres, tantum ne libertatẽ, in oc-  
 casionẽ detis carnis, sed per charitatem spiritus, seruite inui-  
 cem. Omnis em̄ lex in vno sermone impletur. Diliges pro-  
 ximũ tuum sicut teipsum. Quod si inuicem mordetis & co-  
 meditis, videte ne ab inuicẽ consumamini. Rursum ad Ro-  
 manos. Non em̄ accepistis spiritũ adoptionis filiorũ dei, in  
 quo clamamus Abba pater. Eodem pertinet & illud quod  
 Timotheo scribens. Exerce autẽ (inquit) teipsum ad pietas-  
 tem. Nam corporalis exercitatio, ad modicũ utilis est, pie-  
 tas ad om̄ia est utilis. Et ad Corinthios. Dominus spiritus  
 est. Vbi autẽ spiritus, ibi libertas. Sed quid nos vnũ, aut al-  
 terum locũ referimus? Totus in hoc est Paulus, vt caro quæ  
 contentiosa est contẽnatur, & in spiritu, qui charitatis & li-  
 bertatis est author, nos constiturat. Indiuiduæ enim inter se  
 comites sunt, caro seruitus, inquietudo, cõsentio. Rursum.  
 Spiritus, pax, amor, & libertas. Hæc passim inculcat Apосто-  
 lus. Num meliorẽ religionis magistrũ requirimus, præfer-  
 tim cũ huic om̄is diuina scriptura concinat. Hoc erat maxis-  
 mũ mandatũ in lege Moysaica, hoc iterat ac perficit in euã-  
 gelio Christus, Ob hoc potissimũ natus ac mortuus est, vt  
 nos doceret, non Iudaizare, sed amare. Post cœnã illam sus-  
 premã, q̄ sollicitate, quãto affectu mandat Apostolis suis, non  
 de cibo aut potu, sed de charitate mutuo seruanda. Quid  
 aliud docet, immo rogat huius symmystes Ioannes, nisi vt  
 diligamus inuicem? Paulus cũ passim (vt dixi) charitatem

Gal. iij.

Ibid. v. m.

Rom. viij.

I. Thimo. iij.

ij. Cor. iij.

## MILITIAE CHRISTIANAE

cōmendās, tum ad Corinthios scribēs, & miraculis, & prophētiā, & angelorū linguīs, antepōnit charitatē. Ne tu mihi illico charitatē esse dicas, in tēplo frequentē esse, signis diuorum procūbere, cereolos accēdere, numeratas preculas iterare. Nihil istis opus habet deus. Charitatē Paulus vocat, ædificare proximū, omnes eiūsdē corporis mēbra ducere, omnes vnū in Christo putare, de fraternis cōmodis, perinde vt de tuis in dño gaudere, incōmodis mederi, veluti pprijs.

Māsuete corripe errantē, docere nescientē, erigere lapsum, consolari deiectū, adiuuare laborantē. Subuenire egētī, in summa oēs opes tuas, omne studium, oēs curas ad hoc referre, vt q̄ plurimis profis in Christo, vt quemadmodū ille neq; sibi natus est, neq; sibi vixit, neq; sibi mortuus est, sed totū se donauit vsib<sup>o</sup> nostris, ita & nos fratrum cōmoditatibus inseruiamus, nō proprijs. Quod si fieret, nihil esset religiosorū vita, neq; letius, neq; facilius, quā nunc contra tristē fere videmus, & laboriosam, ac Iudaicis superstitiōibus plenam, nec ab vllis laicorū vitijs immunē, in nōnullis contāminatiorē. Quod hoīm genus si nūc reuiuisceret Augustinus, quo auctore vitæ pleriq; gloriānt, profecto ne agnosceret quidē. Clamaretq; nihil se minus probaturū fuisse, q̄ hoc vitæ genus, neq; ad superstitionē Iudæorū, sed ad Apostolorum regulā viuendi rationē instituisse. Sed audio iam dudum quid mihi respondeant, quidā paulo saniores. In minimis vigilandū, ne paulatim defluat in maiora vitia. Audio & approbo, verū non paulo magis aduigilandū, ne sic inhaereas minimis, vt a maximis penitus excidas. Ibi periculum euidentius, sed hic grauius. Ita Scillā fugito, ne in Charibdim incidas. Ista facere salutare est, sed eis inniti perniciosum. Paulus nō te vetat elemētis vtī, sed seruire nō vult elemētis eum, qui liber est in Christo. Non dānat legē factorum, sed si quis ea legitime vtat. Sine his fortasse pius non eris, sed nō ista te piū faciūt. Conducēt ad pietatem, ita si quidē in hoc vtare. Sīn frui cœperis, pietatē oēm semel ex

Coz. viij.

ritas quid sit.

up 54 et  
fra 21 et

iala. vij.

22 tinguūt, Apostolus contēnit opera Abrahæ, quæ summa sūt  
 22 ille nemo nescit, et tu tuis cōfidis? Deus auersat victimas et  
 22 sabbata, & neomenias populi sui, quorū oīm ipse fuerat au-  
 thor, An audebis tūas obseruatūcūlas, cū diuinę legis præ-  
 ceptis cōferre? Audi tñ ad ista nauseantē, ac stomachantem  
 deū. Quo mihi multitudinē victimarū vestrarum? Plenus  
 sum, Holocausta arietū, & adipem pinguiū, et sanguinē vi-  
 tuloꝝ, et agnorū, & hircorū nolui. Cum veniretis ante cons-  
 pectū meum, q̄s quæsiuit hæc de manibus v̄ris, vt ambula-  
 retis in atrijs meis? Ne offeratis vltra sacrificiū frustra in-  
 cēsum abominatio est mihi, Neomeniā & sabbatū, & festi-  
 uitates alias non ferā. Iniqui sunt cœtus vestri, Calēdas ves-  
 stras, & solēnitates vestras, odiuit aīa mea. Facta sunt mihi  
 molesta, laboraui sustinēs. Et cum extēderitis manus v̄ras,  
 auertā oculos meos a vobis, & cū multiplicaueritis orōnes  
 vestras, non exaudiā vos. Nōne cum obseruatōes & ritus  
 sacrorū cōmemorat, tū multiplicatas orationes, tanq̄ digito  
 notat eos, qui religionē numero psalmorū, aut precū metis-  
 untur? Attende & illā, q̄ mire diuinū fastidiū propheta sa-  
 cundus exaggerat, vt iā nec auribus, nec oculis ferre potue-  
 rit, Quæ tandē obsecro? Nimirū quæ ipse tanta religiōe ser-  
 uāda tradiderat, quæ tanta veneratione, tot seculis fuerāt a-  
 22 regibus sanctis, & prophetis obseruata. Et hæc detestā ad-  
 22 huc in lege carnali, & tu tuis domi tibi natis obseruatūcu-  
 22 lis, fidis in lege spiritali? Idem alio loco eundē prophetā cla-  
 mare indefinēter, & instar tubæ vocē iubet intēdere, vide-  
 licet in re seria & acri reprehensione digna, quæq̄ fere non  
 nisi magna cōtentione ab istis obtineri queat, Me inquit de-  
 die in diē quarūt, & scire vias meas volūt, quasi gens quæ  
 iustitiā fecerit, & quæ iudiciū dei sui non dereliquerit, Ro-  
 gāt me iudicia iustitię, & appropinquare deo volūt, Quare  
 ieiunauimus, & nō aspexisti, humiliauimus anīas nostras,  
 & nescisti? Ecce in die ieiunij vestri inuenit volūtas vestra,  
 & oēs debitores v̄ros repetitis, Ecce ad lites & contēntiones

22 Heb. viij.

22 1. pmo:

22 sup vide rot. 58

22 infra rot. 66 et

22 68. et 69

her ibi supra

22 1. hōij.

## MILITIAE CHRISTIANAE

Ieiunatis, & percussis pugno ipse. Nolite ieiunare sicut vsq;  
 ad hanc diem, vt audiat in excelsis clamor vester. Nunqd tale  
 est ieiuniū qd̄ elegi, per diē affligere hoīem aiā suā: Nun  
 qd̄ cōtorquere q̄si circulū caput suū, et facē et cinerē sterne  
 re? Nunqd istud vocabis ieiuniū, & diē acceptabilem dño?  
 Sed qd̄ hoc esse dicemus? Dānat deus, qd̄ ipse mādarat? Mi  
 nime. Quid igit? Sed in carne legis manere, et ī re nihili cō  
 fidere, id vō detestat. Proinde vtroq; loco qd̄ velit accedere,  
 demōstrat. Lauamini, inqt, mūdi estote, auferte malū cogit  
 ationū vestrarū de oculis meis. Cū audis mala cogitationū  
 nōne palā spm̄ & internū hoīem denotauit? Oculi dñi non  
 vident in manifesto, sed in occulto, neq; scdm̄ visionē oculo  
 rū iudicat, neq; scdm̄ auditū auriū arguit. Nescit fatuas vir  
 gines, foris expolitas, intus inanes. Nō nouit eos qui labijs  
 dicunt, domine dñe. Deinde admonet vsum vitæ spiritualis;  
 nō tam in cerimonijs, q̄ in proximi charitate sitā esse. Quae  
 rite iudiciū, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite  
 viduam. Similia subtexuit, & alteri loco de ieiunijs. Nōne  
 hoc est magis ieiuniū quod elegi? Dissolue colligatiōes in  
 pietatis, Solue fasciculos deprimētes. Dimitte eos, qui con  
 fracti sunt liberos, & om̄e onus dirumpe. Frange esurienti  
 panē tuum, & egenos vagosq; induc in domū tuā. Cum vis  
 deris nudū, operi eum, et carnē tuā ne despexeris. Quid igit  
 tur faciet Christianus? Negliget eccl̄ia mandata? contēnet  
 honestas maiorū traditiones? dānabit piās consuetudines?  
 Immo si infirmus est, seruabit vt necessarias, sin firmus &  
 perfectus, tanto magis obseruabit, ne sua scientia fratrē of  
 fendat infirmū, & occidat eum pro quo mortuus est Chris  
 stus. Hæc oportet nō omittere, sed illa necesse est facere. Nō  
 dānant opera corporalīa, sed p̄ferunt inuisibilia. Non dama  
 natur cultus visibilis, sed non placat deus, nisi pietate inuis  
 ible. Spiritus est deus, & spiritalibus victimis flectit. Tur  
 pe sit Christianis ignorare, quod gentilis quidā poeta non  
 ignorauit. Qui de pietate p̄cipiens, Si deus (inquit) est anis

sa. pmo.

sa. vi.

math. xlv.

math. xij.

sa. p.

sa. lviij.

Coz. iij.

alibis carmen.

20 mus, nobis vt carmina dicūt. Hic tibi p̄cipue sit pura mēte  
 20 colendus. Ne contēnamus authorē, vel Ethnicū, vel minuz  
 20 tum. Sentētia est magno etiā theologo digna, et vt ego quis  
 dem deprehēdi, tam in tēlecta a paucis, quā a nemine nō le  
 cta. Ea vero est hmōi. Similia sibi afficiunt. Tu deū tau  
 ro caeso, aut thureo vapore moueri magnope credis, q̄si cor  
 pus esset. Mens est, et quidē purissima simplicissimaq̄. Pro  
 inde potissimū mēte pura colēdus est. Tu cæreū accensum,  
 sacrificiū putas. At Dauid sacrificiū (inquit) deo spūs cōtris  
 bulatus. Et si despexit sanguinē hir corz, aut vitulorū, at cor  
 20 contritū & humiliatū non despiciet. Si facis, q̄d tribuit ocu  
 20 lis hoīm, multo magis adhibe, q̄d requirunt oculi dei. Reli  
 20 gioso cucullo tegit corpus, q̄d tum, si mūdanam vestē gerit  
 aīus. Si niuea tunica velaī homo exterior, sint et interioris  
 hoīs vestimēta cādida, sicut nix. Silentiū agis foris, mlto ma  
 gis cura, vt vacet mēs intus. In tēplo visibili demittis genua  
 corporis, nihil agit, si in tēplo pectoris stas erectus cōtra de  
 um. Veneraris lignū crucis, magis sequere mysteriū crucis.  
 Ieiuniū agis, & abstīnes ab ijs, quæ nō coīngnāt hoīem, &  
 non cōtīnes ab obscenīs sermōibus, qui polluunt & tuā, &  
 alienā conscientiā. Corpori subducit̄ cibis, & aīa siliqs por  
 corū sese ingurgitat. Exornas ædem saxeā, religioni habes  
 loca sacra. Quid refert, si tēplum pectoris, cuius parietē per  
 fodit Ezechiel, abominatiōibus Aegyptijs prophanatū est.  
 20 Sabbatū agis foris, & intus oīa vitiorū tumultibus perstre  
 20 punt. Non mœcheat corpus, sed auarus es, iam mœchus est  
 20 animus. Psallis lingua corporea, sed intus auscultat, quid di  
 cat animus. Ore benedicis, & corde maledicis. Corpore an  
 gusta cellula contineris, & cogitatiōe per totum orbē vaga  
 ris. Audis verbū dei corporeis aurib⁹. Magis audias intus.  
 Quid em̄ dicit propheta. Nisi audieritis intus, plorabit ani  
 ma vestra. Quid autem legis in euangelio. Vt vidētes non  
 videant, & audiētes non audiāt. Et rursus propheta, aure  
 20 audietis, & non percipietis. Beati igitur, qui intus audiunt

*des sacrificia despiciet**ps. l.**habes nō forte in**marth. xij. marc. iij.**sa. xij. et al. iij. g.*



## MILITIAE CHRISTIANAE

33 verbū dei. Foelices, quibus dñs intus dicit verbū, & salua  
 33 buntur anīa illoꝝ. Hanc aurē iubetur a Dauid inclināre si  
 33 lia regis, illa, cuius oīs decor ab intus in simbrīis aureis. De  
 33 niqꝫ quid refert, mala non facere, quā affectu concupiscis?  
 Quid refert bona foris agere, qbus diuersa fiunt intus? An  
 magnū est, quod corpore Hierosolymā adis, cū intra temet  
 ipm sit Sodoma, sit Aegyptus, sit Babylon? Non magnū est  
 carneis calcaneis vestigia calcasse Christi, at maximū affe  
 ctu sequi vestigia Christi. Si maximum est contigisse sepul  
 chrū domini, nō maximū erit expressisse mysteriū sepultis  
 rae? Accusas apud sacerdotem hoīem tua peccata, vide quom  
 modo accuses apud deū. Nā apud illū accusare, intus odisse  
 est. Tu forte sigillis cereis, aut pecuniola, aut peregrinatiū  
 33 cula semel elui culpas credis. Tota erras via. Intus acceptū  
 33 est vulnus, intus pharmacū admoueat necesse est. Corru  
 ptus est affectus, amasti, qd erat odio dignū, odisti, qd erat  
 amandū. Dulce tibi fuit amarū, & amarū dulce. Nihil mor  
 ror, quid exhibeas foris. Sed si mutatis vicibus, quod modo  
 amabas, odisse, fugere, horrere cœperis, si dulcescit affectus  
 quod modo sel sapiebat, ita demū sanitatis argumētum ac  
 cipio. Amauit multū Magdalena, & dimissa sunt ei peccata  
 multa. Quo magis Christū amabis, hoc magis oderis tua  
 vitia, nam odiū peccati, cōsequit amorē pietatis, velut vni  
 33 bra corpus. Malo te semel mores tuos vitiosos intus ac vere  
 33 odisse, q̄ decies verbotenus detestari apud sacerdotē. Ergo,  
 33 vt quaedā exempli gratia retulimus, in toto theatro mundi  
 huius visibilis, in veterē lege, in noua, in omī mandato ec  
 clesiae, deniqꝫ in teipso, atqꝫ in omni negotio humano, foris  
 caro quēdā est, intus spiritus. In qbus si nō ordinē faciemus  
 praposterū, sed in his quæ vident, nō ita multū si duciā po  
 33 nentes, nisi quatenus ad meliora, momēti qd adferūt, semp  
 33 ad spiritū, & ea quæ charitatis sunt, respiciamus, euademus  
 33 non tristes, vt isti, & imbecilles, semp pueri (vt puerbio dici  
 33 tur) aniales, ossa arida, (vt apud prophetā est) spiritum non

colim.

accusare p̄ta q̄t e.

h. 222. 223.

22 habētia, lethargici, stupidi, rixosi, liuidi, susurroneſ, ſed ex  
 22 celfi in Chriſto, ampli charitate, robuſti, & ad vtrāq; fortuna  
 22 nam ſtabiles, ad minima cōniuentes, ad ſumma enitentes,  
 pleni alacritatis, pleni ſciētia, quā qui reiſciūt, eos reiſcit &  
 ille ſcientiarū dominus. Imperitia em̄, quā fere comitat̄ in  
 docilitas, & quā grāci pulchre vocant philautiā, ſola facit,  
 vt (quod ait Eſaias) cōfidamus in rebus nihili, & loquamur  
 vanitates. Cōcipiamus laborē, et pariam⁹ iniquitatē. Semper  
 ſeruiamus trepidi atq; humiles, cerimonijs ludaicis. De  
 cuiuſmodi loquēs Paulus Teſtimoniū inquit phibeo illis,  
 quod zelū quidē dei habēt, ſed non ſecundū ſcientiā. Quid  
 22 autē ignorabant? Nempe qđ ſinis legis Chriſtus. Chriſtus  
 22 autē ſpiritus eſt, charitas eſt. Aperiūſ autē Eſaias miſerā &  
 inutilē iſtorū ſeruitutē in carne, deſcribit. Propterea (inquit)  
 captiuus ductus eſt populus meus, quia nō habuit ſcientiā  
 Et nobiles eius interierūt fame, & multitudo eius ſiti exa  
 ruit. Non mirū quod populus ſeruit elemētis huius mūdi,  
 videlicet vulgus indoctū, & nō niſi de alieno pectore ſapi  
 ens. Magis mirandū, quod religionis Chriſtiane quaſi pri  
 mates, in eadē captiuitate, fame intereūt, & ſiti exareſcunt.  
 Quare fame intereūt? quia nō didicerunt a Chriſto frāgere  
 panes ordeaceos. Siliquā modo aſperā circumlingūt, medul  
 lā non eruūt. Quare ſiti exareſcūt? Quia nō didiceūt a Mo  
 ſe, aquā de ſpiritali petra elicere. Neq; hauſeūt de flumibus  
 quæ de vētre Chriſti fluūt aquæ viuæ. Hoc autē dictū eſt de  
 ſpū, non de carne. Tu igiſ mi frater, ne triſtib⁹ laboribus nō  
 multū pmoueas, ſed mediocri exercitio, cito grādīs & vege  
 tus euadas in Chriſto, hanc regulā diligenter amplexus, ne  
 22 veliſ cum imundis animalibus humi reptare, ſed ſemp aliſ il  
 22 liſ nitēs, quas Plato putat in anis amoris calore elicitas, de  
 nuo pullulaſcere, a corpore ad ſpū, a mūdo viſibili ad iuſſi  
 bilē, a ſſa ad myſteriū, a ſenſibilibus ad intelligibilia, a cōpo  
 ſitiſ ad ſimpliciā temetiſpū, quaſi gradibus quibuſdā ſcalæ  
 Iacob erige. Ita ad ſe propinquāti, viciffim appropinquabit

Eſa. liq.

Rom. 2.

Eſa. 2.

Eſa. 2.

Job. 22.

Eſa. 22.

Job. 22.

Gen. 22.

## MILITIAE CHRISTIANAE

dñs, & si tu pro virib<sup>9</sup> de tua caligine, sensuūq; strepitu co  
 22 naberis assurgere, occuret ille cōmode, e luce sua inacces  
 22 sibili, & silētio illo incogitabili, in quo nō sensuū tantum oīs  
 22 tumultus, sed et intelligibiliū oīm imagines conticescūt.

### CANon Sextus.

Et quoniā ex tēpore scribēti, aliud ex alio in mentē venit,  
 subtexā & sextam regulā, superioribus quodāmodo cognatā,  
 22 tam necessariā ad salutē vniuersis, q̄ a paucis curę habitam,  
 22 Ea est vt auius ad Christū anhelantis, a vulgi tū factis, tum  
 22 opinionibus q̄maxie dissentiat, nec aliunde q̄ ab vno Chri  
 sto, pietatis exēplum petat. Hoc est em̄ vnicū archetypū, vn  
 de quisquis vel vnguē discesserit, a recto discedit, atq; extra  
 viā currit. Proinde Plato grauiter p̄fecto, vt pleraq; in po  
 litia sua, negat eū virtutē constāter tueri posse, qui de turpi  
 atq; honesto, nullis certis opinionibus mentē imbuerit. At  
 quāto perniciosius est, falsas opiniones de ijs, quæ ad salutē  
 pertinet, auius penitus insidere. Quare hoc vel in primis cu  
 randū putat, vt custodes illi, q̄s oportet omī turpitudine va  
 22 care, q̄optimas opiniones de fugiendis atq; expetēdis, easq;  
 22 q̄certissimas, tanq̄ leges quasdā sanctissimas auius insculpāt  
 suo. Quicq; em̄ persuasionē penitus inhesit auius, id quisq;  
 22 moribus exprimit. Eoq; p̄cipua Christianorū cura huc in  
 22 tendi deberet, vt pueri iam inde ab incunabulis, inter ipsas  
 22 blanditias nutricum, & parentū oscula, inter literatorū ma  
 nus, persuasiones imbibāt Christo dignas, propterea q̄d ni  
 hil vel altius insidit auius, vel hæret tenacius, q̄ quod rudibus  
 (vt inquit Fabius) annis indit. Procul p̄cul ab auriculis in  
 fantilibus, amatorię cātūnculæ, quas domi forisq; cātillant  
 Christiani, spurciores, q̄ vnq; Ethnicorū vulgus receperit.  
 Non audiāt accepta iactura rei, materculā eiulantem, Non  
 amissa sorore, se miserā ac destitutā damitantē. Non audiāt  
 patrē ignauitā opprobantē ei, qui iniuriā non cum foenore  
 rettulit, nō admirantē eos qui rem quocūq; modo fecerunt  
 22 amplissimā. Ingeniū hoīs ad vitia p̄cipue perniciosum exem

20 plū statim arripit, nō aliter, q̄ ignem vicinū naphtha. Quanq̄  
 21 idē hoc nullā nō arate agendū, vt oēs vulgi errores, ab ipsi  
 22 vsq; radicibus ex anīo reuellant, atq; in eorū locum saluta  
 res opiniones inferantur, adeoq; roborentur, vt nullis rebus  
 queant cōuelli. Quod qui fecerit, is nullo negotio virtutem  
 sua sponte sequet, & secus agentes miseratiōe, non imitati  
 one dignos iudicabit. Huc em̄ pertinet illud a Socrate, non  
 23 absurde dictū, quanq̄ ab Aristotele reprehēsum, virtutē nō  
 24 hil aliud esse, q̄ scientiā fugiendorū, atq; expetendorū. Non  
 qd̄ non viderit discrimē inter cognitiōnē honesti, atq; amo  
 25 rem, sed quēadmodū Demosthenes Pronūtiatiōnē primū,  
 secundū ac tertiu in eloquētia respondit esse, videlicet adeo  
 præcipuā partē significans, vt in ea totā esse duceret, itidem  
 26 Socrates agens cū Protagora, argumentis euincit, tantū in  
 27 omī virtute momētū scientiā adferre, vt peccata nō aliunde  
 28 proficiscātur, q̄ a falsis opinionibus. Etem̄ & qui Christum  
 amat, & qui voluptatē, pecuniā, honorē, falsum amat, nimis  
 rum vtriq; dulce, bonū, ac pulchrū sequunt. At hi labuntur  
 inscitiā, pro dulci amplectentes, quod est acerbissimū, pro  
 acerbo fugientes, quod est dulcissimū, item pro bono ac lu  
 cro sequentes, quod merum est detrimētum, pro damno ti  
 mentes, quod vnicum est lucrum, id pulchrum iudicantes,  
 quod est foedum, id pudendum opinantes, quod solum est  
 gloriosum. Porro si cui penitus persuasum sit, ac iam velut  
 29 tī cibus in animi substantiā sit traiectum, solā virtutē opti  
 30 mam esse, dulcissimā, pulcherrimā, honestissimā, vtilissi  
 mam, contra turpitudinē, vnicum esse malū, cruciatum, foē  
 dum, erubescendū, dānosum, atq; hæc nō opinione popula  
 ri, sed ipsa natura rerū metiāt, fieri non potest, vt ea constāte  
 persuasiōe, diū in malis hereat. Pessimus em̄ iam olim tū vi  
 uedi, tū sentiēdi author vulgus est. Neq; vnq; ita bene actū  
 est cū rebus humanis, vt non pessima placuerint plurimis.  
 Caue sic cogites. Hoc nemo non facit. His vestigijs maie  
 res mei sunt ingressi. Hac in sentētia est ille tantus philoso

## MILITIAE CHRISTIANAE

23 phus, tantus theologus. Sic viuif a magnatibus. Hoc regiū  
 23 est institutū. Hoc & episcopi & pontifices summi faciunt.  
 23 Hi profecto vulgus nō sunt. Nihil te moueant ingētia nos  
 23 mina. Ego vulgū nō loco, sed pectore metior. Vulgus sunt,  
 23 quicūq; in specu illo Platonico vincti suis affectib<sup>9</sup>, inanes  
 23 rerū imagines, pro verissimis rebus admirant. Nōne prepo  
 23 stere faciat, si quis non lapidē regulā, sed regulā lapidī cor  
 23 netur applicare? Nōne multo absurdus, si quis non hoīm  
 23 mores ad Christū, sed Christū ad hoīm vitā labore inflecte  
 23 re? Non ideo rectū puta, quia primores, quia maxima pars  
 23 hoīm facit, sed ita demū rectum est, qd fit, si quadrat ad  
 23 regulā Christi. Immo hoc ipso tibi suspectū quid esse oportet,  
 23 qd plurimis placet. Pusillus grex est, & erit semper, cui  
 23 cordi est Christiana simplicitas, paupertas, veritas. Pusillus  
 23 est, sed beatus, quippe cui soli debet regnum caelorum. Arcta  
 23 est via virtutum, & a perpaucis calcata, sed non alia ducit ad  
 23 vitā. Prudēs aedificator, vtrum tandē ab vsitatissimo, an ab  
 23 optimo opere petit exemplum? Pictores non nisi optimas ta  
 23 bulas sibi proponūt. Exemplū nostrum Christus est, in quo  
 23 vno oēs insunt beate viuēdi rationes. Hunc sine exceptiōe  
 23 licebit imitari. Cæterū in probatis viris, eatenus vnū quod  
 23 q; in exemplū vocare cōueniet, quatenus respondebit cum  
 23 archetypo Christi. De vulgo autē Christianorū sic existima,  
 23 nullū vnq; fuisse corruptius, ne apud Ethnicos quidē, quan  
 23 tum ad opiniones de moribus attinet, Cæterū de fide, quid  
 23 sentiāt, viderint ipsi. Hoc certe indubitatissimū est, fidē sine  
 23 moribus fide dignis, adeo nihil iuuare, vt etiā in cumulum  
 23 cedat dānationis. Euolue veterū annales, & cōfer horū tem  
 23 porū mores. Quādo vera probitas despectior? quādo sic in  
 23 precio habitā diuitiū vndecūq; partē? Quo vnq; seculo ves  
 23 tius illud Horatianū. Scilicet vxorē cū dote, fidēq; & amīs  
 23 cos. Et genus & formā regina pecunia donat? Et illud eius  
 23 dem. Nā genus et virtus, nisi cū re, vilior alga est. Quis iam  
 23 nō serio legit Ironiā illam Satyricā? O ciues, ciues, quēreda

pecunia primū Virtus post nūmos: Quādo luxus solutiore:  
 Quādo stupra, adulteria, vel latius patuerūt, vel impunitio  
 » ra fuere, vel minus in probro: dum in alijs, suis vitijs indul  
 » gent principes, & quisq; speciosum factu ducit, quicqd in  
 » aulicorū mores abijt: Cui non extremū malum ac pbrum  
 videt pauperies: Olim in scortatores, in sordidos, in glorio  
 sos, in admiratores pecunia, etiā de plaustris famosa scom  
 mata faciebant, in spectaculis gētiliū, scite notatis vitijs, ap  
 plaudebat a vulgo, qbus nūc a Christianorū proceribus,  
 male laudatis applaudit. Non tulerūt theatra Atheniensiu  
 histrionē, e tragœdia quapiā Euripidis, saltātem, verba cui  
 iusdā auari, vnam pecuniā, reliquis humanæ vitæ cōmodis  
 præferentis, ac plane futurū erat, vt actorē cum tota fabula  
 exploderēt, eijcerētq; ni mox assurgēs poeta, paulisper etiā  
 manere iussisset, ac spectare quorsum admirator ille auri es  
 » set euasurus. Quā multa sunt apud illos exēpla eorū, qui e  
 » bene administrata rep. præter honestā opiniōnē, nihil in tes  
 nuem familiā retulerūt, qui fidē pecuniā, qui pudicitia vita  
 potiorē habuerūt: Qui neq; psperis rebus inolescere, neq;  
 aduersis frangi potuerūt: Qui honesta pericula voluptati  
 bus anteposuerūt: Qui sola conscientia recti contenti, neq;  
 honores, neq; opes, neq; reliqua fortunæ cōmoda desydera  
 » bant: Et vt ne cōmemorē Photionis sanctitatē, Fabritij di  
 » uitijs potiorem paupertatē, Camilli magnanimitatē, Brutij  
 » seueritatē, Pythagoræ pudicitia, Socratis in expugnabilem  
 continentia, Catonis integritatē, ac mille pulcherrima oim  
 virtutū decora, quæ passim in Lacedæmoniorū, in Persarū,  
 in Atheniensium, in Romanorū annalibus legunt, magno  
 quidē nostro pudore. Diuus Aurelius Augustinus, vt ipse  
 de se in cōmentarijs confessionū suarum testat, iam multo  
 priusq; Christū indueret, contēpserat pecuniā, p nihilo ha  
 » bebat honores, gloria non cōmouebatur, voluptatibus aut  
 » vsq; adeo frena negarat, vt homo adolescēs, vna muliercula  
 cōtentus esset, cui & coniugij fidē seruabat. Hos anios, hæc

## MILITIAE CHRISTIANAE

exēpla, inter aulicos, inter ecclīasticos, addā & inter mona-  
 chos, nō temere qs inuenerit. Aut si quis huiusmodi exētes  
 rit, ilico velut asinus inter simias, ostentui ac risui erit, deli-  
 rus, hebes, hypocrita, rerū imperitus, melancholicus, amēs,  
 oīm vna voce dicet, ac ne homo qdem iudicabit. Sic Chris-  
 stiani Christi doctrinā veneramur, sic exprimimus, vt nihil  
 vecordius, nihil abiecius, nihil magis pudendū iam vulgo  
 habeatur, q̄ vere ac toto pectore esse Christianū. Quasi aut  
 Christus frustra x̄satus sit in terra, aut alius sit nūc, quā olī  
 Christianismus, aut nō ex æquo ptineat ad oēs. Ab his igit̄  
 volo te toto aīo dissentire, & rerū oīm precia, vnus Christi  
 cōmunionē metiri. Quis vulgo nō præclarū autumat, atq̄  
 inter p̄cipua bona ponendū, claris maioribus p̄gnatū esse?  
 id q̄d nobilitatē nominant. Nihil te moueat, cū audis huius  
 seculi prudētes, viros graues, summaq̄ autoritate p̄ditos,  
 admodū serio, de stēmatur gradibus, adductis supercilijis,  
 tanq̄ de re vehemēter ardua differentes, & magno conatu,  
 magnas nugas effutientes, cū vides alios sic aurore, atq̄ atā  
 uorū imaginibus tumētes, vt reliquos præ se vix hoīes esse  
 iudicent. Sed horū errorem, Democritico risu prosequēs, id  
 (quod res est) reputa, vnicam ac summā esse nobilitatem, in  
 Christo renatū esse, illius insitū esse corpori, vnū corpus, &  
 vnū spiritū fieri cum deo. Sint aliī regū filij, tibi maximum  
 sit, quod & es, et diceris filius dei. Illi sibi placeāt, q̄d in aulis  
 principū versent̄, tu elige cum Dauid, abiectus esse in do-  
 mō dei. Attēde qs elegerit Christus, infirmos, stultos, igno-  
 biles, scđm mundū. In Adam oīes ignobiles nascimur, in  
 Christo oēs vnū sumus. Vera nobilitas est inanē contēnere  
 nobilitatem. Vera nobilitas est, serū esse Christi. Hos tibi  
 maiores esse puta, quorū virtutes æmularis. Audi quid in  
 euangelio dixerit, optimus æstimator nobilitatis aduersus  
 Iudæos, qui se iactabāt de generis authore Abrahā. Quali  
 vero authore? Non rantū illustri, non solum opulento, non  
 modo victore regū, sed ob diuinas virtutes, diuinis ornato

actna xpi quo veneramur  
 tuo spibz

bilis dea q̄ sit

eorum

praconijs? Quis istud nō insigne, non gloria dignū existit  
 met? Audi quid audierint. Vos ex patre diabolo estis, Et op  
 pera patris vestri facitis. En tibi Paulus & ipse ad magistrū  
 regulā generositatē aestimās. Non em̄ (inquit) om̄es qui ex  
 circūcissione sunt Israel, hi sunt Israelitæ, neq; qui secū dum  
 22 semē sunt Abrahæ, om̄es filiī. Pudenda ignobilitas sentire  
 22 turpidini, cum Christo nullam habere cognationē, qui non  
 agnoscit, nisi qui faciunt voluntatē patris sui, qui in cœlis  
 22 est. Turpiter spurius est, qui patrē habet diabolu, habet aut̄  
 22 qui illius opera facit, nisi mētītus est Christus. Sed non nos  
 22 uīt mentiri veritas. Suprema generositas est, & filiū, & hæ  
 redem esse dei, fratrē autem & cohæredem esse Christi. Illos  
 rum insignia, quid sibi velint, ipsi viderint, Christianorum  
 insignia sunt cōmunia quidē omnibus, sed tamē illustrissi  
 ma crux, corona spinea, clauī, lancea, stigmata domini, quæ  
 Paulus in corpore suo se gestare gloriatur. De nobilitate ita  
 q; vides, quāto alia te sentire velim, q̄ vulgus opinat̄. Eum  
 vero qui plurimū auri domi congeffit, quis non vulgo bea  
 tum diuitū ac fœlicem vocat? Tu sat beatū, immo solū bea  
 22 tum iudica, qui Christū, qui summū bonum possidet. Qui  
 22 preciosam illā margaritā bonæ mentis, vel rerum oīm, vel  
 corporis etiā dispendio, mercatus est. Qui thesaurū inuenit  
 sapiētīæ, cunctis opibus preciosioris. Qui a Christo ditissim  
 mo, aurū emit ignitū, probatū, vt locuples fiat. Quid igitur  
 22 sunt ista, quæ multitudo mirat̄, aurū, gēmæ, prædiæ. Falso  
 22 nomine diuitiæ, vero spinæ, quæ semen diuini verbi suffos  
 cant, iuxta parabolā euangelicā, sarcinæ sunt, quibus onus  
 sti, nec possunt per arctā viam Christum nudum sequi, nec  
 per hostiū humile intrare, in regnū cœlorum. Ne p̄ilo quis  
 22 dem temetipm̄ meliorē puta, si vel Midas, vel Cræsos opis  
 22 bus vincas, sed alligatorē, impeditiorē, onustiorē. Abunde  
 sat habet, qui ista fortiter potest contēnere. Satis prospectū  
 est ei, cui nihil defuturū promisit Christus. Non esuriet, cui  
 sapit manna verbi diuini. Non erit nudus, qui Christum

Joh. viij.

Rom. ix. vide h̄ ap  
Pacius

h̄ ubi

Rom. viij

Galath. vi.

beatus q̄ per

Luc. viij  
Marth. viij et  
Luc. xij



## MILITIAE CHRISTIANAE

» induit. Hoc solū damnū existima, quoties aliquid de pietate  
 » te decessit, & vitijs accreuit. Ingens lucrū puta, cū mens ac-  
 » cessione virtutis, facta est melior. Nihil tibi deesse puta, si eū  
 » possides, in quo sunt oīa. Quid autē hoc est, qđ miserī volū-  
 » ptatē nominant? Profecto nihil minus, qđ quod dicit. Quid  
 » igitur? Mera insania est, & plane (quod Græci dicere solēt)  
 » Aiacis risus, dulce venenū, blanda pernicies. Vera & vnica  
 » voluptas, gaudiū est puræ conscientiae, Lautissimæ epulæ  
 » sunt, studiū sanctarū scripturarū, iucū dissimæ cātilenæ, psal-  
 » mi spiritus sancti, festiuissima societas, cōmunio sanctorum  
 » oīm. Summæ delitiæ, fructio veri. Tu modo purga oculos,  
 » purga aures, purga palatū, & incipiet tibi dulcescere Chris-  
 » stus. Quo vere gustato, etiā si Milesij, Sybaritæ, Azoti, Episcopi  
 » curei, breuiter vniuersi voluptatū architecti, oēs suas illece-  
 » bras in vnū conferant, præ vno illo nausea videbunt. Non  
 » id protinus dulce est, qđ sapit, sed qđ sano sapit. Si febrienti  
 » aqua vinū sapit, nemo istud voluptatē noīat, sed morbum.  
 » Erras, si non credis pijs hoībus, longe iucū diiores esse suas  
 » lachrymas, qđ impijs, risus, cachinnos, iocosq; suos. Non his  
 » dulcius esse ieiuniū, qđ illis attagines, phasides aues, pdices,  
 » accipēferes, aut Rhombos suos. Horū frugales mēsulæ, ho-  
 » lusculis & leguminibus Pythagoricis instructas, nō longe  
 » lautiores esse, qđ istorū sumptuosa fastidia. Deniq; vera vo-  
 » luptas est, amore Christi, falsis delitijs non sollicitari. Iam a-  
 » moris & odij vocabulis, vide qđ mūdus abutat. Cum adole-  
 » scens insanus puellā deperit, id vulgus amorē appellat, cum  
 » nullū verius sit odiū. Verus amor, vel suo dispendio, cōmo-  
 » dis alienis cōsulere cupit. Ille quo nisi ad suā voluptatē spe-  
 » ctat. Igit non illā, sed semetipm amat, quanq; ne se quidem  
 » amat. Nemo em̄ aliū amare potest, nisi se prius amarit, sed  
 » recte. Nemo quenq; odisse potest, nisi se prius oderit. Verū  
 » bene amare, nōnunq; bene odisse est, & recte odisse, amasse  
 » est. Ergo qui ob tantillum cōmodum (vt putat) suū, puellæ  
 » blanditijs, muneribus, tendit insidias, vt illi qđ habet optis

Quid ē qđ miserī  
 voluptatem vocat

vera  
 voluptas q̄ est

20 mum eripiat, integritatē, pudorē, simplicitatē, bonā mentē,  
 20 famā, vtrū hic odisse, an amare tibi videtur? Profecto nullū  
 20 hoc odio, odiū atrocius. Cum inepti parētes liberorū vitijs  
 indulgēt, vulgo aiunt, q̄ tenere hi suos amant filios? Immo  
 20 q̄ crudeliter oderūt? qui dum suis morē gerunt affectibus,  
 20 liberorū salutē habent neglectū. Quid aliud nobis p̄catur  
 20 hostis inuidētissimus diab olus, q̄ vt hic impune peccantes,  
 in æternū incurramus suppliciū? Lenem magistrū, & misē  
 ricordē principē vocant, qui sceleribus quibusdā, vel cōnis  
 uet, vel etiā fauet, vt hoc peccent licentius, quo impunitius.  
 At qd aliud minā per prophetā dñs ijs, quos sua misericor  
 dia putat indignos? Et nō visitabo (inquit) super filias v̄ras  
 quādo fornicant, & super nurus v̄ras, quando adulterātur.  
 Dauid vero quid p̄misit? Visitabo inquit in virga iniquita  
 tes eorū, & in verberib⁹ peccata eorū. Misericordiā autem  
 meā nō dispergā ab eis. Vides vt in Christo nouētur oīa, &  
 20 rerū vocabula p̄mutent. Qui seipm male amat, is capitalis  
 20 ter odit. Qui in sese male misericors est, is crudelissime sē  
 20 uit. Bene curare, negligere est. Bene ledere, p̄desse est. Bene  
 20 perdere, seruare est. Ipse tibi cure eris, si carnis desyderia cō  
 20 tēpseris. Si bene sauiēris in vitia, hoīem bñficio iuueris. Si  
 peccatorē occideris, hoīem seruaueris. Si pdideris qd fecit  
 homo, restitueris qd fecit deus. Age vero iam potentiam &  
 imbecillitatē, fortitudinē & ignauitā, quid esse putat error  
 popularis? Nonne potentē nomināt eum, qui quē velit, fa  
 20 cile queat ledere? Quāq̄ odiosa nimitū potentia est, nocere  
 20 posse, id qd est istis, cum cantharidibus & scorpis, atq; ipso  
 20 adeo diabolo cōmune, videlicet dare malū. Solus deus ve  
 re potēs est, qui nocere, nec potest, si velit, nec vult si possit,  
 quippe cuius natura est bñfacere. Sed potēs iste, quomodo  
 tandē ledet hoīem? Eripiet pecuniā, pulsabit corp⁹, adimet  
 vitā. Si pio homini id facit, bñficiū pro maleficio dedit, sin  
 improbo, hic occasionē quidē administruit, sed ille ipse sibi  
 nocuit. Nemo em̄ nisi a seipō ledit. Nemo aliū parat ledere,

Osee. iij.

ps̄ lxxxviii.

MILITIAE CHRISTIANAE

23 nisi lōge grauius ipse sese lædat prius. Damnū pecuniæ mi  
 hi dare paras, iā tu charitate amissa, damnū grauiissimū tibi  
 ipsi dedisti. Non potes mihi vulnus infligere, qn ipse prius  
 vulnus mltō atrocius acceperis. Non adimes mihi vitā cor  
 poris, nisi tute tibi prius aīam iugularis. At Paulus ad infe  
 23 rendā iniuriā imbecillis, ad ferendā validissimus, nōne glo  
 23 riat sese in Christo posse oīa. Fortē & aīosum vulgo noīant  
 23 eū, qui fer ox & impotentis animi, ad q̄tumuis leuē iniuriā  
 efferuescit iracūdia, & conuiciū conuicio, maleficiū malefis  
 cio retaliat. Cōtra q̄ acceptā iniuriā mussitat, ac dissimulat,  
 hūc ignauū, pusillanimē, instrenuū appellāt. Immo qd ali  
 enius a magnitudie animi, q̄ verbulo dimoueri a statu mē  
 23 tis, & adeo alienā stultitiā, non posse contēnere, vt hoīem, te  
 23 non putes esse, nisi maleficiū maleficio superaris. At quāto  
 23 fortius, aīo excelso & amplo, nullā iniuriā non posse negli  
 gere, insup & pro maleficio beneficiū reddere. Nō ego for  
 tē dixerim, qui in hostē audeat, qui mōenia superet, qui vita  
 contēpta, omībus periculis obijciat caput, id quod est pene  
 23 gladiatoribus oībus cōmune. At animū qui possit vincere,  
 23 qui ex aīo bene velle, male volētibus, bene mereri, de male  
 23 merētibus, bene precari, male precātibus, huic deniq; debet  
 cognomē fortis atq; magnanimi. Excutiamus & illud, quid  
 mūdus gloriā, ignomīniā ac pudorē nominet. Laudaris.  
 Ob quid? & a quibus? Si ob turpiā, & a turpibus, ista vero  
 23 falsa est gloria, & vera ignomīnia. Vituparis, rideris. Qua  
 23 gratia, & a qbus? Ob pietatē, ob innocentīā, vtiq; a malis.  
 23 Nō ista est ignomīnia, sed nulla verior gloria. Esto sane, vel  
 23 vniuersus mūdus explodat, exhibiletq; nō potest nō esse glo  
 23 riosum, qd approbat Christus. Et si quicq; est mortalium  
 applaudit atq; acclamet euge euge, nō potest non esse pu  
 dendū, quod deo displicet. Prudentiā vulgo vocāt, rem pas  
 rare strenue, partā probe cōstabilire, & porro in posterū p  
 spicere. Sic em̄ passim & serio loquētes audimus. Frugi ho  
 mo est, catus, cordat⁹, cōsultus, puidus, de ijs qui breui rem

phylippus. iii.

20 faciunt lautiorē. Hoc mūdus qui & mēdax est ipse, & pater  
 20 eius. At quid dicit veritas? Stulte iquit, hac nocte repetēt a  
 te aiām tuam? Expleuerat horrea messibus, instruxerat cō-  
 meatu oēs apothecas, abūde multū pecuniā domi condide-  
 rat, nihil restare putabat, non (quod ferē faciūt) vt congestis  
 opibus, in ops custos incubaret, quēadmodū draconē vellus  
 aureū seruasse poetā fabulant, sed vtī partis fruere tur, & tū  
 20 hunc stultū appellat euangeliū. Quid em̄ stultius, qd̄ vecor  
 20 dius, q̄ vmbri inhiantē, res veras amittere, id qd̄ solemus  
 in cane illo Aesopico ridere. Et in Christianorū moribus nō  
 magis ridendū est, vel flendū potius? In callidus mercator  
 habeat, quē Comiciū illud fugerit. Pecuniā in loco negligē-  
 re maximū interdū est lucrū, qui p̄sens lucellū admittat, qd̄  
 nō ignoret ingens dispendiū consecuturū. Quāto incōsul-  
 20 tius, huic vmbriticā vitā, oībus horis nutāti, tanta sollicitu-  
 20 dine prospicere, qd̄ tamen fuerat suppeditandū a deo, & in  
 futurā vitam nihil cōsulere, quā semp calamitosissimā exis-  
 gamus oportet, nisi fuerit ingēti cura, p̄spectum? Aliū erro-  
 20 rē accipe. Sollertē & rerū peritū vocant, qui rumusclos oēs  
 20 captās, nouit toto qd̄ fiat in orbe. Quæ fortuna mercaturū,  
 quid Brittānorū Tyrānus moliat, quid nouatū Romē, quid  
 ortū in Gallijs, q̄modo Dacæ victitēt et Scythæ, Quid cōsul-  
 tent principes. Breuiter qui omni de negotio, apud omne  
 genus hoīm garrire calleat, eū aiunt sapere. Quid aut̄ inco-  
 20 gitātius, qd̄ inscitius, q̄ quæ p̄cul fiant & ad te nihil attinēt,  
 20 ea vestigare, quæ vero in tuo pectore gerant, et vel sola ad te  
 20 pertinēt, de ijs ne cogitare qd̄ē. Narras mihi tumultus Brit-  
 20 tānicos, narra magis, qd̄ in tuo pectore tumultuent, ira, in-  
 20 uidiā, libido, ambitio. Quā p̄pe iā istæ sub iugū missæ sint.  
 Quæ spes victoriæ. Quāta belli pars, p̄fligata. Quā instrux-  
 cta ratio. In his si vigilās, si auritus pariter & oculatus, si sag-  
 gax, si circūspectus fueris, solertē te pronūtiabo. Atq; illud  
 qd̄ in nos mūdus solet iacere, in ip̄m retorquebo. Ne quicq̄  
 sapit, qui sibi nihil sapit, Ad hūc modū si oēs mortaliū curas,

## MILITIAE CHRISTIANAE

29 gaudia, spes, metus, studia, sententias excusseris, iuuenies ple-  
 30 na erroris oia. Dum bonū dicunt malū, & malū bonū, dum  
 31 dulce faciunt amarū, amarū dulce, lucē faciunt tenebras, &  
 tenebras lucē. Et hæc quidē hoīm multo maxima turba est.  
 Verū oportet hos simul & contēnere, ne similis illorū esse  
 velis, & miserescere, vt eos tui similes fieri cupias, atq; ( vt  
 32 Augustini verbis vtar) tū flere cōuenit irridēdos, tū irridē-  
 33 re flendos. Noli in malis cōformari huic seculo, sed reforma-  
 re in nouitate sensus tui, vt pbes, nō quæ mirentur hoīes, sed q̄  
 sit volūtas dei, bona, & beneplacēs, & pfecta. Periculo pxia  
 mus es, planeq; labascis, si circūspectare cōperis, qd agant  
 pleriq; si captare, qd sentiant. Tu vitæ ac lucis filius, sepeli-  
 ant sine, mortui mortuos suos, cæci cecorū duces simul in fo-  
 ueā abeant. Caue quoq; ab exēplari tuo Christo, cordis ocu-  
 34 los dimoueas. Non errabis, veritatis ductū sequēs. Non im-  
 35 pinges in tenebris, post lumē ambulans. Hoc perlucante, si  
 36 fucata bona a veris, si vera mala a falsis secreueris, horrebis,  
 37 nō imitaberis cæcitatē multitudinis, ad inanissima rerū lus-  
 dibria, vicibus quibusdam affectionū, iræ, inuidiæ, amoris,  
 odi, spei, metus, gaudi, doloris, quouis Euripo inquietius  
 38 æstuātis. Bragmani, Cynici, Stoici, mordicus sua dogmata  
 39 tueri solēt, & reclamāte mundo, explodētibus, exhibitibus  
 oībus, tamē vrgent pertinaces, qd sibi semel persuaferunt.  
 Aude & tu sectæ tuæ decreta penitus in anō figere, aude  
 securus ac totus in authoris tui sniam pedibus discedere.

### OPIniones Christiano dignæ.

Hæc semp apud te constēt veri Christianismi paradoxa.  
 Vt ne quis Christianus, se sibi natū esse putet, neq; sibi ve-  
 40 lit viuere, sed quicqd habet, aut est, id oīe non sibi tribuat,  
 41 sed deo authori ferat acceptū, oīa sua bona, oībus existimet  
 42 esse cōmunia. Proprietatem Christiana charitas nō nouit.  
 43 Pios amet in Christo, impios propter Christū, qui nos ad-  
 huc inimicos sic dilexit prior, vt se totū nobis redimēdis im-  
 pēderit. Illos complectat, quod boni sint, hos nihilominus,

20 vt bonos reddat. Neminē prorsus hoīem oderit, non utiq;  
 21 magis, q̄ fidelis medicus odit agrotū. In vitijs tantū sit ini-  
 22 micus. Quo grauior est morbus, eo maiorē curam adhibes-  
 bit pura charitas. Adulter est, sacrilegus est, Turca est, exes-  
 cretur adulter ū, non hoīem, sacrilegū aspernet, non hoīem.  
 Turcā occidat, non hoīem. Det operā, vt impius pereat, quē  
 23 ipse se fecit, sed vt seruet homo, quē fecit deus. Om̄ibus ex  
 24 anō bene velit, bene precet, benefaciat, Neq; noceat com-  
 25 meritis, & profit immerētibus. Omnium cōmodis perinde  
 vt suis aggratuletur. Omnīū incommodis, non secus q̄ suis  
 indoleat. Nimirum hoc est, quod iubet apostolus, flere cum  
 flētibus, gaudere cum gaudētibus. Immo grauius alienum  
 malū ferat, q̄ suū. De fraterno bono latior sit, q̄ de proprio.  
 26 Nō est Christiani sic cogitare. Quid mihi rei cū isto? Albus  
 27 aterue sit nescio, ignotus est, alienus est, nihil vnq; bene de  
 me meritis est. Lesit aliquādo, nunq̄ profuit. Nihil horum,  
 28 tantū memineris, quo merito tibi quæ prestiterit Christus,  
 29 qui suā in te beneficentiā, non in se, sed in pximo voluit re-  
 30 taliari. Tantū vide, qbus egeat ille, & quid tu possis. Tan-  
 tum hoc cogita, frater est in dño, cohæres in Christo, eiusdē  
 corporis mēbrum, eodē redēptus sanguine, fidei cōmunis  
 socius, ad eandē gratiam & foelicitatē futuræ vitæ vocatus.  
 Quēadmodū dixit Apostolus, Vnū corpus, & vnus spiri-  
 tus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vr̄e, vnus dñs, &  
 31 vna fides, Vnū baptisma, vnus deus, & pater oīm, qui super  
 32 oēs, & per oīa, & in oībus nobis. Alienus esse qui potest,  
 qui cum tibi, tam multiplex intercedit vnitatis copula? Ap-  
 pud gentiles momēti nō nihil adferat, vel ad beneuolētiā,  
 vel ad maleuolentiā illæ rhetorū circūstantiæ. Conciuis est,  
 affinis est, cognatus est, aut cōtra. Familiaris, amicus pater-  
 nus, bene meritis, gratus, honesto loco natus, opulētus, aut  
 secus. In Christo aut nihil sunt, aut iuxta Paulum, vnum &  
 idem sunt hæc oīa. Hoc vnū tibi obuersetur ob oculos, &  
 satis sit. Caro mea est, frater est in Christo. Quod in memo-

Sup. col. 44. 54 et  
et si.

Rom. xij.

Ephe. iij. et  
p. Coz. xij. vid.  
sibi lacu  
Et ad Gala. iij.  
Et Act. iij. di. agn.  
fido redēmi era  
vnu & aia vna

J. Coz. xij.

# MILITIAE CHRISTIANAE

22  
 23  
 24  
 25  
 26  
 27  
 28  
 29  
 30  
 31  
 32  
 33  
 34  
 35  
 36  
 37  
 38  
 39  
 40  
 41  
 42  
 43  
 44  
 45  
 46  
 47  
 48  
 49  
 50  
 51  
 52  
 53  
 54  
 55  
 56  
 57  
 58  
 59  
 60  
 61  
 62  
 63  
 64  
 65  
 66  
 67  
 68  
 69  
 70  
 71  
 72  
 73  
 74  
 75  
 76  
 77  
 78  
 79  
 80  
 81  
 82  
 83  
 84  
 85  
 86  
 87  
 88  
 89  
 90  
 91  
 92  
 93  
 94  
 95  
 96  
 97  
 98  
 99  
 100  
 101  
 102  
 103  
 104  
 105  
 106  
 107  
 108  
 109  
 110  
 111  
 112  
 113  
 114  
 115  
 116  
 117  
 118  
 119  
 120  
 121  
 122  
 123  
 124  
 125  
 126  
 127  
 128  
 129  
 130  
 131  
 132  
 133  
 134  
 135  
 136  
 137  
 138  
 139  
 140  
 141  
 142  
 143  
 144  
 145  
 146  
 147  
 148  
 149  
 150  
 151  
 152  
 153  
 154  
 155  
 156  
 157  
 158  
 159  
 160  
 161  
 162  
 163  
 164  
 165  
 166  
 167  
 168  
 169  
 170  
 171  
 172  
 173  
 174  
 175  
 176  
 177  
 178  
 179  
 180  
 181  
 182  
 183  
 184  
 185  
 186  
 187  
 188  
 189  
 190  
 191  
 192  
 193  
 194  
 195  
 196  
 197  
 198  
 199  
 200  
 201  
 202  
 203  
 204  
 205  
 206  
 207  
 208  
 209  
 210  
 211  
 212  
 213  
 214  
 215  
 216  
 217  
 218  
 219  
 220  
 221  
 222  
 223  
 224  
 225  
 226  
 227  
 228  
 229  
 230  
 231  
 232  
 233  
 234  
 235  
 236  
 237  
 238  
 239  
 240  
 241  
 242  
 243  
 244  
 245  
 246  
 247  
 248  
 249  
 250  
 251  
 252  
 253  
 254  
 255  
 256  
 257  
 258  
 259  
 260  
 261  
 262  
 263  
 264  
 265  
 266  
 267  
 268  
 269  
 270  
 271  
 272  
 273  
 274  
 275  
 276  
 277  
 278  
 279  
 280  
 281  
 282  
 283  
 284  
 285  
 286  
 287  
 288  
 289  
 290  
 291  
 292  
 293  
 294  
 295  
 296  
 297  
 298  
 299  
 300  
 301  
 302  
 303  
 304  
 305  
 306  
 307  
 308  
 309  
 310  
 311  
 312  
 313  
 314  
 315  
 316  
 317  
 318  
 319  
 320  
 321  
 322  
 323  
 324  
 325  
 326  
 327  
 328  
 329  
 330  
 331  
 332  
 333  
 334  
 335  
 336  
 337  
 338  
 339  
 340  
 341  
 342  
 343  
 344  
 345  
 346  
 347  
 348  
 349  
 350  
 351  
 352  
 353  
 354  
 355  
 356  
 357  
 358  
 359  
 360  
 361  
 362  
 363  
 364  
 365  
 366  
 367  
 368  
 369  
 370  
 371  
 372  
 373  
 374  
 375  
 376  
 377  
 378  
 379  
 380  
 381  
 382  
 383  
 384  
 385  
 386  
 387  
 388  
 389  
 390  
 391  
 392  
 393  
 394  
 395  
 396  
 397  
 398  
 399  
 400  
 401  
 402  
 403  
 404  
 405  
 406  
 407  
 408  
 409  
 410  
 411  
 412  
 413  
 414  
 415  
 416  
 417  
 418  
 419  
 420  
 421  
 422  
 423  
 424  
 425  
 426  
 427  
 428  
 429  
 430  
 431  
 432  
 433  
 434  
 435  
 436  
 437  
 438  
 439  
 440  
 441  
 442  
 443  
 444  
 445  
 446  
 447  
 448  
 449  
 450  
 451  
 452  
 453  
 454  
 455  
 456  
 457  
 458  
 459  
 460  
 461  
 462  
 463  
 464  
 465  
 466  
 467  
 468  
 469  
 470  
 471  
 472  
 473  
 474  
 475  
 476  
 477  
 478  
 479  
 480  
 481  
 482  
 483  
 484  
 485  
 486  
 487  
 488  
 489  
 490  
 491  
 492  
 493  
 494  
 495  
 496  
 497  
 498  
 499  
 500  
 501  
 502  
 503  
 504  
 505  
 506  
 507  
 508  
 509  
 510  
 511  
 512  
 513  
 514  
 515  
 516  
 517  
 518  
 519  
 520  
 521  
 522  
 523  
 524  
 525  
 526  
 527  
 528  
 529  
 530  
 531  
 532  
 533  
 534  
 535  
 536  
 537  
 538  
 539  
 540  
 541  
 542  
 543  
 544  
 545  
 546  
 547  
 548  
 549  
 550  
 551  
 552  
 553  
 554  
 555  
 556  
 557  
 558  
 559  
 560  
 561  
 562  
 563  
 564  
 565  
 566  
 567  
 568  
 569  
 570  
 571  
 572  
 573  
 574  
 575  
 576  
 577  
 578  
 579  
 580  
 581  
 582  
 583  
 584  
 585  
 586  
 587  
 588  
 589  
 590  
 591  
 592  
 593  
 594  
 595  
 596  
 597  
 598  
 599  
 600  
 601  
 602  
 603  
 604  
 605  
 606  
 607  
 608  
 609  
 610  
 611  
 612  
 613  
 614  
 615  
 616  
 617  
 618  
 619  
 620  
 621  
 622  
 623  
 624  
 625  
 626  
 627  
 628  
 629  
 630  
 631  
 632  
 633  
 634  
 635  
 636  
 637  
 638  
 639  
 640  
 641  
 642  
 643  
 644  
 645  
 646  
 647  
 648  
 649  
 650  
 651  
 652  
 653  
 654  
 655  
 656  
 657  
 658  
 659  
 660  
 661  
 662  
 663  
 664  
 665  
 666  
 667  
 668  
 669  
 670  
 671  
 672  
 673  
 674  
 675  
 676  
 677  
 678  
 679  
 680  
 681  
 682  
 683  
 684  
 685  
 686  
 687  
 688  
 689  
 690  
 691  
 692  
 693  
 694  
 695  
 696  
 697  
 698  
 699  
 700  
 701  
 702  
 703  
 704  
 705  
 706  
 707  
 708  
 709  
 710  
 711  
 712  
 713  
 714  
 715  
 716  
 717  
 718  
 719  
 720  
 721  
 722  
 723  
 724  
 725  
 726  
 727  
 728  
 729  
 730  
 731  
 732  
 733  
 734  
 735  
 736  
 737  
 738  
 739  
 740  
 741  
 742  
 743  
 744  
 745  
 746  
 747  
 748  
 749  
 750  
 751  
 752  
 753  
 754  
 755  
 756  
 757  
 758  
 759  
 760  
 761  
 762  
 763  
 764  
 765  
 766  
 767  
 768  
 769  
 770  
 771  
 772  
 773  
 774  
 775  
 776  
 777  
 778  
 779  
 780  
 781  
 782  
 783  
 784  
 785  
 786  
 787  
 788  
 789  
 790  
 791  
 792  
 793  
 794  
 795  
 796  
 797  
 798  
 799  
 800  
 801  
 802  
 803  
 804  
 805  
 806  
 807  
 808  
 809  
 810  
 811  
 812  
 813  
 814  
 815  
 816  
 817  
 818  
 819  
 820  
 821  
 822  
 823  
 824  
 825  
 826  
 827  
 828  
 829  
 830  
 831  
 832  
 833  
 834  
 835  
 836  
 837  
 838  
 839  
 840  
 841  
 842  
 843  
 844  
 845  
 846  
 847  
 848  
 849  
 850  
 851  
 852  
 853  
 854  
 855  
 856  
 857  
 858  
 859  
 860  
 861  
 862  
 863  
 864  
 865  
 866  
 867  
 868  
 869  
 870  
 871  
 872  
 873  
 874  
 875  
 876  
 877  
 878  
 879  
 880  
 881  
 882  
 883  
 884  
 885  
 886  
 887  
 888  
 889  
 890  
 891  
 892  
 893  
 894  
 895  
 896  
 897  
 898  
 899  
 900  
 901  
 902  
 903  
 904  
 905  
 906  
 907  
 908  
 909  
 910  
 911  
 912  
 913  
 914  
 915  
 916  
 917  
 918  
 919  
 920  
 921  
 922  
 923  
 924  
 925  
 926  
 927  
 928  
 929  
 930  
 931  
 932  
 933  
 934  
 935  
 936  
 937  
 938  
 939  
 940  
 941  
 942  
 943  
 944  
 945  
 946  
 947  
 948  
 949  
 950  
 951  
 952  
 953  
 954  
 955  
 956  
 957  
 958  
 959  
 960  
 961  
 962  
 963  
 964  
 965  
 966  
 967  
 968  
 969  
 970  
 971  
 972  
 973  
 974  
 975  
 976  
 977  
 978  
 979  
 980  
 981  
 982  
 983  
 984  
 985  
 986  
 987  
 988  
 989  
 990  
 991  
 992  
 993  
 994  
 995  
 996  
 997  
 998  
 999  
 1000

222. 217  
 1h. 7. et 111. et 2.  
 Colof. pmo 2. 11. m.

22. 217.

oēs in vno spiritu potati sumus. Nam & corpus, nō est vnū  
 20 mēbrum, sed multa. Si dixerit pes, quoniā non sum manus,  
 20 nō sum de corpore, num ideo nō est de corpore? Et si dixe-  
 rit auris, nō sum oculus, nō sum de corpore, num ideo non  
 20 est de corpore? Si totū corpus ocul⁹, vbi auditus? Si totum  
 20 auditus, vbi odoratus? Nunc autē posuit deus mēbra, vnū  
 quodq; eorū in corpore, sicut voluit. Quod si essent oīa vnū  
 mēbrum, vbi corpus? Nunc autē multa q̄dem mēbra, vnum  
 autē corpus. Non potest autē oculus dicere manū, opera tua  
 nō indigeo, aut iterū caput pedibus, non estis mihi necessa-  
 rijs. Sed multo magis quæ vidētur mēbra corporis infirmio-  
 ra esse, necessaria sunt. Et quæ putamus ignobiliora esse  
 mēbra corporis, his honorē abundantiorē circundamus. Et  
 quæ inhonesta sunt nra, abundantiorē honestatē habent.  
 Honestā autē vestra nullius egent. Sed deus tēperauit cor-  
 pus, ei cui deerat abundantiorē tribuēdo honorē, vt non sit  
 schisma in corpore, sed in id ipsum pro inuicem sollicita sint  
 mēbra. Vos autē estis corpus Christi, & mēbra de membro  
 cōsimilia, scribit Romanis. Sicut em̄ (inquit) in vno corpo-  
 re multa mēbra habemus, oīa autē mēbra nō eundē actum  
 habent, ita multi vnū corpus sumus in Christo, singuli autē  
 20 alter alterius mēbra, habentes donatiōes secundum gratiā,  
 20 quæ data est nobis, differētes. Rursum ad Ephesios. Verita-  
 20 tem autē (inquit) facientes in charitate, crescimus in illo per  
 oīa, qui est caput Christus, ex quo totum corpus cōpactum  
 & cōnexum, per omnem iuncturam subministrationis, se-  
 cundum operationē in mensuram vniuscuiusq; membri,  
 augmentum corporis facit, in ædificationē sui in charitate.  
 Et alibi iubet inuicē alios aliorum onera gestare, quoniām  
 sumus inuicē membra. Vide igitur, num ad hoc corpus per-  
 tineāt, quos passim audis adhunc modū loquētes. Mea res  
 mihi hæreditate obuenit, iure non fraude possideo. Cur ea  
 nō meo arbitrato vtar, atq; abutar? Cur ijs dem inde quic-  
 q; quibus nihil debeo? Profundo, perdo, Meū est, qd perit.

h' oīa ap̄le vbi su  
 Rom. xij.

ep̄. iij.

Eala. vij.



## MILITIAE CHRISTIANAE

22 aliorū nihil interest, Membrū tuum ringit inedia, & tu rursus  
 22 etas perdicū carnes. Frater nudus horret, tibi tantū vestium  
 22 tineis & carie vitiatur. Tibi mille aureos vnus noctis alea  
 perdidit, dū interim misera quæpiā puella, adigente egesta  
 te, pudicitia suam prostituit, & perit ania, pro qua Christus  
 impedit animā suam. Tu dicis quid mea? Quod meum est  
 pro meo arbitrio tracto. Et postea isto cum anio tibi videris  
 Christianus, qui ne homo quidē sis? Audis in coetu mltorū  
 ledi famā huius atq; illius, tu taces, aut forte arrides obtre  
 ctati. Cōfutaſsem inq; si qd ad me ptinuiſſent, q̄ dicebant. At  
 nihil mihi cū illo qui ledebat. Ergo nihil tibi cū corpore  
 si nihil cū mēbro. Ne cū capite quidē aliquid, si nihil cū cor  
 pore. Vim vi (inquū) dius est repellere. Nihil moror, qd leges  
 impatoriæ pmittāt, hoc demiror, vnde istæ voces in mores  
 Christianorū peruenerint. Nocui, sed laceſſitus. Malui dare  
 malū, q̄ in me admittere. Esto nō puniūt leges humanae, qd  
 indulserūt. At qd facturus est Christus Impator tuus, si suae  
 legi fraudē feceris, q̄ extat apud Matthæum? Ego autē dico  
 22 vobis nō resistere malo, sed si qs te pcuſſerit i dextrā maxil  
 22 lā tuā, præbe illi et alterā, & ei qui vult tecū in iudicio cōten  
 22 dere, & tunicā tuā tollere, dimitte ei & palliū. Et quicūq; te  
 angariauerit mille passus, vade cū illo & alia duo. Diligite  
 inimicos vros. Et benefacite his qui oderūt vos, et orate pro  
 psequētib; & calūniātibus vos, vt sitis filij patris vri, qui  
 in cœlis est, qui Solem suū oriri facit sup bonos & malos, &  
 pluit sup iustos & iniustos. Rndes, nō mihi ista dixit. Dixit  
 aplis, dixit perfectis. Nōne audisti, vt filij patris vri sitis? Si  
 22 filius dei nō cupis esse, nihil ad te ptinet lex. Quanq̄ ne bo  
 22 nus quidē est, qui pfectus esse nolit. Accipe & illud, si merce  
 dē non desyderas, nihil ad te mandatū. Sequitur em̄. Si diligi  
 tis eos, qui vos diligunt, quā mercedē habebitis? Quasi dis  
 cat nullā. Neq; em̄ istud facere virtus est, sed non facere sces  
 lus est. Neutri debetur quicq; vbi par relatū est pari. Audi  
 Paulū magnum Christianarū legū, & consultū, et interpre

impator eps  
 ex epianoz  
 math. v.

p̄ consultū paulū

tem. Benedicite perfequētibz vos. Benedicite, et nolite ma-  
 ledicere. Nulli malū pro malo reddentes. Si fieri potest, qđ  
 ex vobis est, cum oībz hoībz pacē habentes, nō vōsmet  
 ipsos defendentes charissimi, sed date locum irā. Scriptū est  
 em̄, mihi vindicta, & ego retribuā dicit dñs. Sed si esurierit  
 inimicus tuus, ciba illū. Si sitit, potū da illi. Hoc em̄ faciens  
 carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci a ma-  
 lo, sed vince in bono malū. Quid igit futurū est inqz, si pro  
 cacitate alienā, mea lenitate aluero, & veterē serēdo iniuriā  
 inuitaro nouam? Si potes malū, sine tuo malo vel effugere,  
 vel depellere, nemo te vetat facere. Sin minus, caue dixeris,  
 facere satius est qđ pati. Si potes, emēda, vel bñficijs obruēs,  
 vel māsuetudine vincens. Sin aliter, praestat alterū perire, qđ  
 vtrūqz, praestat te patiētiae lucro ditescere, qđ mutua talione  
 malī, malos ambos fieri. Ergo Christianū decretū sit, cum  
 oībz amore, māsuetudine, beneficio, certare. Coniētionē,  
 odio, obtrectatiōe, cōtumelia, iniuria, vel infimis etiā liben-  
 ter cedere. Sed indignus est, cui benefiat, cui concedat. At  
 dignū te, vt facias, dignus Christus, ad cuius gratiā fit. Neqz  
 laedere quenqz volo (aiū) neqz ledi me patiar. Immo tu lesus  
 ex anio remitte noxiā, cauens nequid sit, qđ quisqz tibi re-  
 mittat. Tam obseruās esto, in vitāda culpa tua, qđ facilis ad  
 remittēdā alienā. Quo maior es, hoc te magis, magisqz sum-  
 mittas, vt oībz in charitate inseruias. Si claro genere es,  
 non obscurabūt, sed decorabūt nobilitatem generis, mores  
 Christo digni. Si doctus es, hoc modestius imperitorū insci-  
 tiam feras, & emendes. Hoc fratri plus debes, quo plus tibi  
 creditū est. Diues es, memineris dispensatorē esse te, nō do-  
 minū, ac sollicitus vide, quomodo rem cōmunē tractes. Tur-  
 credebas solis monachis interdictā esse proprietatem. Indi-  
 ctam paupertatē? Errasti, vtrūqz ad oēs Christianos perti-  
 net. Lex te punit, si quid alieni sustuleris. Non punit, si tuū  
 fratre egente subtraxeris. At vtrūqz punit Christus. Si ma-  
 gistratus es, ne te faciat honor ferociorē, sed onus sollicitio-

Rom. xij

Deut. xxxij  
+ prou. xvij. r.3<sup>o</sup> pauloppetas oībz ppa  
est interdicta.

## MILITIAE CHRISTIANAE

rem, Non gero inquis munus ecclesiasticū, non sum pastor  
 aut episcopus. Demus istud, at num etiā Christianus nō es?  
 Ipse videris cuias sis, si ecclesiasticus nō es. A deo Christus  
 in contēptum venit mūdo, vt pulchrū existiment & regiū,  
 nihil cū eo habere cōmercij, hoc quēq; contēptiorē esse, quo  
 fuerit illi copulatio. An non audis quotidie ab iratis laicis,  
 atrocis conuicij loco nobis in os iaci, Clerici, sacerdotis, &  
 monachi vocabula: idq; prorsus nō alio aīo ac voce, q̄ si in-  
 cestū, aut sacrilegiū exprobrarēt: Equidē demiror, cur non  
 etiā baptismū obijciant, cur non etiā cum Saracenis Christi  
 cognomē, probri vice impingant. Si malū clericū, aut indig-  
 gnū sacerdotē dicerent, aut monachū irreligiosum, ferendū  
 erāt, quippe qui mores hoīm notarēt, non virtutis pfessio-  
 nē contēnerēt. Sed qui sibi supra virginū, res bello raptas,  
 pecuniā alea vel partā vel perditā, & id genus plurima facis-  
 nora gloriæ ducūt. In aliū vero nihil habent contēptius, aut  
 probrosius, aut magis pudendū, q̄d obiectent, q̄ monachi,  
 aut sacerdotis vocabulū, nimirū obscurum nō est, quid de  
 Christo sentiant isti, solo noīe Christiani. Non est aliū epiz-  
 scoporū, aliū magistratuū ciuiliū dominus. Eiusdē vices  
 gerunt vtriq;. Eidem vtriq; reddenda erit ratio. Si alio q̄ ad  
 illū respicis, vel suscipiēs magistratū, vel gerēs, nihil refert,  
 si te mūdus nō vocat Simoniacū, ille certe vt Simoniacum  
 puniet. Si publicū munus ambis, non vt pro sis in cōmune,  
 sed vt priuatim rei tuæ cōsulas, vt vlciscaris, qbus male vis,  
 magistratus tuus latrociniū est apud deū. Insequeris prædo-  
 nes, nō vti suū recipiat, qui spoliatus est, sed ne nō sit apud  
 te, q̄d apud prædones est. Quantulū quæso inter te & illos  
 interest: nisi forte, quod illi quidē mercatorū, tu prædonū es  
 prædo. In summa nisi hoc anio geris magistratū, vt paratus  
 sis non dicā rei, sed & capitis iactura, q̄d iustū est tueri, non  
 approbabit Christus administrationē tuam. Addā & illud  
 ex Platonis sentētia, neminē esse magistratu dignū, qui li-  
 bēter gerit magistratū. Si princeps, caue ne te incātent ma-

Nota

leſicæ ille aſſentatorū voces. Dominus es, ſupra leges liber  
 es. Omnia tibi iuſta, oīa honeſta. Tibi licet, quicquid libet. Niſi  
 hil ad te, quæ vulgo dicunt ſacerdotibus. Immo tu id quod  
 res eſt, exiſtima, vnū omniū eſſe dominū Chriſtum Ieſum,  
 cuius te quæ ſimillimū eſſe oportet, quippe cuius vices geris.  
 Hujuſ diſciplina nulli præſtanda exactius, quæ tibi, a quo ſeue-  
 rius rationē exacturus, quæ ab alijs. Non protinus ius eſſe pu-  
 tato, quod vis, ſed id tantū velis, quod ius eſt. Quod vili mortis  
 lū turpe futuræ erat, id ne tibi quidē putaris honeſtū. Immo  
 ne illa quidē tibi præmitte, quæ vulgo ſolēt condonari. Quod  
 in alijs delictū, in te flagitiū fore puta. Honorē, admiratio-  
 nem, dignitatē, gratiā, authoritatē, non opes tibi concilient  
 plebeis maiores, ſed mores emereant, popularibus meliores.  
 Non ea diſcat in te mirari vulgus, quibus illa ipſa facinora in-  
 uitant, in quæ tu quotidie aniaduertis. Tolle admiratiōem  
 diuitiarū, vbi fures, peculatores, ſacrilegi, prædones. Tolle  
 admiratiōem voluptatū, vbi raptores, atque adulteri. Quoties  
 es ſplendidior apud tuos videri vis, ne ſtultorū oculis opes  
 tuas explices, cū foelicior, ne luxū & voluptates oſtentes. In  
 te primū diſcant iſta contēnere, diſcant ſuſpicere virtutē, in  
 precio habere frugalitatē, applaudere tēperatiæ, honorē ha-  
 bere modēſtiæ. Ne quid eorū tuis in moribus appareat, quæ  
 tui faſces in populū moribus puniūt. Optime recideris ma-  
 leſicia, ſi materiā maleſiciorum, diuitias & voluptates, in te  
 non viderint magni fieri. Ne quæ vel media de plebe præ te  
 contēperis. Cōmune ex æquo preciū eſt, quo vtriq; eſtis re-  
 dēpti. A contēptu te, nō ſtrepitus ambitionis, nō ferocitas,  
 nō arma atque ſatellites vendicēt, ſed vitæ integritas, ſeueritas,  
 ac mores ab oībus populū vitijs incorrupti. Nihil prohibe-  
 bet, in obeūdo principatu ſummū tenere locū, & in charita-  
 te nullū diſcernere locū. Hoc principatū eſſe puta, non opibus  
 præcedere, ſed quæ plurimum omnibus prodeſſe. Non ea  
 quæ publica ſunt in tuum cōmodū verte, ſed quæ tua ſunt,  
 atque ipſum totū, ad publicam vtilitatem effunde. Multa tibi

## MILITIAE CHRISTIANAE

23 debet populus, at tu illi debes oīa. Ambitiosa noīa, inuicti,  
 23 sacrosancti, maiestatis, & si cogunt ferre aures, anius certe  
 23 non agnoscat, sed hæc oīa in Christū, cui soli competūt, refe-  
 23 ras. Læsa maiestatis crimē, quod alij tragica voce efferunt,  
 23 apud te leuissimū sit. Maiestatē principis is vere lædit, qui  
 principis noīe, contra ius, crudeliter, violente, flagiciose qd  
 facit nullius iniuria te minus moueat, q̄ quæ priuatim ad  
 te pertinet. Publicā personā esse te memineris, nec oportere  
 nisi de publico cogitare. Si cordatus es, reputa tecū, non q̄  
 23 tus sis, sed q̄tum onus humeris sustineas. Et quo maiore in  
 periculo verfaris, hoc minus indulge tibi, non a maioribus  
 tuis, aut assentatoribus formā administrandī imperij, sed a  
 23 Christo petens. Quid em̄ absurdius, q̄ principē Christianū  
 23 Hannibalē, Alexandrū magnum, Cæsarē, aut Pompeium  
 23 sibi pponere? In quibus ipsis, cum quasdā virtutes nequeat  
 23 assequi, ea potissimū imitabit, quæ sola erant fugiēda. Non  
 protinus in exēplum trahat, si quid approbantibus historiarū  
 23 eis fecit Cæsar, sed si quod fecit, nō abhorret a doctrina dñi  
 23 nr̄i, aut si est eiusmodi, vt quanq̄ imitandū non est, ad vir-  
 23 tutis tamē studiū possit accēdere. Ne totū quidē imperium  
 23 tantū sit, vt prudēs velis a recto deflectere. Exue poti⁹ illud,  
 23 q̄ exuas Christū. Ne dubita, habet ille qd tibi referat, p con-  
 23 tēpto imperio, lōge melius imperio. Nihil tam decorū, tam  
 23 magnificū, tam gloriosum regibus, q̄ ad summī regis Iesu  
 23 similitudinē q̄proxime accedere, qui vt erat maximus, ita  
 & optimus erat. Sed qd maximus esset, id in terris dissimu-  
 lauit, qd optimus, id nos sentire maluit, qa hoc nos maluit  
 23 imitari. Negauit regnū suū de hoc mundo esse, cū esset cœli  
 terræq; dñs. Sed principes gentiū dominātur eis, Christianus  
 23 non exercet potestātē in suos, sed charitatē, & qui maxi-  
 23 mus est, oīm ministrū se cogitet esse, non dominū. Quo ma-  
 23 gis admiror, potestatis & dñi ambitiosa vocabula, ad ipsos  
 vsq; pontifices sūmos, & episcopos inuecta fuisse. Nec pu-  
 dere theologos, non minus indocte q̄ ambitiose, magistros

nostros vulgo appellari, cum vtrūq; Christus interdixerit  
 suis, ne vel dños, vel magistros vocari se sinerēt, vnum em̄  
 esse tum magistrū, tum dominū, qui & caput oīm nostrum  
 » Christus Iesus, Apostolus, pastor, episcopus, officij sunt vo  
 » cabula, nō dominatus. Papa, Abbas charitatis cognomina  
 sunt, nō potestatis. Sed quid ego mare illud vulgariū erro  
 rū ingredior? Ad quodcūq; hoīm genus se cōuerterit, mltā  
 vbiq; videbit homo vere spiritalis quæ rideat, plura quæ fle  
 at. Plurimas opiniones deprehendet deprauatissimas, & a  
 Christi doctrina longe lateq; dissidentes. Quarū bona pars  
 inde proficiscit, quod etiā in Christianismo mundū quendā  
 induximus. Et qd apud veteres theologos de mūdo legitur  
 hoc parū eruditi, ad eos referūt, qui monachi nō sunt. Mun  
 » dus in euāgelio, apud Apostolos, apud Augustinū, Ambro  
 » sium, Hieronymū dicunt increduli, a fide alieni, crucis Chri  
 » sti inimici, blasphemī in deū. Qui huiusmodi sunt, solliciti  
 sunt de crastino, quippe qui diffidūt de Christo, pro opibus,  
 pro imperio, pro voluptatibus digladiant, vtpote qui sensu  
 » bilū rerum prastigijs occæcati, falsa bona pro veris ample  
 » ctunt. Hic em̄ mundus Christū verum lumē non cognouit  
 » Hic totus in malo positus, se amat, sibi viuit, sibi studet. Nō  
 » em̄ induit Christum, qui vera charitas est. Ab hoc semouit  
 Christus, non solū Apostolos, sed om̄es quos se dignos iud  
 dicauit. Quo tandē igitur modo, hunc semp in literis dam  
 natū mundū, cum Christianismo miscemus? Et mūdi in anī  
 vocabulo, nostris vitijs blādīmur? Augēt hanc pestē, pleriq;  
 doctores, qui adulterātes verbū dei, vt ait Paulus, & ad tēs  
 » porū mores scripturā diuinā trahentes, cū magis conues  
 » niat mores, ad scripturā regulā emendari. Nullū autē exi  
 » tialius assentādī genus, q̄ cum verbis euangelicis, aut pro  
 » pheticis, animi morbis blādīmur, nō medemur. Audit prin  
 » ceps. Om̄is potestas a deo, p̄tinus surgūt cristæ. Cur magis  
 » tumidū te reddit scriptura q̄ sollicitum? Cogitas q̄ deus tra  
 didit tibi gerendū imperiū, & nō cogitas q̄ idem gesti im

## MILITIAE CHRISTIANAE

perij exiget rōnem? Audit auar<sup>9</sup> interdictū Christianis, ne  
 22 binas habeant tunicas. Interpretat theologus, alterā tunicā  
 esse quicqd necessitati naturæ supsit, & qd ad morbū cupi-  
 ditatis ptineat. Bene habet, inquit Crassus ille, mihi adhuc  
 plurima defunt. Audit aīalis et a charitate frigidus, hūc esse  
 charitatis ordinē, vt tuā pecuniā alienæ, tuā vitā alienę, tuā  
 famā alienæ anteponas. Nō dabo inquit igit̃, ne forte mihi  
 ipsi desit. Non tuebor illius famā, ne qd maculæ, meæ asper-  
 gat famæ. Fratrē in piculo deserā, ne veniā & ipse in pericu-  
 lū. Breuiter mihi vitā totus, ne qd vilius noīe ad me perues-  
 niat incōmodi. Didicimus et a sanctis viris, si qd nō imitā-  
 22 dū fecerūt, id solū in vitæ exēplum trahere. A dulteri, & san-  
 22 guinarij Dauid exēplo sibi blādiunt. Qui sacculis inhiant,  
 22 diuītē Abraam nobis obijciūt: Principes, qbus pro ludo est  
 passim vitare virgines, Solomonis reginas, & concubinas  
 nobis annumerāt: Quorū deus vēter est, Noe ebrietatē præ-  
 22 textūt: Incesti, Loth concubitū prætedunt suæ turpitudinī.  
 Cur in istos a Christo declinamus oculos? Audeo dicere ne  
 22 in prophetis quidē aut Apłis imitandū Christianis, si qd a  
 22 Christi doctrīna diuaricetur. Q, si sanctos peccatores libet  
 22 imitari, nō reclamo, modo totos imitent. Secutus es Dauid  
 22 adulterantē, magis sequere pœnitentē. Expressisti Magdas-  
 lenā peccatricē, exprime & amantē multū, exprime lachry-  
 mantē, exprime ad pedes Iesu sese abijcientem. Persecutus  
 es ecclesiā dei cū Paulo, peierasti cū Petro, fac et ceruicē por-  
 rigas pro pietate cū Paulo, crucē ne reformides cum Petro.  
 Ideo patitur deus & magnos viros in quædā vitia labi, ne  
 22 nos lapsi desperemus, sed ita, si quemadmodū focij fuimus  
 22 errantiū, ita simus & emēdantiū errata. Nunc illud ipsunt  
 quod imitandū non erat, exaggeramus, & quædā recte ab  
 illis facta deprauamus, aranearū instar, tantū si quid inest  
 veneni, exugētes, aut salutarē etiam succū nobis vertētes in  
 venenū. Quid tibi cū diuīte Abraam, cui numisma numen  
 est? Quod ille prouētū sceturæ, deo rem illius fortunante,

*Paulg. ij. Cor. ij.  
 sumq. sicut plurimi  
 subleuati sunt abū dei*

*Reg. 21*

*2m. 2m.*

*Reg. 21. et Cant. 21.*

*Philip. 11.*

*Gen. 22.*

*Gen. 9.*

ditatus est, idq; in lege carnali, ideo ne tibi Christiano licet  
 per fas, nefasq; vnde cūq; Cræsi opes cōgerere, q̄s vel male  
 profundas, vel peius domi defodias? Ille diuitijs sponte afflu  
 entibus, q̄ non adiecerit animū, vel hoc argumēto sit, qd̄ sta  
 tim ad iubentis dei vocē, filium vnicū maclandū produxit.  
 Quā credis contēpisse boū armēta, qui contēpsit et filium?  
 Tu vero nihil aliud somnians, q̄ quæstum, nihil admirans,  
 nisi pecuniā, paratus simul atq; incidere exigui lucelli spes,  
 vel fratrē fallere, vel Christum negligere. Simile quiddam  
 tibi putas esse cum Abraam? Simples puellæ filix Loth,  
 cum cōspicerent omnē quaquauersum regionem incēdio  
 conflagrare, hoc vniuersum mūdum arbitantes, quod ocu  
 lis patebat, neq; vllum iam vsquā mortaliū ex tam vasto in  
 cendio superstitem esse præter sese, non turpi, sed pio consi  
 lio, patris concubitū suffuratae sunt. ne videlicet nullæ ge  
 neris humani reliquæ superessent, præsertim cū adhuc vis  
 geret diuinū præceptū, crescite, & multiplicamini. Et aude  
 bis tuas prodigiosas libidines, cū harum puellarū factio con  
 ferre? Immo & coniugiū tuum harū incestui, non dubitem  
 posthabere, si quidē in matrimonio, nō proli seruis, sed tuæ  
 libidini. Dauid tot egregijs pietatis exēplis editis, semel in  
 cidit in adulterium, obiecta opportunitate, nō captata. An  
 ob hoc protinus tibi licebit impune, totam ætatem per alie  
 nos thalamos volutari? Petrus semel metu mortis, abnega  
 uit Christum, pro quo postea fuerat moriturus, num ideo  
 tibi quauis de causa peierare fas erit? Paulus non affectu  
 peccauit, sed errore lapsus est, admonit° statim resipuit. Tu  
 prudēs, sciens, videns, in malis consenescis, & Pauli exēplo  
 tibi ipsi caput demulces? Matthæus verbo tantū iustus, nis  
 hil contratus, semel totum exiit telonen. Te pecunijs addis  
 ctum, non tot sanctorū exempla, non toties audita euāge  
 lia, non tot conciones auellūt. Dicunt mihi episcopi, diuus  
 Augustinus duas amicas habuisse legitur. Verum ille Eth  
 nicus, nos in Christianismo educati, Ille adolescens, nos

ij. Reg. xj. ca

math. xxi. Joh.

Actu. i. q.

math. i. q. ar.  
luc. v.



## MILITIAE CHRISTIANAE

eani. Egregia collatio, quoniã ille iuuenis, Ethnicus, ne ma-  
 trimoniꝝ pedicis irretiret, vnam mulierculã vxoris loco ha-  
 buit, & non vxori, fidẽ tamen coniugij præstitit, ideo nobis  
 23 Christianis, senibus, sacerdotibus, episcopis, minus foedum  
 23 erit, per oĩa libidinũ voluptabra cõspurcari: Actũ est de mor-  
 ribus, posteaq̃ vitia, virtutũ noibus donauimus, et ad tuen-  
 dum mala nra argutiores, q̃ ad emẽdandũ diligẽtiores esse  
 coepimus. Maxime si prauas opiniones nras, falso patrocio  
 diuinaꝝ literarũ alere ac fulcire cõdidicerimus. Tu igit̃  
 23 frater suauissime, in totũ contẽpto vulgo cum suis & opini-  
 onibus, & factis, sincere ac totũ Christianã sectam arripe,  
 quicq̃d in hac vita, vel horrendũ, vel appetendũ obijciẽ sen-  
 sibus, id omne pietatis amore ex æquo negligens. Vnus chri-  
 stus tibi satis sit, vnicus autor, & recte sentiẽdi, & beate vi-  
 23 uẽdi. Et hanc quidẽ merã stultitiã amentiãq̃ mundus exis-  
 23 stimat, sed per hanc placuit deo saluos facere credẽtes. Foelis-  
 23 citer desipit, qui sapit in Christo. Misere desipit, qui Chris-  
 stum nõ sapit. Verũ heus tu, quẽadmodũ te volo fortiter a  
 vulgo dissentire, ita nolo Cynicũ quiddã referentẽ, passim  
 aliorũ sententijs, aut factis oblatrare, supciliose dãnare, odio  
 se obstrepere oĩbus, rabiose declamitare in vitã cuiuslibet,  
 ne duo sũp mala tibi consciscas, alterũ vt in oĩm odiũ abeas,  
 23 alterũ vt inuisus, ne queas qdẽ vlli pdesse. Esto & tu oĩbus  
 23 oĩa, vt oēs Christo lucrifacias, quoad licet, nõ offensa pietas-  
 te. Foris oĩbus temet accõmoda, vt intus qdem imotũ sedes  
 at, ppositũ. Foris autẽ comitas, affabilitas, facilitas, cõmodio-  
 tas alliciat fratrẽ, quẽ blande cõuenit iuitari ad Christũ, nõ  
 asperitate deterreri. Deniq̃ qd sentis, nõ tã sæuis in tonadũ  
 23 verbis, q̃ moribus exprimendũ. Neq̃ rursus sic idulgendũ  
 23 infirmitati vulgi, vt veritatẽ in loco fortiter tueri nõ aude-  
 23 as. Humanitate emẽdandi sunt hoies, non decipiendi.

CANon Septimus.

Porro si per infantia, & imbecillitatẽ animi nostri, non-  
 dum ad ista spiritalia licebit aspirare, nihilo tamen segnius

danda erit opera, ut saltē in proximis consistamus. Alioquin  
 93 vera cōpendiariaq; ad scēlicitatē via est, si semel totā mentē  
 94 ita ad cōlestiū rerum admirationē cōuerterimus, ut veluti  
 corpus umbrā, ita amor Christi, amor æternorū & honesto-  
 rum, natura secū adducat, fastidiū caducorū, & odiū tur-  
 piū. Vtrūq; em̄ necessario consequit̄ alterū, et alterū cū alte-  
 95 ro, vel crescit vel decrescit. Quantū p̄feceris in amore Chri-  
 96 sti, tantū oderis mundū. Quo magis miraberis inuisibilia,  
 hoc magis vilescēt res fluxæ, ac momētaneæ. Oportet igitur,  
 qđ in literis suadet Fabius, idē & in virtutis facere disci-  
 plina, ut statim ad optima nitamur. Quod tamē, si n̄o vitio  
 non cōtinget, proximū est, ut vel humana quadā prudētia,  
 a magnis vitijs abstineam⁹, nosq; ipsos (quoad fieri potest)  
 97 integros diuine beneficētiæ seruemus. Nā ut salutē propius  
 98 est corpus, exhaustū quidem illud & inane, verū noxijs huius  
 99 moribus liberū, ita mēs capaciōr est diuini muneris, nondū  
 grauibus culpīs inquinata, tametsi vera virtute adhuc vas-  
 cat. Si imbecilliores sumus, q̄ ut Apostolos, ut martyres, ut  
 virgines imitemur, saltē ne cōmittamus, ut Ethnici nos in  
 hoc stadio videant̄ præcurrere. Quorū pleriq;, cum neq; de-  
 um nossent, quē vererent̄, neq; inferos crederent, quos for-  
 midarēt, tamē ipsam per se turpitudinē modis omnibus sus-  
 100 giendā esse homini censuerūt, adeo ut nōnulli maluerint, sa-  
 101 mæ, rei, vitæ deniq; iacturā facere, q̄ ab honesto discedere.  
 102 Si per se tale quiddā est peccatū, ut nullis cōmodis, aut in-  
 cōmodis propositis sit admittendū, profecto Christianum  
 hoīem, si non Dei vel iustitia deterret, vel dehortatur bene-  
 ficentiā, si non vel spes immortalitatis, vel æternæ poenæ me-  
 tus reuocat, si ne ipsa quidē natura peccati turpitudō retra-  
 hit, quæ potuit & gentiliū animos retrahere, saltē mille in-  
 cōmoda deterreant, quæ etiā in hac vita peccantem conse-  
 quūtur, infamia, dispendiū rei, egestas, cōtemptus & odio-  
 um bonorū, anxietas animi, inquietudo, et ille, multo miser-  
 rimus, consciæ mētis cruciatus, quē etiamsi nōnulli in præ-

## MILITIAE CHRISTIANAE

- 22 sentiarū non sentiunt, siue aetatis ebetudine obscurati, siue  
 22 peccati voluptate debriati, tamē sentient posterius, & oīno  
 tanto sentient infœlicius, quāto serius. Quare iuuenes pos-  
 tissimū sunt admonēdi, vt hanc esse peccati naturā, malint  
 tot authoribus credere, q̄ infœlici experientia in semetipsis  
 22 discere, neq̄ prius vitam vitij contaminent, q̄ plane quid  
 22 sit vita, cognouerint. Si tibi vilis est Christus, cui tu tanti  
 constas, saltē tua ipsius causa tēperato a turpibus. Et quan-  
 tū vehementer periculosum est, hoc in statu, velut in triuio  
 22 (quod aiunt) diutius cōmorari, tamē ijs qui nondū queunt  
 ad heroicam assurgere virtutem, non paulo prœstabilius est  
 in politica virtute consistere, q̄ in omne turpitudinis genus  
 ire præcipites. Non hic est fœlicitatis meta, sed hinc propior  
 22 ad fœlicitatem gradus. Interim tamen semper orandus des-  
 22 us, vt nos ad meliora dignetur arripere.

### CANon Octauus.

- Si crebrius ac grauius ingruet in te tentationū procella,  
 ne protinus tibi incipias displicere, quasi ob id deo tuo vel  
 curæ, vel cordi non sis, aut parum pius, aut etiā minus per-  
 fectus. Immo potius gratias age, q̄ vt futurū hæredem eru-  
 dit, vt charissimū filium flagellat, vt amicū explorat. Maxi-  
 mum est argumētum hominē a diuina misericordia reiectū  
 22 esse, cum nullis tentationibus incessitur. In mentē tibi veni-  
 22 at Paulus Apostolus, qui ad tertij cœli mysteria promeruit  
 admitti tamen ab angelo Satanae colaphizatus. Succurrat  
 amicus dei Iob, succurrat Hieronymus, Benedictus, Fran-  
 ciscus, cunctq̄ his innumerabiles alij patres, maximis de vi-  
 tij sollicitati. Si cum tantis viris, si cum tam multis tibi com-  
 mune est quod pateris, quid est, cur animū deijcias? Magis  
 enitere, vt cum illis vincas. Non destituet te deus, & faciet  
 etiā cum tentatione prouentū, vt possis sustinere.

### CANon Nonus.

Quod callidi solent imperatores facere, vt in tranquillis  
 etiā rebus, tamē excubias agant, itidē tu quoq̄ semp animū

- vigilantē, ac circumspectū ad futurū hostis assaultū habeas.
- » Nunq̄ enim ille non circuit, quærens quē deuoret. Quo paratior esse queas, vt irruentē statim fortiter retūdas, exsibis lesq; statim pestiferi serpentis caput conteras. Nusq̄ enim ille vincitur, vel facilius, vel perfectius. Proinde consultissimum est, paruulos Babylonis, ilico vt nati sunt, ad petram quæ Christus est, allidere, priusq; grandescant.

## CANON Decimus.

- » Repellitur autē maxie tentator his modis, si vel vehementer auter seris anio, statimq; in suggerentē velut expuas, aut ardēter ores, aut ad sanctā aliquā occupationē toto pectore cōferas, aut si verbis e sacris literis petitis tētorī respondeas, quemadmodū supra admonuimus. Qua quidē in re nō mediocriter profuerit aduersus omne tentationis genus, certas quasdā sententiās habere paratas, eas maxie, quibus aliquādo senseris animū tuum vehementer cōmoueri.

## CANON Vndecimus.

- Pios homines duplex potissimū habet periculū, alterum ne in tentatiōe succūbant, alterū ne post victoriā, in consolatione, et gaudio spiritali insolescant. Vt igitur tutus sis, non solū a timore nocturno, verum etiā a dæmonio meridiano, facito, vt cum hostis te ad turpia sollicitat, non tuā ipsius respicias imbecillitatē, sed tantū memineris, te in Christo oīa posse, qui nō Apostolis modo, sed & tibi, sed oībus suis mēbris, etiā infimis dixit, confidite, quia ego vici mundū. Rursum cum vel post superatū instigatorē, vel in pio quopiam opere, senseris mētem tuā, intus arcana quadā voluptate perfundi, tum etiā atq; etiā caueas, ne quid inde tuis meritis arroges, sed totum gratuitæ beneficentiæ dei seras acceptum.
- » Teq; ipm̄ protinus verbis Pauli reprimas. Quid habes, qd non accepisti? Et si accepisti, qd gloriaris, quasi nō accepisti? Itaq; aduersus duplex hoc malū, duplex erit remedium si & in cōflictu, tuæ virtuti diffusus, ad Christum caput tuū cōfugias, atq; in eius vnus beniuolētia, spem oēm vincens

## MILITIAE CHRISTIANAE

di ponas, & in consolatione spiritali, statim gratias agas illi de suo beneficio, tuā indignitatē humiliter agnoscens.

CANon Duodecimus.

Cum pugnas cum hoste, non satis sit tibi, si icū illius declines, aut etiā repellas, nisi fortiter arreptū telum in ipsum authorē retorseris, suomet illū gladio iugulans. Id ita fiet, si ad malū sollicitatus, non solū non pecces, sed hinc tibi arrispias occasionē virtutis. Et quemadmodū elegāter fingunt poetae, Herculem obiectis ab irata Iunone periculis, animo creuisse, atq; induruisse, itidem tu quoq; da operā, vt hostis instigationibus, non solū peior nō fias, sed etiā euadas melior. Sollicitaris ad libidinē, imbecillitatem tuā agnosce, ac plusculum etiam tibi de licitis voluptatibus inter dīcīto, ad castas & piās occupationes, apponito nō nihil auctarij. Instigaris ad cupiditatem, ad tenacitatem, auge eleemosynas. Incitaris ad inanem gloriā, tanto magis demitte te in omnibus. Ita fiet, vt vna quaeq; tentatio, sit tibi renouatio quaedam sancti prepositi tui, et pietatis incrementū. Neq; enim prorsus aliā ratio tam efficax conficiendi, prosligandiq; hostem nostrū. Verebitur em̄ te denuo prouocare, ne qui impietatis author esse gaudet, pietatis ministret occasionē.

CANon Decimustertius.

Semper autē hoc anio, atq; hac spe dimices, quasi ea pugna sit tibi postrema futura, si victor discesseris. Fieri enim potest, vt & istud prēmij tuæ virtuti largiat benignitas diuina, vt hostis semel turpiter victus, nunq̄ postea te repetat. Id qd legimus pijs aliquot viris contigisse. Nec absurde credit Origenes, vincētibus Christianis, minui copias hostiū, dum semel fortiter repulsus, nunq̄ ad hoīem sollicitandum reuerti permittitur. Ergo in cōslictu aude perpetuā sperare pacē. At rursus vbi viceris, sic te geras, quasi mox in praelium rediturus. Semper em̄ aliā post aliā expectanda tentatio, neq; vnq̄ discedendū ab armis, nunq̄ relinquēda statio, nunq̄ remittendae excubiæ, donec in hoc corporis praesidio

militamus, Semper illud propheticum in pectore cuius habendum, Super custodiam meam stabo.

Aban. ij.

CANon Decimusquartus.

- » Magnopere cauendū, ne quod vitium, veluti leue contēna  
 » mus. Nullus em̄ hostis vicit sapius, q̄ qui fuit contemptui.  
 Qua in re nō paucos mortaliū misere falli cōperio. Fallunt  
 em̄ seip̄os, dum sibi in vno, aut altero vitio cōniuentes, q̄d  
 pro suis quisq; moribus veniale putat, reliqua grauiter exe  
 cran̄t. Bona pars eorū, quos vulgus ītegr̄os & incorruptos  
 appellat, fur̄tū, rapinā, homicidiū, adulterium, incestū oppri  
 do detestant̄. At simplicē fornicationē, & moderatum volu  
 ptatis vsum, vt leue cōmissum, neutiq; refugiunt. Alius ad  
 reliqua fat incorruptus, bibosior est, in luxu intēperantior.  
 » Alius linguae licentioris. Alius inanior & iactantior. Quo  
 » tandē vitio carebimus, si ad hunc modū suo quisq; blādiē  
 » tur? Argumentū est istos ne reliquas quidem virtutes vere  
 possidere, quibus vllum vitium placet, sed potius simulacra  
 quaedā virtutū, quae vel natura, vel educatio, vel consuetu  
 » do deniq; & gentiliū animis indidit. At qui Christiano o  
 » dio vnū quodlibet vitium execratur, oīa detesteē necesse est.  
 » Cuius animū semel vera charitas occupauit, pari detestatiō  
 one vniuersam malorū cohortem persequit̄, ac ne in venias  
 libus quidem sibi blandit̄, ne a minimis sensim ad maxima  
 dilabatur, & dum in leuibus oscitat, excidat a summis. Et si  
 nondū forte queas vniuersam vitiorū stirpem euellere, ta  
 men quotidie de malis nostris aliquid decerpendum, bonis  
 moribus semper aliquid adiiciendū. Ad eum modū decre  
 scet, aut crescet ingens ille cumulus Hesiodius.

CANon Decimusquintus.

Si te terrabit labor quē oportet in conflictu tentationū  
 subire, hoc erit remediū. Noli molestiā pugnae cōferre cum  
 voluptate peccati. Sed praesentē amaritudinē pugnae, com  
 pone cum futura amaritudine peccati, quae victū consequi  
 tur, tum praesentē dulcedinē culpaē, quae te illectat, cum fu

## MILITIAE CHRISTIANAE

tura dulcedine victoriae, et tranquillitate mentis, quae confertur strenue pugnante, & mox videbis, quae iniqua sit collatio. Verum in hoc falluntur pariter cauti, quod amaritudinem pugnae, comparant cum delectamento peccati, neque respiciunt, quid hoc atque illud consequatur. Consequitur autem victum, multo tum grauior, tum diuturnior molestia, quam victori fuerat in congressu futura, victorem item longe maior ac durabilior voluptas, quam victo fuerit, quae trahit in culpam. Id quod facile iudicabit, qui fecerit utriusque rei periculum. Verum neminem Christianum oportet usque adeo ignauum esse, ut cum quotidie succumbat tentationi, non saltem aliquando vel curet experiri, quid sit vincere tentationem. Quod quo fecerit frequentius, hoc fiet victoria dulcior.

### CANON Decimus sextus.

Quod si quando te contigerit lethale vulnus accipere, caue ne protinus abiecto clypeo, relictis armis, hosti te dedas.

» Id quod animaduerti non paucis accidere, quibus animus natura est imbecillior, et muliebrior, ut semel prostrati, desinant reluctari, seseque totos permittant affectibus, neque cogitent de recuperanda libertate. Nihil quae periculosa est ista pusillanimitas, quae cum interdum ingenijs non pessimis adiuncta sit, tamen ad id quod est omnium pessimum solet adducere, nempe desperationem. Aduersus hanc igitur, hac regula communisenda mens est, ut lapsi in peccatum, non solum non desperemus, sed gnauos milites imitemur, quos non raro pudor ignominiae, & accepti vulneris dolor, non modo non coniecit in fugam, verum ad fortius, quam antea, pugnandum acuit redintegratque. Itis dem nos quoque, simul atque in capitalem noxiam fuerimus inducti, ilico properemus redire ad cor, & lapsus ignominiam, noua virtutis alacritate sarcire. Facilius vni vulneri mede-

» beris, quam multis, facilius recenti, quam inueterato iam putrique. Anima temetipsum versiculo illo notissimo, quae usurpasse Demosthenes legitur, Vir fugiens & denovo pugnabit. Cogita Dauid prophetam, regem Solomonem, Petrum ecclesiae princi-

pem, Paulū apostolū, tanta lumina sanctimoniarū, in quæ scelerata tñ inciderint, Quos fortasse vel ob hoc cadere permisit deus, ne tu lapsus desperares. Erige te igit̃ in pedes, sed statim magnoq; año, atq; in pugnā redito, tū ardētior, tū cautior. Fit interim, vt & capitalia cōmissa pijs hoībus, cedāt in cumulū pietatis, dum ardētius amāt, qui turpius errarūt.

CANon Decimusseptimus.

Sed aduersus alios atq; alios tētatoris incurfus, alia atq; alia remedia sunt accōmodatiora. At vnicum, multoq; oīm efficacissimū remediū, aduersus omne vel aduersitatis, vel tentationis genus est Crux Christi, quæ eadē est, & errantibus exēplum, & laborantibus refrigeriū, & pugnātib; armatura. Hæc est vna contra oīa tela nequissimi obijcienda. Proinde cōuenit in hac diligēter exerceri, non quidē vulgari more, quo quidā dominicæ passionis historiam quotidie relegunt, aut crucis imaginē adorant, aut millenis signis eius, totū vndiq; corpus cōmuniunt, aut fragmentū aliquod sacratissimi ligni domi seruat, aut ita certis horis suppliciū Christi recolunt, vt ei tanq̃ homini iusto, & indigna patiēti, humano affectu condoleant, atq; illachryment. Non hic est verus illius arboris fructus, verū interim sit isthuc lac infantium animarū. Tu vero ascende in palmā, vt veros illius fructus apprehēdas. Si sunt præcipui, si mēbra capitū, in mortificandis affectibus quæ sunt mēbra nostra super terrā, cōformes esse curemus. Id quod nobis non solū amarū esse nō debet, verū etiam vehemēter optabile, ac iucūdum, si modo spiritus Christi viuūt in nobis. Quis em̃ vere amat eū, cui quidissimillimus esse gaudeat? Verū quo maiore fructu mysteriū crucis mediteris, oportebit vnūquēq; sibi rationē, ac piā quandā digladiandā artē parare, & in ea diligēter exerceri, vt simul atq; res poposcerit, ipromptu sit. Ea potest esse huiusmodi, vt singulis affectibus tuis crucifigendis, eam crucis partē applices, quæ potissimū respondeat. Nulla est enim oīno vel tentatio, vel aduersitas, quæ non suū ac proprium



## MILITIAE CHRISTIANAE

22 habeat remediū in ea. Veluti cum te titillat ambitio huius  
 23 mundi, cū pudet ludibrio ac contēptui esse, cogita o mem-  
 24 brum infimū, quātus sit Christus caput tuū, & quo sese tua  
 causa deiecerit. Cum incessit animū inuidiā malū, memēto  
 q̄ benigne, q̄ candide se totū ille nostris vsibus impenderit,  
 q̄ bonus fuerit etiā pessimis. Cum sollicitaris a gula, recole  
 illū felle & aceto potatū. Cum tentaris a voluptate turpi, re-  
 cordare q̄ tota capitis vita ab omī abfuerit voluptate, q̄ omī-  
 bus incōmodis, cruciatibus, erūnis plena. Cum irritat ira,  
 succurrat statim ille qui velut agnus coram tondēte obmu-  
 : uit, & non aperuit os suū. Si te male vrit paupertas, auctha-  
 bendi cupiditas sollicitat, protinus in mētem veniat ille dñs  
 vniuersorū, pro te factus egenus, ita vt non haberet, vbi in-  
 clinaret caput suū. Atq; ad eandē rationem, si & in reliquis  
 tentationibus feceris, non solū acerbum non erit vim attu-  
 25 lisse tuis affectibus, verū etiam dulce, propterea qd̄ intelli-  
 26 ges isto modo te cōformari capiti tuo, eiq; pro suis imensis  
 27 doloribus, quos tua causa pertulit, quasi gratiā referre.

### CANon Decimus octauus.

Atq; hoc quidē remediū, quanq̄ vnum oīm longe præsenti-  
 tissimū est, ihs qui mediocriter in via vitæ processerūt, tamē  
 infirmioribus nō nihil pfuerint & illa, si sollicitante ad im-  
 28 pietatē affectu, statim ob oculos mentis reuocent, q̄ foeda, q̄  
 29 execranda, q̄ exitialis res sit peccatū, contra quanta hoīs di-  
 gnitas. In futilibus etiam negotijs, paulisper apud nos ipsos  
 cōsultamus in hac re oīm maxima, priusq; nosmet assensu,  
 veluti chirographo, diabolo astringimus, nō nostro cū anō  
 reputabimus a quāto opifice simus cōditi, in q̄ excellēti sta-  
 tu cōstituti, quā immenso p̄cio redēpti, ad q̄tam foelicitatem  
 vocati. Hoīem generosum illud esse anīal, cuius vnus grā,  
 30 mirabilē hanc mūdi machinā fabricatus est deus, cōciuem  
 31 angelorū, filiū dei, hāredē immortalitatis, mēbrum Christi,  
 mēbrum ecclesiā, corpora nra tēpla esse spiritus sancti, men-  
 tes simulacra simul & adyta diuinitatis. At e regione pec-

22 **Peccatū esse pestem teterrimā, ac tabem tū anīmi, tum corporis.**  
 22 **Vtrūq; em̄ in natiuā speciē reflorescit innocētia, peccati vero**  
 22 **ro contagio, marcescit vtrūq; etiā in hoc seculo. Peccatū est**  
 lethale virus spurcissimi serpētis, authoramentū diaboli, ac  
 feruitutis nō turpissimā modo, verum etiā miserrimē. Hæc  
 atq; huiusmodi vbi tecū expenderis, etiā atq; etiā delibera,  
 num satis consultū sit, obfucatā, momentaneā, venenatam  
 peccati delectatiunculā, a tanta dignitate, in tantā excidere  
 indignitatē, vnde te per teipsum non queas asserere.

## CANon Vndeugessimus.

22 **Deinde duos illos authores iter se dissimillimos cōpara,**  
 22 **deum, ac diabolu, quorū alterū peccando tibi facis inimicū,**  
 22 **alterū constituis dominū. Per innocentia & gratia ascisceris**  
 22 **in numerū amicorū dei, adoptaris in ius & hereditatē filiorū.**  
 Alter est æternus ille fons, & Idæa summī pulchri, summæ  
 voluptatis, summī boni. Oibus sese cōicans. Alter oīm ma  
 lorū, extremæ turpitudinis, summæ infelicitatis pater. Al  
 terius in te bñficia, alterius maleficia recordare. Ille qua bo  
 nitate te cōdidit. Qua misericordia redemit. Qua liberali  
 tate locupletauit. Qua lenitate quotidie sustinet delinquē  
 rem. Qua lætitia recipit resipiscētem. Contra hæc oīa dia  
 bolus, q̄ta inuidētia iam olim insidia tur salutī tuæ. In quas  
 erūnas te coniecit. Atq; adeo qd aliud molit̄ quotidie, nisi  
 vt vniuersum hoīm genus secū in æternū exitium trahat.  
 His oibus hinc atq; hinc recte pēsiculatis, ita tecum cogita.  
 22 **Egone oblitus originis meæ, oblitus tātorum beneficiorū,**  
 22 **propter tantū holum falsæ voluptatis, a tam nobili, a tam**  
 22 **amāte, a sic merito parente desciscam ingratus, & me vltro**  
 22 **turpissimo, crudelissimo domino mancipabo. Non saltē illi**  
 præstabo, quod homun̄ioni præstarē bene merenti. Non  
 illum fugiā, qui hominē fugero malū dare cupientem.

## CANon Vigesimus.

22 **Nec; vero minus inæquale p̄m̄ium, q̄ dissimilis author.**

## MILITIAE CHRISTIANAE

23 Quid em̄ inæqualius, q̄ mors æterna, & vita immortalis, q̄  
 23 sine fine summo frui bono, in contubernio cœlestiū ciuiū,  
 23 & sine fine extremis excruciarī malis, in infœlicissimo con  
 fortio dānatorū? Atq; hac de re qui dubitat, ne homo quis  
 dem est, ne dum Christianus. Qui non cogitat, vel ipsa est  
 amētia amētior. Iam vero p̄ter ista, habent & in hac interim  
 vita, pietas & impietas fructus suos nimirum dissimiles. Ex  
 23 illa em̄ metitur secura trāquillitas animi, et beatū illud gau  
 23 dium puræ mentis, q̄d quisquis semel degustarit, nihil tam  
 23 preciosum, nihil tam voluptariū, mundus hic possidet, qui  
 cum velit p̄mutare. Hanc contra, cū mille alia mala, tū mis  
 23 ferrimus ille cruciatus animi sibi male confecti consequitur.  
 Illud em̄ est centuplū spiritualis gaudij, q̄d Christus pollicia  
 tus est in euangelio, velut arram quandā æternæ foelicitas  
 23 tis. Hæc sunt illa apud prophetā mirāda munera, quæ neq;  
 23 oculus vidit, neq; auris audiuit, neq; ascenderūt in cor ho  
 23 minis, quæ præparauit deus diligentibus se, nimirū in hac  
 vita. Cum interim vermīs impiorū non moritur, & inferos  
 suos iam apud superos patiuntur. Nec alia est flāma, in qua  
 cruciatur diues ille cōmessator et angelicus. Nec alia sup  
 plicia inferorū, de quibus multa scripsere poetæ, q̄ perpetua  
 mentis anxietas, quæ peccandi consuetudinem comitatur.  
 Tollat igitur qui velit futuri seculi tam diuersa premia, hæ  
 bet annexū sibi virtus propter quod abūde debeat expeti,  
 habet adiunctū peccatum, cuius causa debeat horreri.

### CANON Vigésimus primus.

Ad hæc cogita, q̄ erūnosa, q̄ fugax sit vita p̄sens, q̄ vndiq;  
 imminēs insidiosa mors, q̄ passim opprimit inopinātes. Et  
 cū nemo vel de momēto vitæ sit securus, q̄ ingens periculū,  
 23 eam comperendinare vitā, in qua se te mors subitanea (vt  
 23 sæpe accidit) deprehenderit, in æternum peristi.

### CANON Secundus & vigésimus.

23 Tum semper it formidanda impoenitētia, malorū extre  
 23 mū, illud nimirū perpēdētī, ex q̄ multis, q̄ pauci a peccatis,

vere ac toto pectore respiscūt, p̄sertim ijs, qui funiculos inf  
 quitatis in extremū vsq; vitæ protraxerūt. Lubricus q̄dem  
 90 & facilis in turpitudinē lapsus, sed hinc reuocare gradū, sus  
 90 perasq; euadere ad auras, hoc opus, hic labor est. Proinde  
 90 vel hirci Aesopici casu admonitus, priusq; in peccati puteū  
 descendas, cogita non perinde facilem esse reditum.

REMEDIA CONTRA specialia quæ  
 dam vitia, & primū contra libidinem.

¶ Et hactenus quidem cōmunia aduersum omne vitios  
 rum genus remedia, vtcūq; demonstrauimus. Nunc cona  
 bimur, & speciatim quædā tradere, quibus modis cuiq; pec  
 90 cato debeas occurrere, ac primū libidini, quo malo nullum  
 90 aliud, neq; prius nos impetit, neq; acrius vrget, neq; latius  
 90 patet, neq; plures in exitū trahit. Si quādo igitur scæda libi  
 do stimulat animū tuum, his armis protinus memēto oc  
 currere. In primis cogita, q̄ immūda, q̄ spurca, q̄ quouis etiā  
 90 am homie indigna sit ea voluptas, quæ nos diuinū plasma,  
 90 nō pecudibus modo, verū etiam suis, hircis, canibus, &  
 brutorū brutissimis animalibus æquet, imo quæ porro infra  
 pecudū conditionē deiciat, qui sumus ad angelorū confor  
 tia, ad diuinitatis cōmunionem destinati. Succurrat ad hæc  
 q̄ eadem sit momētanea, q̄ insyncera, q̄ semper plus aloes.  
 q̄ mellis habens. Ediuerso, q̄ generosa res sit anima, q̄ sacra  
 90 res corpus hominis, quemadmodū in superioribus regulis  
 90 ostendimus. Quæ malū igitur vecordia, ob tantillam, tam  
 90 scædam, voluptatis momentaneæ titillationē, simul & ani  
 mum & corpus indignis modis pollueret? Prophanare tem  
 plum, quod Christus sibi sanguine suo consecrauit? Illud  
 item reputa, blanda pestis, q̄ tum malorū agmen secum tra  
 hat. Ante omnia famā, possessionē longe præciosissimā, eri  
 pit. Nullius em̄ vitij rumor spurcius olet, q̄ libidinis. Patri  
 moniū exhaurit. Corporis simul & vires, & speciem interis  
 mit. Valetudinē vehementer lædit, Morbos innumerabiles  
 parit, eosq; scædos. Iuuentæ florem ante diem deuenustat.

MILITIAE CHRISTIANAE

23 Turpem senectā accelerat. Ingenij vigorē tollit mentis acie  
 23 em hebetat, & quasi pecuinā mentē inserit. Ab omnibus hos  
 23 nestis studijs semel auocat, hominēq; quātus est, totū coeno  
 23 immergit, vt iam nihil nisi sordidum, humile, spurcū libeat  
 cogitare. Et quod hoīs erat propriū, eripit, rationis vsum,  
 Insanā atq; infamē adolescentiā, odiosam ac turpem, mise  
 ramq; senectā facit. Sapias igitur, & sic noīatim tecū repu  
 tes. Illa & illa voluptas, tam male cessit, tantū damni, tātum  
 dedecoris, tedij, laboris, morborū attulit, & iteꝛ stultissimus  
 23 hamū vorabo prudens. Iterum cōmittā, cuius me denuo  
 pœniteat. Item & aliorū exemplis temet reprime, quos co  
 gnoueris turpiter & infortuniter voluptatē esse secutos. E re  
 23 gionē anīa teipm ad continentiā, exēplis tot adolescentiū,  
 23 tot delicatarū virginū, & collatis circūstantijs, tibi ipsi igna  
 23 uiam opprobato. Qui minus tandē tu possis, quod illi atq;  
 illi, eo sexu, ea ætate, sic nati, sic educati, potuerunt possunt  
 23 q; Pariter ama, nec minus valebis. Cogita, q̄ honesta, q̄ as  
 23 moena, q̄ florida res sit corporis & animi puritas. Hæc nos  
 23 maxime facit familiares angelis, spiritus sancti capaces. Et  
 23 enim a nullo prorsus vitio sic resilit spiritus ille, puritatis a  
 mator, vt impudicitia. Nusq; æque cōquiescit ac delitiatur,  
 vt in mētibus virgineis. Propone tibi ante oculos q̄ indeco  
 rum, q̄ totum hoc insanū sit amare, pallefcere, macerari, la  
 chrymari, blandiri, ac turpiter supplicē esse scorto putidissim  
 mo. Occinere ad fores nocturnas, pēdere de nutu dominae,  
 pati regnū mulierculæ, expostulare, irasci, rursus redire in  
 gratiā, & vltro te ridendum, pulsandū, mutilandū, spoliandū  
 dum lupæ præbere. Vbi quæso inter ista, viri nomen? Vbi  
 barba? Vbi generosus ille anīus, rebus pulcherrimis natus?  
 Considera & illud tecum, q̄tum scelerū gregē voluptas ad  
 23 missa soleat adducere. Est alijs vitijs fortasse nonnulla cum  
 23 quibusdā virtutibus societas, libidini nulla, sed cū maximis  
 23 plurimisq; peccatis semp copulata est. Sit sane leue scortari  
 at graue nō audire parētes, negligere amicos, pdigere rem

patriā, rapere alienā, peierare, perpotare, latrocinari, male-  
 ficū fieri, depugnare, homicidiū cōmittere, blasphemare, in-  
 quæ oīa, & his grauiora dñā voluptas, te trāuersum rapiet,  
 vbi semel tuus esse desieris, eiusq; capistro os miserū porre-  
 22 xeris. Perpende p̄terea, q̄ sit hæc vita fumo fugacior, vmbra  
 22 inanior. Quot laqueos nobis struat mors, nullo non loco,  
 nullo non tēpore insidiās. Hic nō mediocriter profuerit, &  
 noīatim recolere, si quos ex tibi quondā notis, ex familiari-  
 bus, ex æqualibus, aut etiā natu minoribus, maxie vero ex  
 ijs, quos aliquādo turpiū voluptatū participes habueris,  
 22 mors inopinata rapuit. Estoq; alieno piculo cautior. Cogita,  
 q̄ dulciter vixerint, sed q̄ amare vita defuncti sint, q̄ sero  
 sapuerint, q̄ sero cœperint odisse sua mortifera gaudia. Sue-  
 22 currat extremi iudicij sæueritas, & non retractandæ illius  
 22 sentētię metuendū fulmē, in ignē æternū mittentis impios,  
 22 & quod hæc horaria, breuisq; & exigua voluptas, æternis  
 22 cruciatibus luēda sit. Hoc loco diligēter lancibus examina,  
 q̄ iniqua sit pmutatio pro turpissimo breuissimoq; pruritū  
 & in hac vita multo dulcius, pstantiusq; animi gaudiū per-  
 dere, & in futura gaudijs fraudari perhēnibus, insup nunq̄  
 finiēdos dolores, tam vmbratili delectatiuncula mercari.  
 Porro si durū tibi videat, tantillū delectamenti pro Christo  
 contēnere, recordare, quos cruciatus ille tui charitate susce-  
 perit. Præter cōmunes humane vitæ iniurias, quantū sacro  
 sancti sanguinis pro te effuderit, q̄ ignominiosam, q̄ acerbā  
 22 mortē pro te depēderit, & tu horum oīm immemor, rursū  
 22 filiū dei crucifigis, iterans insanas voluptates, quæ caput &  
 22 dominū tuum, ad tam diros adegere cruciatus? Tum iuxta  
 superiorē regulā recole, quātum ille beneficiorū in te, nihil  
 dum promeritū accumularit, pro quibus oībus, cum nulla  
 par gratia repēdi queat, tamē nullam reposcit aliam, q̄ vt  
 exēplo ipsius, a mortiferis illecebris coereas animū, & ad  
 summi boni, summiq; pulchri conuertas amorē. Compose  
 inter se duas illas Veneres, & duos Cupidines Platonicos,

## MILITIAE CHRISTIANAE

hoc est honestū amorem, & foedū, sanctam voluptatē & tur-  
 pem, confer vtriusq; dissimilē materiā, confer naturas, con-  
 fer premia. Et in omni quidē tentatione, maxime vero cum  
 ad libidinē sollicitaris, proponito tibi ante oculos tuos, an-  
 gelum tui custodem, omniū quæ vel facis vel cogitas, assis-  
 duū spectatorem ac testem, deum inspectorem, cuius oculis  
 omnia patent, qui sedet supra coelos, & in tuetur abyssos. Et  
 rem adeo foedam, vt homūcione teste facere pudeat, nō ve-  
 reberis corā angelo tibi proximo, deo, totoq; coelitū choro  
 spectante & execrante facere? Puta autē, id quod res est, &  
 si tibi oculi essent, plusq; Lyncei, plusq; aquilini, tamen istis  
 non clarissima luce certius conspexeris, quod coram te facit  
 homo, q̄ omnes animi tui latebræ perspicuæ sunt, dei & an-  
 gelorum conspectibus. Quin & illud tuo cum anīo reputa,  
 cum libidini cedis, alterū e duobus futurū, aut vtī semel gu-  
 stata voluptas, sic mentem tuam excan tet obscuretq; , vt de  
 turpitudine eas in turpitudinē, donec excaecatus venias in  
 sensum reprobū, et obstinatus in malo, ne tum quidē queas  
 voluptatē turpem relinquere, cum illa te deseruit. Id quod  
 plerisq; videmus euenire, vt effoeto corpore, extincta for-  
 ma, frigente sanguine, deficientibus viribus, caligantibus  
 oculis, tamē adhuc pruriant sine fine, & sceleratius turpilo-  
 qui sint, q̄ olīm fuerint impudici. Qua re qd esse potest exe-  
 crabilius, monstrosiusq;? Alterū, vt si forte contigerit te sin-  
 gulari fauore diuino respiscere, maxio animi dolore, sum-  
 mis laboribus, plurimis lachrymis, breuis illa & fugitiua vo-  
 luptas expianda sit. Quanto igitur consultius, omīno non  
 admittere virus voluptatū carnalium, q̄ vel in tam deplora-  
 tam induci cæcitatē, vel tantillā, eamq; falsam delectationu-  
 culā, tanta molestia dependere? Iam vero & a personæ tuæ  
 circumstantiis multa licebit sumere, quæ te a voluptatibus  
 auocare queāt. Sacerdos es, cogita te totū diuinis rebus cō-  
 secratū esse. Quā indignum tandē flagitium sit, eo ore, quo  
 corpus illud adorandū sumis, putidam scortū carnē continē

20 gere, iisdē manibus, quibus ministrātibz angelis, ineffabi  
 21 le illud mysteriū peragis, abominandas contrectare sordes.  
 22 Quā non cōueniant, idem corpus, eundē spiritum cum deo  
 fieri, & vñum corpus fieri cum meretrice. Si doctus es, tan  
 23 tō generosior deoq; similior animus, tātō hac cōtumeliā in  
 dignior. Si nobilis, si princeps, quāto flagitiū conspectius,  
 24 tanto offendiculū grauius. Si coniugatus, cogita q̄ honesta  
 res sit thorus immaculatus, daq; operam, vt (quoad fieri po  
 25 test) tuū cōiugiū imitetur sanctissimas nuptias Christi &  
 ecclesiæ, quarū gerit imaginem, id est vt q̄ minimū habeat  
 turpitudinis, plurimū fœcunditatis. In nullo em̄ vitæ statu,  
 26 nō turpissimū est seruire libidini. Si iuuenis es, etiā atq;  
 etiā consydera, ne florem æui nunq̄ rediturū, temere pollus  
 27 as. Ne re fœdissima perdas annos optimos, vereq; aureos,  
 28 qui & fugiunt perniciosissime, et recurrūt nunq̄. Ne nunc per  
 29 incitiā & incogitantīā ætatis cōmittas, quod te in omnem  
 30 vscq; vitā mordeat, persequente scelerū conscientia, & amar  
 rissimis illis aculeis, quos fugiens voluptas in animis nos  
 31 tris relinquit. Si mulier, istum sexum, nihil magis deceat, q̄  
 pudor. Si vir, tanto maioribus rebus dignus, & istis tam fr̄  
 32 uolis indignior. Si senex, opta tibi oculos alienos, vt videas  
 33 q̄ te dedecet voluptas, quæ in adolescentibus miseranda  
 34 quidem est & coercenda, in vetulo vero portentosa, & ipsis  
 quoq; voluptatū sectatoribus deridicula. Inter om̄ia mon  
 35 stra nullum monstrousius senili libidine. O delire, & nimis  
 um oblite tui, saltem ad speculū, canos & capitis niues ara  
 36 tamq; rugis frontem, cadaueriq; simillimā faciem contem  
 37 plare, ac iam capulo proximus, alia annis tuis magis cons  
 sentanea cura. Saltem quod ratione decuerat facere hoc an  
 38 nis admonentibus vel cogentibus potius facito. Ipsa iam te  
 voluptas repellit, neq; ego iquiens iā tibi decora sum, neq;  
 39 tu mihi idoneus. Lulisti satis, edisti satis, atq; bibisti. Tem  
 40 pus abire tibi est. Quid adhuc vitæ perpremiss delitias, cum  
 41 ipsa etiā te deserat vita? Iam tempus est, vt aliquando



Reg. 7.  
 22 incipiat in sinu tuo cubare mystica illa concubina Abyssag,  
 Ea sancto feruore calfaciat mentem tuam, huius amplexibus  
 frigentia membra confoue.

23 **EPILogus** remediorū contra incentiuū libidinis.

24 Iam vero vt sammatim perstringam, hæc sunt potissimū,  
 25 quæ te a carnis illecebris tutū reddent. Primū occasionum  
 26 omniū cauta ac diligens fuga. Quod præceptum quanq̃ in  
 reliquis quoq̃ conuenit obseruari, propterea q̃ qui pericu-  
 lum amat, dignus est, qui in illo pereat, tamen hæc potissimū  
 27 sunt illæ Sirenes, quas haud fere quisq̃ euasit, nisi qui pro-  
 28 cul aufugit. Deinde victus & somni moderatio. Temperan-  
 tia a voluptatibus etiā permissis. Respectus mortis tuæ, &  
 29 mortis Christi contēplatio. Iurabunt & illa, si cum castis &  
 30 integris cōuixeris, si corruptorū & molliū colloquia, veluti  
 31 pestem quā dā vitaris. Si solitudinē ociosam, & otū igna-  
 uū fugeris, sed animū celestis rerū meditatioe, honestisq̃  
 studijs gnauiter exercueris. Maxime vero si sacrarū literas  
 32 rum vestigationi, toto pectore te consecraris. Si & frequen-  
 ter & pure oraueris, maxime irruente tentatione.

**AD** Versum irritamenta auaritiæ.

33 Si senseris te vel natura propensiorē ad Philargyræ vi-  
 34 tiū, vel a diabolo instigari, recale iuxta superiores regulas  
 dignitatē conditionis tuæ, qui ad hoc tantum creatus es, in  
 hoc redemptus, vt summo illo bono semper fruaris. Totam  
 35 vero hanc mūdi machinā fabricatus est deus, vt oīa tuis ser-  
 uirent vsibus. Quā sordidum igitur, q̃ angustū animi, non  
 36 uti, sed tantopere demirari res mutas, & vtilissimas. Tolle  
 37 hoīm errorem, quid erit aurum & argentū, nisi terra rubra  
 38 & alba? Quod nemo gentiliū philosophorū non contem-  
 39 pserit, hoc tu pauperis Christi discipulus, & ad longe melio-  
 rem possessionem vocatus, vt magnum quiddam admirā-  
 40 beris. Non possidere diuitias, sed contemnere diuitias ma-  
 gnificū est. Sed redamat mihi vulgus nomine tantū Chris-  
 41 tianorum, & seipsum callidissime gaudet fallere. Ipsa in-

» qui sunt necessitas nos hortat, vt rem faciamus, quæ si fuerit  
 » nulla, ne viuere quidẽ liceat, si cõtractior, nimis incõmode  
 » viuatur, sin lautior, vberiorq; plurimũ adfert cõmoditatis.  
 Consulit̃ valetudini, prospicit̃ liberis, cõmodat̃ amicis, ex-  
 cluditur contẽptus, deniq; & fama melior, cum res bene ha-  
 bet. Ex aliquot Christianorũ milibus, vix vnũ atq; alterum  
 inuenias, qui ista non & dicat & sentiat. Verum vt istis ad  
 vtrũq; respondeã, primũ quod cupiditatẽ suam necessitatis  
 noie prætexunt, obijciã illis vicissim parabolã euangelicã,  
 de lilijs, & auibus in diẽ viuentibus, ad quorũ imitationem  
 nos hortat̃ Christus. Obijciã, quod idẽ ne peram quidẽ aut  
 sacculũ suis gestãdum pmiserit. Obijciã quod nos reliquis  
 omisissis, iubet ante oĩa quærere regnũ dei, & hæc oĩa nobis  
 » adijcienda, pmittit. Quãdo vnq; non suppetierũt victui ne-  
 » cessaria, ihs qui toto pectore pietati studuerũt? Quãtulũ  
 vero est illud, qd a nobis natura flagitat? Atqui tu necessi-  
 » tatẽ nõ vsibus naturæ, sed cupiditatis terminis metiris. Pij  
 » aut̃ et illud satis est, qd naturæ parũ est. Quãq; equidẽ non  
 » ita valde miror istos, qui rẽ vnũuersam suã semel relinquũt,  
 » vt impudẽtius mendicẽt alienã. Non est culpa possidere pe-  
 cuniã, sed mirari pecuniã, cum vitio cõiunctũ est. Si affluit,  
 fungere boni dispensatoris officio. Sin eripit̃, ne macerare,  
 tanq; re magna spoliatus, imo gaude tibi detractã sarcinam  
 periculosam. Verũ qui præcipuũ vitæ studiũ in coaceruan-  
 dis opibus cõsumit, qui eas vt̃ præclarũ quiddam & expe-  
 tendũ suspicit, & porro in longũ, inq; Nestoris vsq; senectã  
 recõdit, is fortasse bonus mercator recte dicetur, bene Chri-  
 stianũ equidem non dixerim, qui totus de se pendeat, & de  
 » Christi promissis diffidat. Cuius bonitas cum passerculos  
 » benigne & pascat, & vestiãt, hoĩem piũ sibiq; fidentẽ de-  
 » stituet scilicet. Sed iam cõmoditatũ, quas adferre credunt̃,  
 rationẽ ineamus. Primũ etiam gentiliũ philosophorũ con-  
 sensu, inter vtilia bona, diuitiã postremũ locum obtinẽt, &  
 cum iuxta Epicteti partitionẽ, præter vnã animi virtutem,

## MILITIAE CHRISTIANAE

- 25 reliqua omnia extra hominem sint, nihil tamē tam extra nos est,  
 26 q̄ pecunia, nihil tam exiguā adfert comoditatē. Etenim si  
 27 quicquid vsq̄ est auri, quicquid gemmarum, id omne tu solus  
 possideas, num ideo tua mens fuerit, vel pilo melior, nū pru-  
 dentior, nū doctior? Num corporis valetudo, p̄superior? Num  
 valētiorē, formosiorē, iuniorem reddet? At voluptates pas-  
 rat. Verū, sed mortíferas. Sed honorē conciliat. At quē tan-  
 dem? Nempe quē falsum tribuūt ij, qui nō nisi stulta miran-  
 28 tur, & q̄bus placuisse, pene vituperari est. Verus honos est  
 29 laudari a laudatis, summus honos est placuisse Christo. Ve-  
 30 rus honor, nō opum, sed virtutis est premiū. Cedīt tibi, sus-  
 spicit te plebecula. Stulte, vestes illi tuas mirantur, non te.  
 Quin tu in te ipsum descendis, & animi tui miserā paupes-  
 riam cōsideras? Quā vulgus si videret, tam miserandū ius-  
 dicaret, q̄ nunc beatū prädicat. Verū amicos res comparat.  
 Fateor, sed falsos, neq̄ tibi eos comparat, sed sibi. Atq̄ adeo  
 isto titulo, vel infaelicissimus est diues, q̄ amicos ne diuos  
 scere quidē queat. Alius in sinu odit, vt tenacem, alius inui-  
 31 det, vt opulētiori, alius ad se spectans, assentatur, & arridet,  
 32 vt arrodat. Corā qui est amātissimus, maturā mortem preca-  
 33 tur. Nemo tam amat, quin mortuū malit q̄ viuum. Nemo  
 tam familiaris, a quo verū audiat. Q. si maxime sit, qui dis-  
 uitem sincere diligit, ille tamē non potest quenq̄ non ha-  
 34 bere suspectū. Omnes vultures iudicat cadaueri inhiantes,  
 35 omnes muscas ad suū compendiū aduolātes. Quicquid igitur  
 comoditatis vidētur adducere, id fere fucātū, vmbra-  
 tum, p̄stigiosumq̄ est. At verorū malorū plurimū adferunt,  
 verorū bonorum plurimū adimūt. Proinde si bene accepti  
 atq̄ expensī rationem subdixeris, profecto reperies, nunq̄  
 tantū adferre comoditatis, quin nimio plus incōmodorum  
 secū trahant. Quā miseris laboribus parant, quantis pericu-  
 lis, quanta sollicitudine seruātur, quāto dolore amittuntur.  
 36 Quibus de causis & spinas appellat Christus, q̄ omnem  
 37 animi tranquillitatē, qua nihil homini dulcius, mille curis

22 dislaniant. Neq; vnq; sitim sui sedant, verū magis ac magis  
 irritant. In omne nefas præcipites agunt. Neq; tibi frustra  
 blandiare dicens, nihil prohibet pariter & diuitem esse, &  
 pium. Memento quid dixerit veritas, facilius esse camelum  
 22 transire per foramē acis, q̄ diuitem intrare in regnū coelo-  
 22 rum. Planeq; verum est illud apud diuum Hieronymū, di-  
 22 uitem hominē, iniqui aut dominū esse, aut hæredem. Ingēs  
 opulencia, nunquam sine peccato vel paratur, vel seruatur.  
 Cogita, quanto melioribus opibus te spolient. Odit em̄ vir-  
 22 tutis indolem, odit honestas artes, quisquis admirator est  
 22 auri. Præterea vnum auaritiæ vitium idoloratria nominat a  
 Paulo, neq; cum vilo prorsus alio minus conuenit Christo.  
 Nec idem potes & deo seruire & Mammonæ.

EPILogus remediorū contra vitium auaritiæ.

Desines igitur mirari pecuniā, si vera bona cum falsis, si  
 fucata cōmoda, cum veris incōmodis diligenter expēderis.  
 Si summū illud bonū contēplari, atq; amare condidiceris,  
 quod vnū cum adest, etiā si reliqua omnia defuerint abun-  
 de explet animū hominis, qui capacior est, q̄ vt vel vnuer-  
 sis huius mūdi bonis queat satiari. Si crebro tibi reuocaris  
 ob oculos, qualem te primū terra nascentē exceperit, qualē  
 item receptura sit morientē. Si semper cogitationi obuerse-  
 tur tuæ. Stultus ille euangelicus, cui dictum est, hac nocte  
 repetūt a te animā tuā, & hæc quæ congregasti, cuius erūt:  
 22 Si mentē a deprauatis vulgi moribus ad Mariæ, Apostolo-  
 22 rum, martyrū, maxime Christi capitis tui paupertatē flexe-  
 22 ris, semperq; vā illud tibi metuendum esse statuas, quod il-  
 22 le diuitibus huius seculi minatus est.

CONtra Ambitionem.

Si quādo incantamētis suis tentabit animū tuū ambitio,  
 his remedijs eum p̄munies. Statim iuxta ea quæ superius  
 tradidimus, hoc mordicus teneto, solū eum honorē esse, qui  
 a vera virtute proficiscit, quem ip̄m tamen oportet interdū  
 fugitare, quemadmodū & sermone, & exemplo nos docuit

## MILITIAE CHRISTIANAE

**Christus Iesus.** Vnicum aut̄ honorē, & homini Christiano expetendū esse, nō ab hoibus, sed a deo collaudari. Etenim quē ille cōmendat, vt inquit Apostolus, is demū probatus est. Honor aut̄, si ab hoīe defertur, ob rem inhonestā, vtiq; a turpibus, non honor iste, sed ingēs est probrū. Si ob mediā, puta formā, vires, opes, genus, ne tum quidē honor recte dicetur. Nemo em̄ promeret̄ honorem ea re, qua nō meretur  
 20 laudari. Si ob honestā, honos quidē erit, at non appetet, qui  
 21 promeret̄, ipsa nimirū virtute & cōscientia recti cōtentus.  
 22 Vide igitur q̄ deridiculi sint honores isti, quorū cupiditate tātopere vulgus aestuat. Primū enim a q̄bus tandē dantur. Nempe ab ijs, q̄bus nullū discrimen honesti atq; inhonesti. Ob quā. Plerūq; ob mediā, nō nunq̄ ob turpia. Cui? Indigno. Quisquis igit̄ honorē exhibet, aut metu facit, & vicissim est metuendus, aut vt profis, & ridet te, aut quia miratur res nihili nulloq; honore dignas, & miserādus est, aut quia te iudicat his rebus ornatum, quibus honos debeat, quod si falso opinatur, cura vt fias id, q̄d ille te putat esse. Sin vere, oēm honorē tuū in eum refer, cui debes & illa q̄bus honos tribuit. Tam non cōuenit tibi arrogare honorem, q̄ non debes tibi arrogare virtutē. Alioqui quid amētius, q̄ tui precium de homūcionū opinione metiri? Quibus in manu est si mul atq; collubuit, hoc ip̄m honoris q̄d largiunt, rursus auferre, ac te modo honestatū dehonestare. Proinde nihil stultius, q̄ talibus honorib⁹, vel gestire, cū contingūt, vel ringi, cum auferunt. Quos veros nō esse, vel hoc intelliges argumento, q̄d sunt cū pessimis & sceleratissimis cōmunes. Immo nullis fere contingūt copiosius, q̄ ijs qui sunt veris honoribus indignissimi. Cogita q̄ beata trāquillitas modestae priuatæq; & ab omni superbiae strepitu semote vitæ. Contra q̄ spinosa, q̄ plena curarū, periculorū, dolorū, vita potentium. Quā difficile secūdis in rebus, non obliuisci sui. Quā arduū in lubrico stantē, non cadere. Quam capitalis ex alto ruina. Omnē honorē summo cū onere coniunctū esse. Quā

severū iudiciū supremi iudicis in eos futurū sit, qui hic sese  
 in honoribus vsurpādis, cæteris anteposuerūt. Eten̄ qui se  
 se demiserit, ei vt pusillo succurret misericordia. Qui vero  
 sese vti spectatū erigit, is sibi ipsi gratiæ subsidium intercludit.  
 Christi capitis exemplū semp̄ an̄o inhæreat tuo. Quid illo  
 secundū seculum ignobilius, despectius, inhonoratius? Quā fugit  
 honores etiā oblatos, qui quouis honore maior erat. Quā derisit  
 a sello sedens. Quā damnauit palla tectus, & spinis coronatus.  
 Quā non gloriosam mortē elegit. Sed quē mundus contēpsit,  
 hunc glorificauit pater. Tua gloria sit in cruce Christi, in qua & salus est tua.  
 Quorsum tibi humani honores, si te reñciat, despiciatq; de<sup>o</sup>, execrent̄ angeli.

CONtra Elationem tumoremq; animi.

Non intumesces an̄o, si iuxta tritissimū illud adagiū cōgnoris  
 temetip̄m, id est si quicquid in te magnū, quicquid pulchrū,  
 quicquid præclarū, id dei munus, non tuū bonum esse ducas.  
 Contra quicquid humile, quicquid sordidū, quicquid prauū,  
 id totū ad te solū referas. Si memineris, quātis in sordibus  
 conceptus sis, quātis natus, q̄ nudus, q̄ inops, q̄ brutus, q̄  
 miserāndus in hanc lucē proreperis. Corpusculum istud, quot  
 vndiq; morbis, quot casibus, quot erūnis expositū sit. Immanē  
 istum gigantē & immēso turgentē spiritu, quātula res possit  
 repente cōficere. Expende & illud, cuius modi sit istud, vnde  
 tibi places. Si mediū stultitia est, si turpe, demētia, si honestū,  
 ingratitude. Memineris nullū aliud esse certius stoliditatis  
 insipientiæq; documētum, q̄ si quis sibi vehemēter placeat.  
 Præterea nullū stultitiæ genus esse deploratius. Si turgescit  
 animus, q̄ se tibi submittit hominū cio, cogita, quanto maior,  
 quātoq; potentior tuo immineat capiti deus, qui oēm ceruicē  
 elatam deprimit, & oēs colles in plana deducit, qui ne angelo  
 quidē superbienti pepercit Conducent & illa, licet leuiora,  
 si te semper componas cum præstātoribus. Places tibi de  
 forma corporis, confer te cum ijs qui te forma præcedūt.  
 Cristas erigit tibi doctrina, ad eos

## MILITIAE CHRISTIANAE

refer oculos, ad quos tu nihil didicisse videaris. Deinde si reputaris, non quantum ad sit honorum, sed quantum desit, & cum Paulo oblitus eorum quae a tergo sunt, enitaris ad ea quae a fronte restant. Praeterea non inscitum fuerit & illud, si afflante superbia vento, mox nostra ipsorum mala vertamus in remedium, quasi venenum veneno pellentes. Id ita fiet, ubi si quod ingens corporis vitium, si quid insignis incommodi nobis vel fortuna dedit, vel attulit stultitia, quod animum vehementer mordeat, id ante oculos statueramus, & patris exemplo, ea nostri parte nosmetipsos potissimum contemplemur, qua sumus deformatissimi, ita fiet, ut statim subsidant cristae. Ad haec, praeterquam quod non aliud vitium deo inius est, & apud homines in primis ubique odiosa, atque irrifa arrogantia, cum contra modestia, & diuinum fauorem conciliet, & hominum benevolentiam adglutinet. Ergo ut summam dicam, duo praecipue prohibebunt a superbia, si consideres quid ipse sis in te, putredo in exortu, bulla in omni vita, esca vermis in morte, & quid Christus factus sit pro te.

### ADVERSUS IRAM, & vindictae cupiditatem.

Cum te vehemens animi dolor, ad ultionem extimulat, memineris nihil esse minus iram, quam quod falso imitatur, purta fortitudinem. Nihil enim aequum muliebri, nihil tam imbecillius proiectique animi, quam vindicta laetari. Animosus videri studeas, quod inultam iniuriam non pateris, at isthoc demum pacto, prodas puerilitatem tuam, qui (quod est viri proprium) animo temperare non queas. Quanto fortius, quanto generosius, alies nam stultitiam continere, quam imitari. At nocuit, serox est, insultat. Quo turpior est, hoc magis caue, ne fias illi similis. Quae malum vesania est, ut alienam improbitatem viciscaris, te fieri improbiorem? Si contempseris contumeliam, intelligent omnes indigno factam. Sin commoueare, iam inferentis causa fam feceris meliorem. Deinde illud reputa, quod res est, si quod est acceptum incommodum, id neutiquam tolli vindicta, sed propagari. Quis enim denique finis fuerit mutuarum iniuriarum?

num, si suū quisq; dolorē perrexerit vindicta retaliare? Cre  
 scunt vtrinq; inimici, incrudescit dolor, qui quo inueterati  
 or est, hoc nimirū insanabilior. At lenitate, tolerantiaq; sa  
 natur nō nunq; etiam is, qui fecit iniuriā, & ad se reuersus,  
 ex inimico fit certissimus amicus. Per vltionē vero malū  
 ipsum, quod a te cupis depellere, id in te recipitur, non  
 sine malo sœnore. Erit & illud non inefficax iræ remediū,  
 si iuxta superiorem rerū partitiōem, consyderes, hominem  
 hominī non posse nocere, si nolit, nisi in his quę sunt extra  
 ria bona, nec ad ipsum hominē magnopere pertinet. Nam  
 vera animi bona solus deus potest eripere, quod non solet,  
 nisi ingratīs, solus potest largiri, quod non cōsuevit immiti  
 bus & ferocibus. Nemo igitur Christianus leditur, nisi a se  
 metipso, nulli nocet iniuriā, nisi suo authori. Adiuuant &  
 hæc, tametsi leuiora, ne dolori mētis obsequare, si cōmode  
 collectis rhetorū circūstantijs, pariter & tuū incōmodū ex  
 tenues, & alienā eleues iniuriā, his ferme modis. Læsit, sed  
 facile resarciatur. Tum puer est, rerū imperitus, adolescens  
 mulier est, alieno fecit instinctu, imprudēs, probe potus, æ  
 quū est ignoscere. At contra grauiter quidē læsit, sed pater  
 est, frater, præceptor, amicus, vxor. Par est, hoc doloris illius  
 vel charitati, vel authoritati condonare. Aut paria faciens  
 iniuriā cum alijs illius in te beneficijs compensabis, vel cum  
 tuis in illū offensis exæquabis. Hic quidē læsit, sed alias q̄  
 saepe profuit? Illiberalis est animi, benefactorum obliuis  
 sci, iniuriolæ meminisse. Nunc me offendit, sed quoties a  
 me offensus. Ignoscā illi, vt mihi meo exemplo ignoscat,  
 & ipse delinquenti. Porro multo præsentius remediū fue  
 rit, si in peccato hominīs in te, cogites quæ, quanta, quoties  
 tu peccaris in deum, q̄ multis nominibus illi sis obnoxius.  
 Quantum tu remiseras debitori fratri, tantum tibi condon  
 abit deus. Hanc dissoluendi æris alieni rationem nos do  
 cuit, creditor ipse. Non recusabit legem, quā ipse statuit. Tu  
 yta culpis exoluaris, Romam cursitas, nauigas ad diuum



## MILITIAE CHRISTIANAE

**Iacobū, emis condonatiōes amplissimas. Equidē non dam**  
 33 no, quod facis, sed vt oīa facias, nulla tamen cōmodior ratio  
 33 qua post offensam reconcilieris deo, q̄ si tu offensus recon  
 33 ciliere fratri. Condona leuem culpā proximo (leue em̄ est,  
 quicquid homo peccat in hoīem) vt tibi tot milia culparum  
 cōdonet Christus. At durū est inquis animū excandescentē  
 cōprimere. Non tibi succurrīt, quāto duriora pro te tulerit  
 33 Christus? Quid eras, cum pro te impenderet animā precio  
 33 sam? Nōne inimicus? Qua lenitate quotidie te tolerat, vete  
 res iterantē noxias? Postremo qua māsuētudine ille pertu  
 lit probra, vincula, verbera, deniq; mortē probrosissimam?  
 Quid te iactas de capite, si non curas esse in corpore? Non  
 eris mēbrum Christi, nisi sequaris vestigia Christi. Sed in  
 33 dignus est, cui ignoscat. Ita ne tu dign<sup>o</sup> eras, cui ignosceret  
 33 deus? In teipso vis experiri misericordiā, & in fratrem vis ex  
 ercere seuerā iustitiam? Magnū est si peccator ignoscas pec  
 catori, cū Christus pro crucifixorib<sup>9</sup> suis orauerit patrem?  
 Arduū est nō referire fratrem, quem iuberis & amare? Durū  
 est non remitti maleficiū, pro quo nisi beneficiū retuleris,  
 non hoc eris in conseruū tuum, q̄d fuit Christus in seruū  
 33 suū. Postremo si indignus hic, cui beneficiū pro maleficio  
 33 rependat, at tu dignus qui facias, dignus Christus pro quo  
 fit. Sed veterē ferēdo iniuriā, inuito nouā, Reperet iniuriā  
 si hanc abstulerit impune. Si citra culpā potes vitare, vita, si  
 mederi, medere, si resarcire, resarci, Si sanare furētem, sana.  
 Sin minus, pereat ille solus potius q̄ tecū. Istum qui se dam  
 nū de disse putat, cōmiseratione non poena dignū puta. Vis  
 33 cum laude irasci? Irascere vitio, non hominī. Sed quo natu  
 ra propensior es ad hoc vitij, tanto diligentius temet multo  
 33 ante p̄munito, semelq; hoc decretū penitus anio inculpās  
 33 tuo, ne quid vnq; vel dicas, vel facias iratus. Nihil tibi cres  
 33 dideris cōmoto. Suspectū habeto, quicq; impetus ille anio  
 33 mi dictauerit, etiā si sit honestū. Memineris inter phrenetis  
 33 cum, & ira bacchantē, nihilo plus interesse, q̄ inter breuē &

lōm. v.

lure. p̄mij

o. irasci d. homo

33 perpetuā insanīā. Succurrat, q̄ multa per iram vel dixeris,  
 33 vel feceris pœnitēda, quę iam frustra mutata cupias. Proin  
 33 de cum tibi bilis efferuescit, si te non potes illico totū ab ira  
 33 vendicare, saltē eātenus resipisce, vt te memineris sanū non  
 esse. Hoc meminisse sanitatis pars est nōnulla. Sic tecū cogi  
 ta. Nunc quidem ita sum affectus, at paulo post multo alia  
 mente fuero. Cur ego interim dicam in amicū iratus, quod  
 postea placatus, mutare nō queam? Cur nūc faciā insanus,  
 quod mihi redditus magnopere doleam? Cur non hoc po  
 tius a me impetret ratio, cur nō impetret pietas, deniq; cur  
 non impetret Christus, qđ tempus ip̄m paulo post impetra  
 bit? Nemini (opinor) tantū atræ bilis adidit natura, quin  
 saltē hactenus sibi possit imperare. Optimū autem fuerit sic  
 instituto, rōne, assuetudine durare animū, vt oīno non con  
 33 moueare. Perfectū erit, si vitio tantū indignatus, pro cōtu  
 33 melia reponas officiū charitatis. Postremū & humanæ tem  
 perantiæ, ne te totū animo pmittas. Prorsum non irasci, deo  
 simillimū est, eoq; pulcherrimū. Malum in bono vicere, est  
 33 perfectā Christi Iesu charitatē æmulari. Iram p̄mere, frenos  
 33 q; coercere, hoīs est cordati. Indulgere bili, ne hoīs quidem  
 33 est, sed plane ferarū, idq; immitiū. Q; si iuuat cognoscere, q̄  
 33 vehemēter sit indecorū homini ab ira superari, fac sanus cū  
 es, vultū irati contēplere, aut ip̄e iratus speculū adeas. Cum  
 sic flāmanes ardent oculi, pallent genæ, distorquet os, spū  
 mant labia, tremūt mēbra, fremit vox, nō constant sibi ge  
 stus, quis te existimet hoīem esse? Vides amice suauissime,  
 q; immēsum pateat æquor, de reliquis vitijs cōsimili modo  
 differēdi. Sed nos medio in cursu vela colligemus, id quod  
 reliquū est tuæ sollertiæ relicturi. Neq; em̄ propositi nostri  
 erat, & sane q̄ infinitū fuerit, ita vt cœpimus, singula vitio  
 rum genera singulis quasi declamatiōibus dissuadere, atq;  
 ad his oppositas virtutes adhortari. Tantū volui, quod tibi  
 satis fore credebā, rationem & artem quandā nouæ militiæ  
 cōmonstrare, qua te posses aduersus pristinæ vitæ repullus

## MILITIAE CHRISTIANAE

lantia mala cōmunire. Itaq; quod nos in vno atq; altero ex  
 emplī causa fecimus, id teipsum oportebit facere, cū in sin-  
 gulis, tum potissimū in his, ad quæ cognoueris te, siue nas-  
 turæ, siue cōsuetudinis vitio, peculiariter instigari. Aduer-  
 sus hæc certa quedā decreta in albo mētis nostræ describen-  
 da sunt, atq; ea ne desuetudine obsolescant, subinde reno-  
 uanda. Veluti contra malū obrectationis, turpiloquiū, in-  
 uidentia, gastrimargiæ, & id genus reliqua. Hi soli sunt ho-  
 mines militū Christianorū, in quorum assultū, oratione, sensu  
 sapientum, dogmatibus diuinæ scripturæ, exemplis  
 priorum hominū, & maxime Christi, multo ante est præmu-  
 niendus animus. Hæc omnia tamen non dubitē, quin affas-  
 tim tibi suppeditatura sit sacra lectio, tamen fraterna chari-  
 tas nos est adhortata, vt saltē hac extemporali scriptūcula,  
 pro mea virili, sanctū tuum propositū promouerē, adiuua-  
 remq;. Id quod eo feci maturius, qd non nihil metuerem, ne  
 in supersticiosum istud religiosorū genus incideres, qui par-  
 tim quæstui seruiētes suo, partim ingenti zelo, sed non se-  
 cundū scientiam, circūeunt mare & aridam, & sicubi nacti  
 fuerint hominē a vitijs ad meliōrē vitam iam resipiscētem,  
 eum ilico improbissimis hortamentis, minacijs, blandicijs  
 in monachatū conantur detrudere, perinde quasi extra cus-  
 cullum Christianismus non sit. Deinde vbi scrupulis meris  
 & inextricabilibus spinis pectus illius expleuerint, ad hu-  
 manas quasdā traditiunculas astringūt, planeq; in Iudaismum  
 quendā præcipitant miserū, ac trepidare docent, non  
 amare. Monachatus non est pietas, sed vitæ genus, pro suo  
 cuiq; corporis ingenijq; habitu, vel vtile, vel inutile. Ad qd  
 equidē vt te non adhortor, ita ne dehortor quidē. Hoc mo-  
 do cōmoneo, vt pietatē neq; in cibo, neq; in cultu, neq; vlla  
 re visibili constituas, sed in ijs quæ tradidimus. In quibus-  
 cunq; vero deprehenderis veram imaginē Christi, cum ijs  
 te copula. Porro vbi desunt homines, quorum conuictus te  
 reddat meliōrē, abducito te quantū potes ab humano con-

sortio, & prophetas sanctos, Christum, Apostolos, in collo-  
 quium ascisce. In primis autē Paulum tibi facito familiarē.  
 Hic tibi semper habendus in sinu, nocturna versandus ma-  
 nu, versandus diurna, postremo & ad verbū ediscendus. In  
 quē nos iam pridem enarratōem magno studio molimur.  
 Audax quidē facinus, sed tamen diuino auxilio freti sedulo  
 dabimus operā, ne post Origenem, Ambrosium, Augusti-  
 ninū, ne post tot recentiores interpretes, hunc laborē omni-  
 no vel sine causa, vel sine fructu suscepisse videamur. Atq̃  
 vt intelligant calumniatores quidā, qui summā existimant  
 religionē, nihil bonarum literarū scire, q̃ politiorē veterum  
 literaturā per adolescētiam sumus amplexi, q̃ vtriusq̃ lin-  
 guæ, Græcæ pariter ac Latīnæ, mediocrē cognitionem, non  
 sine multis vigilijs nobis peperimus, non ad famā inanem  
 aut puerilē animi voluptatem spectasse nos, sed multo ante  
 fuisse præmeditados, vt dominicū templum, quod nonnulli  
 incitiā barbarieq̃ sua nimis dehonestarunt, exoticis opib̃  
 bus pro viribus exornaremus, quibus & generosa ingenia  
 possent ad diuinarum scripturarū amorem inflāmarī. Sed  
 hac tanta re, pauculos dies intermissa, hunc laborē tua caus-  
 sa assumpsimus, vt tibi veluti digito viam, quæ compendio  
 ducit ad Christum, indicaremus. Precor autē Iesum istius  
 (vti spero) propositi parentē, vt salubribus tuis cceptis, be-  
 nignus aspirare dignetur, immo vt suū in te mutando mu-  
 nus augeat perficiatq̃, quo cito grandescas in eo, & occur-  
 ras in virum perfectū. In eodem bene vale frater & amice,  
 semper quidē animo dilecte meo, at nunc multo q̃ ante hac  
 tum charior, tum iucundior. Apud diui Audomari, Anno  
 a Christo nato supra millesimū quingentesimo primo.

FINIS ENCHIRIDII.

DESYDERIVS ERASMVS RO

terodamus Ioanni Coleto theologo do  
ctissimo, facundissimoq; S.P.D.



VAM præter meritū nos superioribus li-  
teris tuis laudas doctissime Colete, tā his  
proximis imerentē obiurgas. Quāq; non  
paulo æquiore animo fero reprehensionem  
tuam, quam non mereor, q̄ laudes tuli tuas,  
quas non agnoscebā. Nam accusati non solū sine vitio nos  
metīpos purgare possumus, verum etiā hoc citra culpā non  
facere nō possumus. Cum interim laudes accurati⁹ refelles  
re, hoīs esse videat̄ laudū ieiuni auidiq; neq; simpliciter id  
agentis, ne laudeat̄, sed vt aut sapius laudeat̄ aut copiosius.  
Tu credo vtroq; in genere periculū nostri facere voluisti, &  
quid mihi placerē tantī viri præconio cohonestatus, et quid  
aculeorū haberē, obiurgatiuncula irritat⁹. Constātissimus  
in amore sis oportet, qui quidē sis in recipiēdis amicis, tam  
cautus, tam diligēs, tam contabūdu, tam explorans. Verū  
his tecū iocari libuit. Alioq; q̄ lætabar antea vel falso laudas  
ri a viro oīm laudatissimo, tam nunc admoneri gaudeo, ab  
amico syncerissimo. Igitur posthac pro tuo arbitratu tuum  
Erasmmum vel laudato, vel obiurgato, modo quotidie litera  
rum tuarū aliquid huc aduolet, qua re mihi nihil possit ac-  
cidere iucundius. Sed iam ad epistolā tuam paucis, ne puer  
⁹ qui literas tuas attulit, inanis ad te redeat. Quod neotericū  
⁹ hoc theologorū genus, qui meris argutijs & sophisticis cas-  
⁹ uillationibus insenscūt, tibi negas placere, nā tu mecū ves-  
⁹ hemēter mi Colete sentis. Non quod illorū studia dānem,  
⁹ qui nullum oīmno studiū non laudo, sed cum sola sunt ista,  
⁹ nec vllis antiquioribus, elegātoribusq; cōdita literis, eius-  
⁹ modi mihi vident̄, vt sciolū & contētiosum hoīem reddere  
⁹ possint, sapientē an possint, viderint alij. Ingeniū enim ieiū-  
⁹ na & aspera quadā subtilitate exhauriūt, neq; vllō vegetāt

20 succo, neq̄ aniant spiritu. Et quod oim̄ est maximū, theolo-  
 20 giā illam oim̄ disciplinarū reginam, sic veterū facundia lo-  
 20 cupletatā ornatamq̄, sua balbutie & orationis spurcissimæ  
 20 sordibus deuenustant, sic priscorū ingenijs expeditā, spinis  
 20 quibusdā impediunt, inuoluētes oīa, dum oīa conant̄ resolu-  
 uere quēadmodū ipsi loquūt̄. Itaq̄ videas eam quæ quon-  
 dam augustissima fuerit, maiestatiscq̄ plena, nunc pene mur-  
 tam esse, inopem, pānosam. Illicimur int̄erea dulci quodam  
 & illecebroso morbo, nunq̄ satiatæ contētionis. Rixa e rixa  
 nascitur, & miro supercilio, de lana caprina digladiamur.  
 Tum ne nihil inuenis veterū theologorum adiecisse videa-  
 mur, satis audacter & certas quasdā ratiōes præscripsimus,  
 quibus deus mysteria sua peregerit. Cum interdū perfectio-  
 nis sit credere fieri, ceterū quibus modis id fiat, omnipoten-  
 tię dei permittere. Adde quod ostentādi ingenij studio, non  
 nunq̄ eiusmodi quæstiones agitamus, quas aures pię vix  
 ferant, cum quærīmus, num deus potuerit diabolu, aut asse-  
 20 num assumere. Fortasse tolerandū, si quis ista tanq̄ acueudi  
 ingenij gratia modice per ætatē attigerit, sed in his tanq̄ ad-  
 20 scopulos sirenaeos, non cōsenescimus modo, verum etiā im-  
 20 morimur, præ his nullas non literas contēnimus. Accedit  
 ad hæc, quod nostra tēpestate fere ad theologiæ studiū sese  
 applicant, literarū omniū principem, qui propter ingenium  
 pingue parūq̄ sanum, vix vllis sunt literis idonei. Hæc aut̄  
 dixerim, non de doctis ac probis theologiæ professoribus,  
 20 quos in primis suspicio venerorq̄, verum de sordido hoc ac  
 20 superciliofo vulgo theologorū, qui præ se omnes oim̄ literas  
 20 pro nihilo ducunt. Quo cum hoim̄ genere inexpugnabili,  
 cum tu Colete dimicationē susceperis, vt veterē illam ac ve-  
 ram theologiā, istorum spinis obsitā implexamq̄ in pristis-  
 num nitore ac dignitatē, pro tua virili restituas, puinciam  
 (ita me deus amed) sumpisti, multis modis pulcherrimam,  
 ipsius theologiæ noīe pñssimā, cum oim̄ studiosorum, tum  
 huius Oxoniensis florētissimæ Academię causa saluberris

## DISPVATIO DE

mam. Verū (ne quid mētīar) & negotij & inuidiæ plenam.  
 Quā negotij quidē difficultatē, tua tum eruditio, tum in-  
 dustria superabit, inuidiā animi tui magnitudo facile negli-  
 get. Sunt & inter ipsos theologos non pauci, qui tam hone-  
 stos tuos conatus, et velint et possint adiutare. Immo nemo  
 non dextrā iunxerit, cū nullus etiam doctorū sit in hac cele-  
 berrima schola, qui tibi Paulinas epistolas publice iam tris-  
 enniū enarranti, non attentissimas aures præbuerit. Qua  
 quidē in re, vtrū magis laudanda modestia illorū, qua non  
 verentur oīum διδάσκαλοι hoīs ætate iuuenili, nullaq; docto-  
 ratus, vt vocant, authoritate præditi ἀγοραῖοὶ videri, an tua  
 singularis tū eruditio, tum eloquētia, tum morū integritas,  
 quā illi hoc honore dignā iudicant? Demiror autē, non q̄ tu  
 tanto oneri supposueris humeros, cui par esse potes, sed q̄  
 me nihili hoīem, in tā magnifici muneris societatem voces.  
 Hortaris em̄, immo pene cōiūctio efflagitas, vt quēadmodū  
 tu Paulū, itidē ego vel priscū illum Mosen, vel facundū Es-  
 saiam enarrans, hybernīs hīs mēsi bus frigentia (vti scribis)  
 22 huius gymnasij studia coner accēdere. Ego vero qui mecū  
 23 habitare didici, nec ignoro, q̄ sit mihi curta supellex, neq;  
 doctrinæ tantū arrogo, quæ tantis obeūdīs rebus sufficiat,  
 neq; tm̄ animi robur mihi reor adesse, vt tot hoīm, sua fortī-  
 ter tuentiū, inuidiā quē sustinere. Res ista non tyronē, sed  
 exercitatissimū requirit Imperatorē. Neq; vero me ipuden-  
 tem vocaueris, qui ista recusem, impudētissimus oīno futur-  
 rus, ni recusarē. Tu mi Colete parū prudēter facis, qui (qd̄  
 24 ait Plautus) e pumice postules aquā. Qua tandē ego fronte  
 25 docebo, qd̄ ipse non didici? Qui frigus aliorū accendā, ipse  
 26 totus tremēs horrensq; Ipsa temeritate mihi magis temera-  
 27 rius videar, si statim tāta in re vires meas periclitē, et iuxta  
 Græcā. παρομίαν ἐν τῷ πύρω τὴν κεράμιαν experiar. At ex-  
 pectarā inquis, & opinione te falsum quereris. Tecū igitur  
 ipse expostules oportet, haud mecū. Neq; em̄ nos te sefellis-  
 mus, quippe qui nihil istiusmodi, vel p̄miserimus, vel etiā

ostēderimus, Sed tu teip̄m sefellisti, qui mihi de me vera p̄  
dicanti, credere nolueris. Neq; vero huc appuli, vt poeticas  
aut rhetoricas l̄ras docerē, quę mihi dulces esse desierūt, po  
steaq; desierūt esse necessaria. Hoc recuso, q̄a minus est insti  
tuto meo, illud quia maius viribus. In altero obiurgas ime  
rentē mi Colete, quippe qui seculariū (vt vocā) literariū pro  
fessionē nunq̄ prae me tulerim, ad alterū frustra hortaris, vt  
cui me nimis imparē esse cognoscam. Q; si maxie par sim,  
ne liceat quidē. Nam mox Luteciā relictam repeto. Interim  
dū me partim hyems hic alligat, partim recēs ducis cuiusdā  
fuga nō sinit exire tuto, in hanc claudatissimā Academiā me  
contuli, vt vnū aut alterū mensem cū tui similibus potius, q̄  
cū torquatis istis aulicis agerē. Tuis vero pulcherrimis ac  
diuinis conatibus, tantum abest vt velim aduersari, vt me,  
quoniā nondū adiutor sum idoneus, sedulū & hortatorē, &  
fautorē fore pollicear. Cæterū vbi mihi conscius ero, adesse  
robur & vires iustas, accedā & ipse tuis partibus, & in asse  
renda theologia, si non egregiā, certe sedulā operā nauabo.  
Interī nihil mihi possit esse dulcius, q̄ (ita vt coepimus) quo  
ridie vel corā, vel per ep̄las de sacris l̄ris inter nos cōflicari.  
Vale mi Colete, Humanissimus p̄sul Richardus Charno  
cus hospes meus, cōis mihi tecū amicus, iussit tibi suis ver  
bis multā salutē ascribi, Oxoniæ e collegio canonicorū or  
dinis diui Augustini, q̄d vulgo dicūt sanctæ Mariæ.

DISPVTA tiuncula de tedio, pauore, tristitiā Iesu,

instāte supplicio crucis, deq; verbis quibus visus

est mortē deprecari. PATER SI FIERI

POTEST, transeat a me calix iste,

Erasmus Roterodamus Ioāni Coleto suo, S. D.

**H**ERI cum in pomeridiana conflictatiūcula no  
stra Colete, multa quidē abs te tum acute, tū gra  
uiter dicerētur, nec tuā mihi sententiā satis pro  
bares, a qua tamē dissentire magis poteram, q̄ refellere. mi



## DISPV TATIO DE

hicq; viderer, non tā causa esse inferior, q̄ facundia, cōtentio  
 nem tu quidē in praesentia pro tua modestia remittebas, ve  
 rum digredientē, vt rem mecū attentius amussatiusq; per  
 penderē orabas, negans te dubitare, quin si ita facerē, ilico  
 pedibus in tuā iturus essem sententiā. Ac meo quidem iudi  
 cio faciebas prudēter. Sciebas em̄ (vt grauiter dixit mimus  
 ille nobilis) nimīū altercando, nō nunq̄ amittī veritatē, praes  
 sertim si disputatio peragat̄ his testibus, apud quos doctri  
 nae nostrę opinionē, periclitari credamus. Aderat aut̄ Rich  
 arduus Charnocus praesul, vetustissimus amicus tibi, mihi re  
 cens hospes, sed vtriusq; nostrū pene ex aequo tum amans,  
 tum admirās. Praeterea natura insitus cōtentionis calor, &  
 studium sua cuiq; tuendī, māfuetioribus etiā mentibus nō  
 nunq̄ imponit. Nam vt inuenias, qui velit agro paterno ce  
 dere, qui velit ingenio cedere, nullus erit. Itaq; monitis tuis  
 mi Colete libenter sum obsecutus, remq; totā mecum anio  
 repetens, paulo sum fixius pressiusq; contēplatus, depōsito  
 omni studio, rationes vtriusq; cōponens atq; expēdēs, im  
 mo pmutatiōe facta, vt tuis perinde ac meis fauerē, & meas  
 nō minus acriter, q̄ si tuā fuissent excuterē. Mihi tamē ins  
 ter haec neq; noui quicq; in mentē venit, neq; cuiusq; quod  
 dixerim, pœnituit. Experiar igit̄, si possim pugnā illam vni  
 uersam literis rep̄sentare, & tanq̄ eandem fabulā agere de  
 nuo, non qd̄ sim q̄ tum erā instructior, sed vt eadē illa qua  
 tum incondite (quippe imparatus) dicebā, nunc efferā pau  
 lo, tum digestius, tū munitius. Nam paribus copijs, nonni  
 hil tamē refert, q̄ scite collocata acie pugnes. Verū argumē  
 tis potissimū agemus, quādoquidē librorū subsidia, in praes  
 entiarū a nobis desyderant. Qua quidē in re tu me foelici  
 or. Verū quid mea? In literaria pugna, qui sapit, non tā vin  
 cere cupiat, q̄ vinci, hoc est, non tam docere, q̄ discere. Si suc  
 cumbo, discedo doctior, sin supero, tibi nihilo iniucundior.  
 Verū iam accingar. Haec (si satis cōmemini) erat tuā dispu  
 tationis summa. De tedio, pauore, ac tristitia redēptoris no

stri Iesu, deq; verbis quibus mortē videtur deprecari, si possibile est, transeat a me calix iste, interpretationē vulgo a theologis recētibus receptā atq; inculcatā, negabas tibi probari. Quibus placeret, Christū vt̄i verum hoīem, tum diuinitatis id tēporis auxiliō destitutū, tam dirū atq; immanē cruciatū, qui iam propius instaret ac prope premeret, propter naturā nostrā imbecillitatē, quam cū plurimis malis nostris assumpserat, exhorruisse. Atq; ab eo affectu profectam vocem illā hoīs reformidātis. Mi pater, si possibile est, transeat a me calix iste. Et hanc quidē fuisse vocē nostrā, hoc est imbecillitatis humanæ testē. Cæterū addidisse protinus, quod erat virtutis & obedientiæ, & tanq̄ superato affectu dixisse verūtamen non sicut ego volo pater, sed sicut tu. Negabas em̄ quicq̄ minus in Christi charitatē cōuenire, quæ fuit sine cōtrouersia flagrantissima, q̄ mortē eam, quā amore nr̄i tan̄topere sitierat, nunc iminentē exhorrescere, deprecariq; Addebas vehemēter absurdū videri, cum martyrū pleriq; immanissimos carnificū cruciatus, animis non solum impavidis atq; intrepidis, verū etiam alacribus, quasiq; gestientibus excepissent, nonnullis adhibita tormēta voluptatē quocq; attulissent, charitatis videlicet, magnitudine, doloris sensum absorbēte. Christum qui verus est amor, vera charitas, qui nō in aliud venerat, q̄ vt nos morti obnoxios, in debita sua morte in vitā assereret, crucis vel ignominia, vel acerbitate exhorruisse. Proinde q̄ toto corpore sanguinē sudaauerit, q̄ ad mortē vsq; fuerit an̄o contristatus, ita vt esset angelorū solatio subleuādus, q̄ quasi patri blādiens, calicē mortis deprecatus sit, hæc oīa quouis referri malebas, q̄ ad mortem reformidatā. Charitatis hanc esse aiebas propriā vim ac munus, formidinē omnē procul excludere, alacritatē adferre pro tristitia, nihil ad sese spectare, totā semet alijs profundere. Neq; quadrare, neq; consentaneū videri, illum humani generis amatorē si uentissimū, non cōtanter modo, verum etiā timidissime mortē adisse. Atq; vt tua confirmares,

adijciebas te magnopere dissentire ab ijs, qui in statuendo  
 charitatis ordine, gradus quosdā amandī cōmiserent, ab  
 ipsa charitatis natura prorsus abhorrētes, videlicet vt secū-  
 dum deū, sibi quisq; charissimus esset, semperq; in eodē ge-  
 nere rerū, quæ nostra sunt, ijs quæ sunt proximorū præfera-  
 mus. Dicebas hanc collationē tollere hoc, qd amoris est pro-  
 priū ac genuinū, qui sua negligit, curat aliena, nihil minus  
 q̄ amare, qui seipm amet. Mosē potius habuisse, deleri de  
 libro vitæ, q̄ populū interire. Christū charitatis exēplar, se  
 perdidisse, vt nos essemus incolumes. Paulum alterū amor-  
 ris perfecti speculū, opasse vt anathema fieret, pro fratribus  
 suis secundum carnē. Hæc inq; erat Colete cōfutationis tuæ  
 summa, quā vt potuimus contractissime quidē collegimus,  
 tamē citra omnē præuaricationē, nihil de industria vel præ-  
 tereuntes, vel eleuātes, id quod Quintilianus admonet in  
 confutādo fieri oportere. Immo quod ipse non diffiteberis,  
 quædā munitiora quoq; retulimus, q̄ tu proposueris. Sed  
 iam ad rem discutiendā accedemus, si prius illius numē im-  
 plorauerimus, qui quoquo modo, certe nobis tēdit, nō sibi.  
 nobis pauit, non sibi, nobis contristatus est, non sibi, nobis  
 sudauit, nō sibi, & qui solus nouit qua mente patrē ora-  
 uerit, non sinat nos nostrā mentem sequi, sed suā dignetur  
 impertire. Tuā vero sententiā authore Hieronymo confir-  
 mabas, quē vnum hac in re verū vidisse dicebas, qui pauor-  
 ris & tedij causam mutarit, scripseritq; (vt aiebas) Saluator  
 rem Iesum nihil aliud orasse, quā ne sua mors, quā vniuersis  
 salutiferā esse cupiebat, Iudæis exitialis fieret. Hinc illam  
 fuisse anxietatē pauētis mcerētisq; ad mortē vsq; acerbam.  
 Inde sudorē sanguineis guttis toto corpore in terrā destil-  
 lantem. Hoc ita habere, certissimū argumentū esse dicebas,  
 quod iam in cruce sacrificium illud peragens æternū, pro  
 eisdem sui supplicij ministris, eundē orans patrem. Ignosce  
 inquit, quia nesciunt quid faciunt. Vt pene idem sit sensus  
 in vtriusq; verbis. Transeat a me calix iste, id est ne me sua.

1) perniciē occidant Iudæi, & ignosce, quia nesciunt quid faciunt. Hanc Colete siue tuam, siue Hieronymi sententiā, si sic probas vt aliorum non reñcias, iam & ipse in eam pedibus discedo, Nam & libenter cum Hieronymo nostro sentimus, & a Coletō non ita libenter dissentimus. Nihil enim prohibet, quo minus ex sacris literis, quæ mira quadā cœcunditate sunt, varios sensus eliciamus, & vnum locū non vno modo accipiamus. Scio iuxta diuum Iob, multiplicem esse sermonē dei, scio manna non omnibus palatis idem sapuisse. Verū si interpretamētum istud sic amplecteris, vt id quod & plures habet authores, & receptius est, dānes atq; reñcias, reclamo, & a te libere dissentio, dissentiamq; donec me tecū sentire iubebis, nec iussurū scio, quæ tua modestia est, nisi tuam sententiā idoneis argumētis probaris. Placet, quod dixit Hieronymus, erubescant qui putāt Saluatorem timuisse mortē, & passionis pauore dixisse. Transeat a me calix iste, displicet, quod nemo fere non dixit, Iesum propter assumptum hominē humana infirmitate reformidasse mortem, natura acerbam. Si autoritate me premis, quid si virūq; sensit Hieronymus? Quid si sapit hoc, q̄ illud? Quid si eodem in loco neutrum tacuit? Quid si ne sensit quidem, quod tu, aut id etiā quod scripsit? quandoquidem ille in cōmentarijs summā libertatem esse putat, quod in Rufinum scribens palam testatur. Etenim in his non suo quisq; periculo quid sentiat ipse pronuntiat, sed quid alij senserint refert. Quod cum omnibus qui commentarios scribunt cōmune est, tum Ambrosio Hieronymoq; præcipuum studium fuit, per diuersos authores vagari, & illorum nō suo periculo, quæ senserint recēdere. Vterq; autem Origenem in enarrandis diuinis literis potissimum est æmulatus, cui familiare videmus esse, vt eadem de re, varijs differendis sententijs, lectori copiosam cogitandī materiā subministraret. Relege locū, vnde ista profers, & vehemēter me fallit animus, nisi & hoc cōmemorat, qd tu nunc oppugnās. Sed

interim, dum librorū copia sumus destituti, ratio cum rati-  
 one, signa cum signis, argumentū cum argumento pugnas-  
 bit. Principio si Christum hoc vnū tantopere angebat, quod  
 mortē suam Iudæis aliquot exitiū allaturā esse præuideret,  
 aut, vt sentit Hilarius, quod ea videlicet offensos ac conster-  
 natos Apostolos, a se descituros præsciret, cum ista tū nihilo  
 clarius prospexerit, q̄ a momēto conceptionis, nunq̄ non eo-  
 dem modo oportuit angī. Nam si causam perpetuā admittis-  
 tis, nō potes nō & effectū perpetuūmittere. Porro Iudæo-  
 rum exitiū, cur nunc demū deprecatur? Cur hoc potissimū  
 tēpore? Cur nō alijs verbis? Defleuerat ante Hierosolymis  
 tanū excidiū, sed verbis perspicuis. Orauit de cruce p̄ mor-  
 tis authoribus, pro blasphemātibus, sed verbis neutiq̄ am-  
 biguis. Cōueniunt circūstantiæ. Hic neq̄ in re, neq̄ in ver-  
 bis, vel leuis est coniectura, quæ pertineat ad interitū Iudæ-  
 orum, nisi impudētissime quis torserit. Nonne palā, inquis,  
 orat ne se Iudæi occiderent, cū ait. Transeat a me calix iste?  
 videlicet, quē mihi sunt propinaturi? Immo si me verbis vr-  
 geas, magis videbūtur ad patrē propinantem, q̄ ad Iudæos  
 pertinere. Id quod ex simili loco fit luce ipsa clarius, vbi chri-  
 stus de morte sua loquens. Calicem, inquit, quē dedit mihi  
 pater, non bibā illum? Dat igitur pater filio bibendū cali-  
 cem, filius vt homo, & homo nostris malis infirmus, vere re-  
 formidat mortē instantem, & patrem orat, vt eum calicem  
 a se transferat. Pro me facit & pronomē iste, quod non igno-  
 ras vtro potius oporteat referri, ad patrem cui loquitur, an  
 ad Iudæos. Idem sonant verba Marci, & orabat, vt si fieri  
 posset, transiret ab eo hora. Quæ tandē hora? nisi iam vr-  
 gentis supplicij? Deinde verba orātis subiicit. Abba pater,  
 oīa tibi possibilīa sunt, transfer calcem hunc a me. Ergo ser-  
 monem Christi si excutias, ne syllaba quidem inuenietur,  
 quæ tuam sententiā adiuuet. Iam ex re si captes argumēta,  
 tantundē inueneris, hoc est nihil oīno, quod pro te faciat.  
 Collige iuxta rhetorū præcepta quid præcesserit, quid con-

» iunctū fuerit negotio, quid consecutū sit. Dixerat Iudas, qđ  
 » facis, fac citius. Imminēt impietatis ministri. Aduētat pro-  
 ditor cū infœlicissima cohorte. Iesus volens tot martyrū mis-  
 lia, qui suā mortē erant imitaturi, exēplo suo instituere, quo  
 modo sese deberēt gerere, vbi carnifex dirus vrgeret, vbi fœ-  
 uos intentaret cruciatus, secretū captat locū, orantibus ido-  
 neum, tedere cœpit, ne sibi displicerent martyres similia pa-  
 tiētes, abijcit sese humi, hoc facto docēs, non expedire mar-  
 tyri supplicū adituro, vllis suis inniti viribus aut meritis,  
 verū de se penitus diffiso, ad capitis opem tantum oportere  
 respicere. Orat patrē in media tristitia, vt si fieri possit, mor-  
 tem transferret. Sed vincit hunc affectum infirmitatis, et se  
 totū paternę volūtati submittit. Admonet dormitātes Apo-  
 stolos, vt vigilent orentq̃, spiritū quidem esse promptū, car-  
 nem vero infirmā, mox obuiū se præbet quærētibus, atto-  
 nitos confirmat, trepidos prouocat. Proditorē etiam osculo  
 dignatur, & amicū vocat. Vides opinor Colete circūstantis-  
 as omnes, quæ ante rem, quæ in re, quæ post rem, nihil aliud  
 demonstrare, q̃ Christū Iesum ex assumptæ conditionis im-  
 becillitate, mortē vicinam horruisse, sed ope diuina & vir-  
 » tute obedientiæ cōstanter eandē suscepisse. Verum nusquā  
 » mihi theologi locuti vidētur perplexius, q̃ de hoc euange-  
 » lii loco. Alius Christū reformidasse negat, veluti tuus Hie-  
 ronymus, necq̃ dissentit Augustinus, enarrans psalmū. xxi.  
 Corpus em̄ inquiens suū gerebat, id est ecclesiam, nisi forte  
 putatis fratres, quia cum dixit dominus, pater si fieri potest  
 transeat a me calix iste, mori timebat. Ambrosius mortis tæ-  
 diū, modo videtur Christo tribuere, modo adimere. Tri-  
 buit, cū dicit. Quasi homo mortē recusans, quasi deus sen-  
 tentiā suam seruans. Rursum adimit cum scribit. Doles em̄  
 » domine Iesu non tua, sed mea vulnera, non tuā mortem, sed  
 » meam infirmitatem, & nos æstimauimus te in dolore, cum  
 » tu non pro te, sed pro me doleres. Iterum aliquāto inferius.  
 Tristis videbatur, & tristis erat, non pro sua passione, sed

## DISPVATIO DE

pro nostra dispersione. Ac paulo post, Tristis erat, quia nos paruulos relinquebat. Et ibidem. Transfer (inquit) calicem hunc a me, nō quia deus dei filius mortē timebat, sed quia

» nec malos pro se perire volebat. Porro Hilarius etiā impiā

» stultitiā nominat, si quis affirmet Christum suā ipsius mortem reformidasse. Eam loquēdi diuersitatē in reliquis quoq; scriptoribus deprehendet hoc loco, qui diligēter obserauerit. Sed fortassis admiratione dignū, cur tantopere reformident Christo tribuere mortis reformidationē, cum omnes vno pene anō, non vereant tribuere duas volūtates, diuinā & humanā. Easq; non solū natura diuersas, verū etiā dissidentes, vt qd altera noluerit, altera voluerit. Duos item affectus, mentis, & carnis, quorū altero mortē sitierit, altero recusat. Adeoq; voluntates has duas comprobauit

» authoritas ecclesiastica, vt hæreseos notam inuulerit ijs, qui

» diuersa senserunt. Interdum fatent hoc qd mortem refugit,

» fuisse conditionis assumptæ, interdū non naturæ hoc fuisse, sed dispensationis. Porro autē magis etiā hærent in illis Christi verbis. Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste, verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Et pater si vis, transfer calicē istum a me. Primū quid attinebat Christum oīno orare, qui quidē vt omniscius erat, etiam vt homo, ita & omnipotens? Deinde cur orat, quod se nouit non exoraturum? Nam siue orat, ne a Iudæis occidatur, præsciebat occidendū sese, siue ne occiderent illi, sciebat occisuros. Siue ne perirent mortis occasione suæ, cum Iuda p̄ multos, sciebat perituros. Deniq; cur orat, quod non vult pater? Illud etiam perplexius, cur tanq̄ vel de voluntate patris, vel potestate dubitans ait, si vis, & si possibile est, quasi quicq; ignorauerit? His atq; huiusmodi multis offensus Augustinus, & causam mœroris p̄ uorisq; mutauit in Christo, & totum hunc sermōem maluit ad corpus referre. Quāq; & Hieronymus & Ambrosius, eiusdem tristitiæ varias causas tradunt, siue liberum esse ratū, de vnaqualibet earum

sentire, siue quod non existimarent absurdū videri, si vnus effecti, plures esse causæ dicerent. Quoniā caput & corpus idem sunt, Christus imbecillitatem membrorum suorum in se transferens, pro illis teduit, mœstus fuit, contristatus est, pauit, agonizauit, sanguinē sudauit, hæc em̄ omnia verba sunt apud euāgelistas. Pro his orauit patrem, vt a se, hoc est a corpore suo, a Petro, a Paulo, a martyribus calicē transferret amaræ mortis. Quemadmodū & in cruce pendens cōprecatus est patrē verbis psalmi modo citati, quorū nulla nequaquā quadrat in filiū virginis, veluti hæc. Deus deus meus, vt quid me dereliquisti? Lōge a salute mea verba delictorū meorū. Nam quæ tandē sua delicta nominat, de quo testificat scriptura, qui peccatū non fecit, & non est inuētus dolus in ore eius: Vbi eleganter Augustinus. Delicta (inquit) nostra, sua delicta fecit, vt iustitiā suam, nostrā iustitiam faceret. Verum vt in cruce nostra delicta sua fecit, ita instante supplicio, nostrā trepidationem fecit suam, nostram mortem deprecā non suam. Atq; hæc quidem interpretatio pietatis plurimum habet, eoq; ad prouocandos ad amorem Saluatoris animos, in primis idonea est. Et de verbis quidem orantis, facile nos extricat ab omni difficultate. Verum de pauore suscepto videmur adhuc in eodem hæsitare luto. Tu causam quidem pauoris mutasti, quanquā re clamantibus circūstantijs coniecturalibus. Non reformidauit sibi mortem, non teduit sibi, sed tamē vere. Neq; enim (vt ait Ambrosius) speciem incarnationis suscepit, sed veritatem. Debuit ergo & dolorē suscipere, vt vinceret tristitiā, non excluderet. Quod si hic quoq; premis, Christum vere quidem pauisse, sed corporis sui, non suū malum. Cum recentioribus theologis rogabo, quid ita refugis in Christo mortis reformidationē concedere, præsertim assumptā ad tempus, non proprie coniūctam cum conditione, quam assumpsit Iesus? Et quanquā tu a neotericis theologis soles non inuitus desciscere, tamen id quod admonet in Parmenide



Plato, experiamur, num quid absurdi nostrā sententiā cōsequatur. Si nihil consequitur, quid est, quod ad alias coactas interpretationes diuertamus, id quod simplex, quod germanū, quod in manibus est relinquamus, quod nusquam est in literis, quæramus? At cōsequuntur (inquis) absurda permulta. Derogatur perfectiæ Iesu tum charitati, tum obedientiæ. Propterea, quæ neque flagrantissimæ charitatis est mortē deprecari, quā martyres amore illius summa alacritate adierunt, quā optauit Paulus, quam sitiit Andreas, quam desiderauit Martinus, & paratioris absolutiorisque obedientiæ est, vltro cupere quod velit pater, quæ isto modo loqui. Nolo mortem, si queam effugere te volente, sin mori me vis, meam voluntatem negligam, tuam sequar. Quæ si Christus perfectissime amauit, & genus humanū et patrem, cur redimendi nostri munus detractat? Cur reformidat, quod vult pater, cum amoris sit proprium, idem velle ac nolle? Cur calicem quem ille propinat, deprecatur? Si quocumque modo detractauit, aliquid detrahitur illius in nos charitati. Si quacumque ratione noluit, derogatur absolutissimæ obedientiæ. Neutrum competit in eum, qui fuit vtriusque, amoris pariter & obedientiæ perfectissimum exemplar, & cui nihil potuerit accedere. Deinde negabas eiusdem videri hominis vocem hanc. Vade retro Satanas, calicem quem dedit mihi pater, non bibam illum? Et hanc. Si fieri potest transfer a me calicem hunc, nisi de Iudæorum interitu, Hierosolymarum excidio, discipulorum scandalo ac defectione, martyrum supplicijs intelligatur. Ecce quæ multa cogeris comminisci, dum vnum illud quod simplex verumque est, reformidas. Hic nimirum est Colete scopulus ille procul albicans, qui te cum Hieronymo territabat, effecitque, vt translatis alio velis, proram flecteres. In hunc ne incurras, maioris longis ac sinuosis ambagibus circumagi, quam rectum tenere cursum. Sed etiā atque etiam vide, ne periculum quod emimus conspectum terret, nubes sit, non rupes, immo caue, ne dum falsam

cautem sedulo vitas, in verā impingas. Quanc̄ in praesentiarū consiliū non est, tuam quā probas opinionē refellere, sed meam, quā non recipis, tueri. Age igit̄ experiamur vete-  
 20 tere illo & Academico disserendi more, si docere queamus, Iesum vt perfectū & verum hoīem, ex natura quā assump-  
 psit de matre virgine, mortē suam reformidasse exhorruisse  
 q̄. Eamq̄ humano affectu deprecatū esse, hūana voluntate  
 20 noluisse. Hac de causa teduisse, contristatū esse, vsq̄ ad mor-  
 20 tem, sudasse guttas sanguīneas, agonizasse. Ad haec omnia  
 20 nihil derogare obedientiā, quā absolutissimā in illo credi-  
 mus, nihil charitati in nos, qua nulla maior esse queat. Im-  
 mo amorī illius erga mortaliū genus his rebus non solū ni-  
 hil detrahi, verū etiam multū adiungī. Postremo vt alacritā-  
 tem, quā tu charitatis comitē esse vis, foris illi detrahemus,  
 ita in tus tantā fuisset concedemus vni, quanta non fuerit in  
 vniuersis martyribus. Quid quaris amplius Colete? Belle  
 promittis inquis. Sed iam praesta. Equidem conabor, at tu  
 interim ab ista tua sententiā, quā nimis impense deamas, &  
 in quā vt discedam pedibus, non tam argumentis, q̄ precis  
 bus obtinere niteris, tantisper abducas animū, dum quae a  
 20 me dicuntur, cuiusmodi sint consideres. Primū illud opinor  
 20 abs te impetrabo. Iesum redemptorē nostrum perfectā ho-  
 20 minis naturā assumpsisse, cum omnibus affectibus, qui futu-  
 20 ri fuerant in Adam, si in natīua conditione perseuerasset.  
 20 Corpus sensibile, animā sensibilem, & naturalibus passio-  
 nibus obnoxiam. Nec inficiaberis, quod affirmat cum mul-  
 tis Augustinus, nec inficite explicat Bonauentura, scribens  
 in decimā quintā distinctionē tertij libri sententiarū, illum  
 non tantū dignatū esse hominis conditionē accipere morta-  
 lem, verū etiam plurimis malis nostris obnoxiam. Quem  
 admodū ipse de se testatur in psalmo, repleta est malis ani-  
 ma mea. Et astipulatur Paulus. Debuit, inquis, per omnia  
 fratribus assimilari. Nimirū ea mala in se recepit, quibus me-  
 derei in nobis. Neq̄ tamē recepit oīa. Nam omne malū aut

## DISPVATIO DE

culpa est, aut ex culpa, q̄d poenæ malum appellant theologi.  
 De culpæ nostræ malo prorsus nihil attigit, ac ne conuenie-  
 bat quidē, vt qui pro omniū peccatis erat intercessurus, ipse  
 peccatum haberet, pro quo necesse esset intercedi. De malis  
 22 vero poenæ, tantū accepit, q̄tum nobis expediebat, & qua-  
 22 tenus illius dignitati non derogabat. Hoc est, definitore Bo-  
 22 nauētura, ea dūtaxat, quæ cōmunem hoīs lapsi conditionē  
 22 generaliter cōsequunt, ab ijs quæ sigillatim accidūt nobis,  
 abstinuit. Huius generis sunt morbi, vitia membrorū, vitia  
 mētis, profecta a corporū vitijs, deformitas, mōstrōsitas, atq̄  
 22 hīs cōsimilia. Ab his oībus fuit imūnis, tum quia dedece-  
 bant illius dignitatē, tum quia nihil habitura fuerant mo-  
 menti, ad nostrā salutē. Prioris illius generis sunt infantia,  
 imbecillitas ætatis, sitis, fames, lassitudo, tristitia, dolor, dor-  
 22 mituritiō, & mille nostræ vitæ huius labores. Hæc quanq̄ a  
 22 peccato sunt profecta, tamē quoniam ipsa peccata nō sunt, &  
 22 possunt cū summa etiā virtute coherere. Christus cū nostra  
 22 natura in se recepit, vti poenā, qua nostrā expiaret impietate-  
 tem. Sed accepit pleraq̄, non oīa. Etenim in nobis pronitas  
 ad culpā, ex culpa Adæ quidem nata est, attamen ipsa culpa  
 nō est. Præterea ignorātia primitiua culpæ poena est in no-  
 22 bis oībus. At nos vt Christo tribuimus infantia, & lingua  
 22 impotentia, ita non adimimus perfectā sapientia, qua ania  
 22 eius simul atq̄ creata est, statim & continēter fuit illustrata.  
 Itē difficultas ad bene agendū, quæ modo non sit in nobis,  
 priuatis vitijs cōtracta. Nā hæc posterior malū personæ est,  
 22 non cōditionis. Postremo vt mortalitatē assumpsit, quæ &  
 22 ante peccatū erat in Adā, ita iuxta quorundā opinionē non  
 assumpsit moriēdi necessitatē, quæ nos oēs cōmuniter alligat.  
 Verū istud in medio relinquimus. Atqui mortis refor-  
 22 midationē, q̄ et morte ipsa malū est nōnunq̄ acerbius, & sic  
 22 humanæ cōditioni adhæret, vt cū nulla culpa sit coniūcta.  
 22 Quid est cur tantopere formidemus ascribere Christo, non  
 22 solū perfecto homini, verū etiam oībus quoad potuit malis.

nobis adæquato? Immo si me patiarius tecum paulo magis  
 philosophice agere, audebo dicere, fortasse cōprobandibus  
 nōnullis theologorū, & semoto peccato, simpliciter esse se-  
 cundū naturam hoīs, mortē reformidare, eāq; secundū eius  
 conditionē locum habiturā fuisse, etiā in statu innocentiae.

Peccatū quidē contra naturā est, & ad illud nō impellimur,  
 nisi naturæ deprauatiōe. Pietas maxie scđm naturā est, nec  
 ab ea resiliū, nisi vitio corruptæ cōditiōis primitiue. Mors  
 vero quoniam peccati filia est, & naturæ quæ sp appetit esse  
 inimica, natura oībus est formidabilis, adeo vt bruta quoq;  
 aiantia, ac prope dixerim plātæ ipsæ, qbus nōnulli stupētem  
 animā tribuerūt, monstrāte natura resiliant ab ijs, quæ sunt  
 vel infensa, vel molesta. Nihil autē tam infensum naturæ q̄  
 mors, cuius p̄priū est interitū adferre, quē exhorrescūt oīa,  
 quæ sunt. Porro quāto p̄stantius est esse, qd aufert, tanto est  
 ipsa formidabilior. At nullū est esse p̄stantius qd queat eripi  
 q̄ vitā, p̄sertim hoīs. Proinde Stoici qui sapiēti suo plusculū  
 etiā tribuunt, q̄ humanæ cōditiōis imbecillitas recipiat, ta-  
 men hanc reformidationē non solū concedūt, sed eam inter  
 τὰ κατὰ φύσιν πρῶτα, id est inter naturæ prima, primo loco  
 constituūt. Nihil em̄ nos prius docet natura, q̄ vt primū sen-  
 sibus, deinde & animi iudicio refugiamus ea, quæ naturæ  
 lenitatē offendūt, multo magis quæ totā perimūt, ac modis  
 oībus, id qd sumus, tueamur persiciamusq;. Quod si nobis  
 vitio aut deprauatiōe accideret, non esset fateor cum Christo  
 sto cōmunicandū. At minime conuenit, illi perfectam hoīs  
 naturā tribuere, & id detrahere, quo nihil est cū natura con-  
 iunctius. Qz si vtrunq; iuxta naturale est, vt anima & prae-  
 senti malo doleat, & de imminente affligatur, cur non vtrūq;  
 homini Christo, aut relinquimus, aut adimimus? Immo da-  
 bo, vnde liqueat ei fuisse causam, cur mortem expauesceret  
 non tantum vt homines cæteri, verū etiam acrius, q̄ quis  
 quā hominum. Triā ferme video, quæ reformidationē des-  
 beant exaggerare. Precium boni quod læditur, Magnitudo

22 do mali. Et vtriusque cognitio. Nos hominūculi, qui mortē di-  
 22 gnī sumus, si quis casus mortē intentet, vt afflictamur, vt ex  
 22 albefcimus? At hoc quod sumus, quē infinitis partibus est infra  
 dignitatē Christi, neque tamē hoc ip̄m quod sumus, quāti sit  
 22 satis itelligimus, & interitū nunquā tam certo metu formida-  
 22 mus, quin iisdē speremus meliora. Tum si nulla spe subleue-  
 mur, ignorantia certe nostra hoc nobis adfert comoditatis,  
 vt hoc minus mortē reformidemus, quo minus quā sit acerbā  
 cognoscimus. Adde quod quo cuiusque natura praestantior  
 est ac generosior, hoc sensus mali naturā offendentis, acrior  
 est atque acerbior. Sed nullū vnquā corpus hoīs generosius fuit  
 corpore Christi, nulla animā praestantior. Sensus igitur reliquo-  
 rum sensu multo acerbior, vel in ijs quae corpus eius laedes-  
 debant, ac per illud animā, vel quae animae vires per se offensa-  
 debant. Neque igitur nostri plasmatis vilitas cum illius praestan-  
 tia, neque nostrae mortis acerbitas, cum illius supplicio, neque nos-  
 ter incertus metus, cum illius certissima clarissimaque prospic-  
 ientia, neque nostra ignorantia, cum illius scientia conferri po-  
 test. Et miramur illum tantū, sic sibi cognitū, talem mortem  
 expauisse, quā non tantū animo praesagebat, sed perinde atque  
 oculis subiectam prospiciebat, cuius omēs cruciatuū nume-  
 ros, perfectissime praesentiebat. Qua de causa Hieronymus  
 & quā graeci *παροῦσα* pro passionē nominat, quasi passio-  
 22 nis initiū. Sunt autē formidabiliū rerū primū incurfus acer-  
 22 bissimi. Hic facile diuino Colete, quid mihi inter legēdum  
 obmurmures. Vt hoīs sit, inquis, mortē exhorrescere, certe  
 non est hoīs fortissimi, qualē fuisse Christū, nemo non fate-  
 bitur, mortē tam speciosam, tam salutarē reformidare, & re-  
 formidare tam nouo more. Vbi eius humanitatē quam as-  
 sumpsit, vbi mortis immanitatē contēplor, vbi sensum cor-  
 poris atque animae multo acerrimū, vbi perfectam praescienti-  
 am, causas permultas video, quare debuerit magis etiam quā  
 mortaliū quisque exanimari, ad rursū vbi ad charitatē, ad  
 obedientiā, ad fortitudinē eius oculos refero, alacritatem,

promptitudinē requiro. Exanimatur quis mortis metu, hominē quidem agnosco, at fortem hominem plane desydero, ubi sanguineū sudorem exprimit horror, ubi video tristitiā ad mortē vsq; perseverantē, aut mortis instar acerbā, ubi mortis audio deprecationem. Et charitatis est de alieno, non de suo malo perturbari. De charitate & obediētia mox tibi respondero. Verū interim. Num, quæso te, fortem virū negabis, qui ad ingens malū iam iruens exanimetur? Quid tū igitur fortitudinem esse putas? Non sentire ea quæ naturæ sunt molesta insensaq;? At istud tantum abest, vt viri fortis existimē esse, vt immanis potius aut stupidi, suiq; sensu carentis esse dixerim. Natura nobis in ipsis vitæ principijs nostri charitatem inseuit, vt appetamus ea, quæ incolumitati sunt amica, resiliamus ab ijs, quæ lædūt. Neq; vero fortitudinis munus est, gigantū vice pugnare cū natura. Nam fortitudo est scientia rerū tolerandarū, aut non tolerandarū, definitore Socrate. Aut si mauius, honestorū laborū constans susceptio. Quorū indecoram fugā, appellamus ignauiam. Ergo nō sentire res naturæ molestas, non est fortitudo, sed eas constātī pectore vincere ac perpeti. Proinde non est parum fortis, qui periculū aditurus, exhorrescit anīo, exalbescit vultu, cui palpitāt pectus, cui refugit sanguis, cui gemitum exprimit dolor, sed qui periculi metu speciosum laborum recusat, immo hoc fortior, quod naturā refugientē vincit. Quod duris rebus vltro sese obijcit, virtutis est, qd ex-pauescit, naturæ, qd affligitur, itē naturæ. Nam eadē est ratio, vel sentiendī præsens incōmodum, vel instans exhorrescendī. Quancūq; in altero a corpore profectus dolor ad animum peruenit, in altero cruciatus in anīo exortus, redundat in corpus. Itaq; non cōmoueri periculo mali prementis & instantis, animi est aut non intelligētis periculū, aut bruti stupidiq; non sentire malū iam præsens, stūpētis est, adeoq; non hoīs, vt ne animātis quidem. Neutrum certi sapientis. Nemo aut fortis, qui stultus. Infantes, ebrii, furiosi, cum ris

su ferrū excipiunt. Cur ita? Nempe quia non intelligūt periculū. Neq; hoc noīe fortes, sed miseri a nobis iudicant. Contra Vergilius Aeneā suo, cui summā fortitudinem conatur affingere, non tamē veretur reformidationē, trepidationē, gemitum, & id genus alia pauescētis animi signa tribuere. Nam in repente coorta maris tēpestate. Ex templo (inquit) Aeneā solvūtur frīgore mēbra. Ingemit. Rursus ad Polydori vocē. Obstupui, steterūtq; comā, & vox faucibus hæsit. Simile quiddā Troianis vtiq; fortibus aliquoties attribuit, velut auditis harpyis. At focijs subita gelidus formidine sanguis Dirigit. Rursum in relinquendis ijs, quæ sunt naturæ amica; non adimit fortissimo viro sensum animi reluctantis, cū dicit. Premit altū corde dolorē. Et magno persensit pectore curas. Idem obseruatū est a doctis in Homeri epica poesi. Nam cōmuniter & ignavis, & fortissimis viris expauescentiā attribuit, tamen non eadē ratione. Si quidem vt ei quē fortē videri volunt, gemitū, pallorem, horrore concedunt, ita indecoros eiulatus, muliebres cōplorationes, voces impotētis animi ab eo procul semouēt. Quid aut stultus, q̄ cum coneris absolutū fortitudinis exēplar proponere, hæc illi affingere, quæ sunt a fortitudinis laude aliena? At qui stultitiā Homero siue Vergilio tribuat, huic equidē cor esse negauerim. Stultitiā autē eam nomino, quā Quintilianus inter oratoris vitia cōmemorat. Sed quoniā intellexerunt esse quoddā virile & constās expauescentiæ genus, qd non ab ignauia mentis, verū a natura proficiscat, eoq; & in fortissimū quemq; necesse sit cadere, reformidationē distinxerūt, non oīno sustulerūt. Exalbuit Aristippus, & in simili tēpestate Stoicus quiddā, sine noīe a Gellio celebraturus, cū crebri turbines nauim vigerēt, horreret atra caligine cœlū, irruerent globi fumigātes, imminerēt typhones, quasi iam iam nauim depressuri, nihil motus est periculo nebulo nescio quis, ac diues (vt ait) Asiaticus, homo nihili, multisq; delitijs diffluens, ac paulo post cōquiescente tumultu, phis

Philosopho trepidationē exprobrauit. Vtrū tu hic fortem dixe-  
 ris? Neuter fortassis erat, at si fuit alteruter, mirū ni philoso-  
 phus fuit. Atqui expalluit inquis. Nempe homo. Sapiens  
 quidem, doctus, fortis, philosophus, adde Stoicus, qui mor-  
 tem neq; malā esse, neq; turpē, neq; sapienti formidandā &  
 didicerat, & docuerat. Vt hæc oīa fuerit, at homo tamē non  
 esse nō potuit. Hic expauit cogente natura, ille supinus, ses-  
 curus, nō mutat oris habitū, hebetante vecordia. Et (quod  
 monstri simile est) qui in voluptatibus erat molissimus, in  
 periculis fortitudinis speciē solus obtinet, sed falsam. Cum  
 tribus illis Decijs pulcherrimū illud facinus in mentē venis-  
 set, vt sese pro patriæ salute deuouerent, vltroq; hostiū gla-  
 dijs obijcerent, nō eis refugisse sanguinē, micuisse p̄cordia  
 reris? Nihil expauisse Mutiū Scauolā, cum solus in hostiū  
 castra penetraret? Nihil sensisse M. Curtiū, cum in hiātem  
 specū sese precipitaturus, equo subderet calcaria? Nihil M.  
 Attiliū Regulum, cū in Pœnorū castra rediret? Nihil Cos-  
 drum Articæ regē? Nihil Menicæum Thebanū? Quid ali-  
 os egregios virtute viros, quorū exempla sunt apud histori-  
 cos infinita, cum sese speciose morti obijcerent, nihil in ag-  
 gressione periculi anio cōmotos fuisse putas? sed efferatos  
 in fatū ruisse? At istud non est fortitudinis laudē illustrare,  
 sed fortitudinis naturā tollere. Aut em̄ minus erant fortes,  
 aut ne fortes quidē erant, si aut non intelligebāt periculum  
 quod adibant, aut non sentiebāt. Immo q̄ sapientes essent,  
 periculi magnitudinem nō nesciebant, q̄ hoīes essent, pers-  
 senserūt in aggrediendo reluctantē animū, sanguinē refu-  
 gientem, pectus palpitans, q̄ viri fortes erāt, nihil his rebus  
 abducebant, quo secius fortitudinis munus constāter obis-  
 rent. Tu si virū fortiter in acie pugnantē videris, num con-  
 tinuo clamabis ignauū, si colorē mutarit, si comē rigerint,  
 si gemitū ediderit? Inique feceris. Verū si locū deserit, si cly-  
 peum abijcit, si terga vertit, ita demū erit, quāobrē obijcias  
 ignauā. Lex viro forti præmiū statuī. Num hoc illi calum-

Hyacinth. Curtius



## DISPVATIO DE

nia protinus interuertes, & ad eum negabis attinere verba  
 legis, neq; em̄ fortem virū esse, qui paulo ante congressum,  
 vultū vocemq; amiserit, adde, qui ne ea quidē continuerit,  
 quæ pudet nomīare? Huic si patronus adsit non oīno indo  
 ctus, nōne te facile per finitionem repellat, dicens non esse  
 fortitudinē, nihil expauescere in aduēdis periculis, sed ea  
 fortiter suscipere, et constāter perferre ac vincere? Q, sic ani  
 mo & corpore sum affectus, id neq; vitij erat, neq; virtutis,  
 sed naturę, & necessitatis, qđ mihi patrię incolumitas, me  
 apte salute fuit antiquior, qđ me non subduxi discrimini,  
 id erat fortitudinis, atq; hoc noīe mihi præmiū a lege decre  
 tum postulo. An ideo fraudabor honore, qđ non tantū hos  
 » stem vicerim, sed etiā naturam? Quin potius bis fortē vide  
 » ri oportet eū, qui charitate ciuiū, nō solum periculū, verum  
 » & animū suum cōtempserit, & (quod est fortius) se prius, qđ  
 » hostē superarit. An mihi obijciet barbarę illum seruū, cuius  
 meminit Titus Lilius, qui propter occisum ab eo dominū,  
 Asdrubalē Pœnum repente adortus obrūcauit, moxq; cō  
 » prehensus a circūstantibus, haud alio qđ si euasisset vultu, in  
 ter atrocissimos quoq; cruciat<sup>o</sup>, eo fuit oris habitu, vt riden  
 » tis etiā speciem præbuerit? An ferū illum e Cæsaris ludo gla  
 » diatorē, quem execatibus vulnera chirurgis, ridere solitum  
 » ferūt? At eadē opera licet obijcias totam gladiatorū cohortē  
 » tem, qui ferarū more in ferrū ruunt. Præterea multos de plo  
 » ratos hoīes, qui sibi mortē consciscunt, postremo maleficos  
 » quosdā & miserādos hoīes, quos nō raro ad supplicium cum  
 » risu videm<sup>o</sup> ire, iocari in obuīos, maledicere magistratibus,  
 » atq; oīno quædam facere morituros, quæ solent ebrii. Num  
 » istos fortes viros appellabimus, quod nihil expauescāt, nihil  
 cruciatu cōmoueātur? an amētes potius, feros, ac stupidos?  
 An tu fortē negabis, qui calcato repente angui, qui viso les  
 » mure, qui ad subitū fulminis ictum, oris habitū mutet? At  
 istud est non fortē, sed ἀνάγκητον ἀναίσθητον ἀπαθεία hoīem  
 cōstituerē, id est indolentē, hebetem, ac stupidū ἀναλγησίαν

aūt *ὅτι ἀπάθειαν* adeo Panetius Stoicorū doctīssimus non  
 requirit a sapiente, vt eam ne homini quidē tribuat. Vtrāq;  
 a Christo remouet Ambrosius, his qdem verbis. Neq; em̄  
 (inquit) habeat fortitudinis laudē, qui stuporē magis vuls  
 nerū tulerit, q̄ dolorem. Quanq̄ duo illa *ἀναλγησία ἢ ἀπάθεια*  
 magis vident̄ ad animi dolorē pertinere *ἀναίσθησία* cor  
 poris. Quorū prius Scotus tristitiā nominat, alterū proprie  
 dolorē, idq; homo Chryssippeo acumine p̄ditus, ait ex Aus  
 gustini verbis colligi, quæ sunt hæc. Dolor carnis tantūmor  
 do offensus est anīæ ex carne. Sicut dolor animi qui tristitiā  
 nuncupat, est eius dissensio ab ijs rebus, quæ nobis nolenti  
 bus accidūt. Quasi vero nō contra hinc liqueat, dolorē esse  
 cōmunem ad animi corporisq; molestiā. Tristitiā animi  
 tantū. Quanq; tristitiā apud eos qui exactius loquunt̄, fre  
 quētius ad oris habitū refertur. Dolor aūt sepius ad animū,  
 q̄ ad corpus. Quis nō istos plusq; Lyncei miret̄ oculos, qui  
 hoc vident, qd nusq; est. Sed ad rem. Eorum affectuū, quos  
 nobis indidit natura, philosophi in q̄tumuis perfecto sapie  
 ente, non *σέροντες* sed *μετρηότῃτα* requirūt. Atq; adeo in chri  
 sto non admittūt insensibilitatē, atq; hebetudinē theologi,  
 vt ne *ἀσθησία* quidē, id est iniraſcentiam oīno ascribant.  
 Præterea hæreseos dānauit ecclesia, qui Christo naturā im  
 paūbilē, & nullius oīno doloris capacē ascribere tentarūt.  
 Magis aūt (vt diximus) secundū naturā est, malū imminēs  
 reformidare, q̄ præſente affligi. Hoc em̄ penitius indidit na  
 tura, quod magis ad tuendū incolumitatē nostrā pertinere  
 iudicabat, nimirū vt quæ lædunt, ab ijs seiūgamur. Cui pro  
 ximū est, id quod vitare nequeas, ferre fortiter. Proinde q̄  
 multos videmus p̄ſens malū fortissime ferre, qui impēdens  
 nō potuerūt non vehemēter expauescere. Cur ita? Nempe  
 quod hic grauius, ac difficilius est cū natura luctamē. Non  
 ne videmus & imperfectissima animalia, sagacissime p̄ſentis  
 re incōmodū, ac reformidantiū instar sese contrahere? Scri  
 bit Aristoteles spongas quoq; auulſorū strepitū præſentis

## DISPVATIO DE

scere, seseq; contrahere atq; arctius affigere, vt nō nisi cum  
 negotio queant anelli. Q; spongijs inseuit natura, vt inte-  
 ritū reformidēt, hoc tu vis homini detrahere? At tamen legi-  
 mus nō paucis egregijs viris hoc animi robur fuisse, vt mor-  
 tem interrito vultu, præsentiq; adirēt. Nam & Photion ille  
 20 Atheniensiu dux iam moriturus, adeo nihil expauit, vt &  
 20 in vxorē, & venenū iocaretur. Nam cū illa muliebriter eius  
 20 lans diceret, mi vir innocēs morieris, ille subridēs, quid ais  
 20 inquit vxor, nū tu me nocentē mori malles? Deinde cū ves-  
 20 neno iam cōsumpto ab ijs qui multi ante eū biberāt, & car-  
 20 nis ex de suo dare contaretur? Photion amicos pecuniā nu-  
 20 merare iussit, cauillū addēs, qd Athenis ne mori quidē gra-  
 20 tis liceret. Socrates iudicū calculis dānatus, nihil de vultu  
 semp sui simili demutauit. Tum iminēte supplicij die Crito  
 placidissime dormientē offendit. Deinde cū nauim e Delo  
 mox adfuturā annūtiaret, nihil etiā cōmotus est. Supremo  
 die, nihilo secus, q̄ in omni vita cōsueuerat, cū amicis festis  
 uissime disputabat, subinde iocos illos suos serijs rebus in-  
 termiscens. Cicutā eodē ebibit vultu, quo vinū solitus erat.  
 Deniq; iam aīam efflaturus, sup̄ma voce iocatus est in Phe-  
 donē amicū, quod graui⁹ de morte sua discrutiaret, iussitq;  
 vt gallū, quē Aesculapio pro se vouisset, redderet. Cum aut  
 sit extra cōtrouersia Photionē ducum oīm incorruptissimū  
 fuisse, Socratē philosophorum sanctissimū inculpatissimūq;  
 non erit, cur ista vecordia, stuporis, aut hebetudinis fuisse  
 calūniemur, potius q̄ fortitudinis. Haud equidem inficias  
 iuerim Colete, in mltis hoc animi fuisse robur, vt in adeun-  
 dis periculis nihil tale passi sint, quę vulgo solēt accidere. Et  
 sunt ista quidē inuicti animi documēta, p̄sertim in sapiente  
 ac bono viro. Verū nō patiar te ex ijs rebus fortitudinis ma-  
 gnitudinē metiri, quę non tā virtute, q̄ naturæ proprietate,  
 20 non tam mentis, q̄ corporis habitu accidūt. Non ideo fortis  
 20 Socrates, quia cicutā hauisturus nō mutarēt vultum, aut ea  
 20 gratia non fortis non fuerat futurus, si exalbuisset. Nam &

expauescere, & non expauescere, est fortibus, cū non fortibus, sapientibus cū stupidis & hebetibus cōmune. Si mihi plus calidi sanguinis, si spiritus crassiores ididit natura, nū ideo fortior ero? Rursus si sanguinē frigidiorē, parciorē, si spiritus tenues addidit, num ilico minus ero gnauus? Non  
 22 possum mutare naturā, quin exalbescā, obiecta repente spe  
 22 cie terrifica, at imperare mihi possum, vt ne mors quidē me  
 deducat a recto. Itaq; nō expauescere, quādo ex habitu cor  
 poris, aut alia quapiā naturæ vi contingit, neq; in sapiente  
 viro requirendū est, neq; in ἀναλγητων η̄ν) ἀναισθητων fortis  
 tudinis noīe donādum. Narrant ij, qui bellicis tumultibus  
 22 interfuerūt, cum primū hinc atq; hinc ferratæ constitere aci  
 22 es, cum rauco crepuerūt cornua cantu, cū tuba terribilē so  
 22 nitū taratātara dixit, cum horrēdus ille Mauortius clamor  
 22 vtrinq; sublatus, sydera ferit, tum fere vt quisq; miles est for  
 22 tissimus, ita maxie exalbescere, neq; vllos esse ad fugam pris  
 22 ores, q̄ qui clamore confidenti præliū inierint. Ne in ora  
 toribus quidē dicitur offendit Quintilianū pallor, & me  
 diocris trepidatio, cordati hoīs (vt autumat) & periculū in  
 telligentis argumētum. Idq; laudatissimis quibusq; orato  
 ribus vsu venisse testatur Demosthenes, Græcæ facundiæ  
 princeps, nō temere surrexit ad dicēdum, nisi trepidationis  
 notas ederet vultu. Non diffitetur Cicero hoc sibi peculiaris  
 re fuisse, vt dictionis initio trepidaret. Et nemo hoc vno cau  
 sas egit, aut plures, aut grauiores, aut fortius deniq;. Hoc  
 noīe si tu Ciceronē ignauitæ insimules, ille ineontanter ( vt  
 est orator promptus) inscitæ te vicissim isimulabit, qui for  
 titudinis vim naturāq; ignores. In sese hoc vel illustriorem  
 esse fortitudinis laudē, quo maior sit naturæ reformidatio.  
 Quādoquidē naturæ difficultates, quæ citra vitū nostrum  
 nobis cōtingunt, augēt materiā segetēq; virtutis. Quicqd  
 igit naturæ dotibus detraxeris, id totum accrescit in cumu  
 lū virtutis. Velut e duobus fortibus viris, clarior fortitudi  
 nis laus penes eū est, qui minuto frigidiorēq; sanguine na

## DISPVATIO DE

tus, contēnit naturę difficultatem, q̄ penes eum, cui multus  
 ac feruid⁹ sanguis in pari discrimine, periculi formidinem  
 imminuit. In hoc em̄ de virtutis laude non nihil sibi natura  
 vendicat, in illo quicquid est, totū virtutis est. Tu sic conas  
 ris amplificare fortitudinis splendorē, si multū de fortitudi  
 nis materia deduxeris. At istud minuere est, non ampliare.  
 Video Colete, iam dudū quassas caput, nec ista dum tibi sa  
 riss faciunt. Mane modo, nō conquiescā, donec amoliar oīa.  
 Quid mihi cum Stoicis inquis, qui de Christo disputo? Im  
 mo quando de Christo, qui veritas est disceptamus, si quid  
 99 dixere Stoici, quod a veritate nō ahorreat, non absurde vi  
 99 detur posse proponi. Quā vere dixerint illi inquis, mea ni  
 hil refert. Verū isthuc ip̄m, quod illi de suo sapiente dixerūt  
 haud syncere tractas. Nemo Stoicorū non detrahit sapienti  
 συγκατάθεσις, id est assensiones, neq̄ φαντασίας, id est ad re  
 pente obiectā mali speciem expauescentiā concedūt om̄es,  
 cum de Stoico sapiente scripserit Flaccus. Si fractus illaba  
 tur orbis, Impavidū ferient ruīnæ. Præterea qui concedūt  
 expauescentiā, non eā virtutis materiā esse dicunt, sed quid  
 dam venia dignū, & negligendū, magis q̄ laudandū, pro  
 pterea q̄d phantasiæ istiusmodi rationis p̄uertunt iudiciū,  
 eoq̄ in hoīs potestate non sunt. Ad hæc non concedunt sa  
 pienti imodicam, ac diuturnā expauescentiā, nec oīno con  
 cedunt, nisi cum subito sensibus obijcūt species magni mali,  
 qui tumultū hunc in anīo cient, priusq̄ rex ille ratio dijudi  
 carit. Verū simulatq̄ ea perspexerit, id q̄d falsa mali specie  
 territavit sensus, malū non esse, tū continuo sceptra tenens  
 mollit anīos, & trāquillat mentē. Postremo quis vnq̄ Stoi  
 corū admitteret in sapiente suo, q̄d tu in Christo cōstituis.  
 Nolle mortē, et mortē metuere? Illi remouēt ab eo συγκατά  
 θεσις, tu eas Christo tribuis. An non est assentiri, nolle mor  
 tem, & mortē metuere? Non idem sunt expauescere, & me  
 tuere. Vt aliquādo axpauescat sapiens, certe nihil vnq̄ me  
 tuit, quippe qui nihil in metuendis ponit, nisi quod malum

sit, nihil malū iudicat, præter vnā turpitudinē, hanc igitur  
 vnā metuit, non autē expauescit. Cur em̄ expauescat, cum in  
 ipso sit non incurrere? Mortē tam esse secundū naturam, q̄  
 nasci, neq; turpē, eoq; ne metuendā quidē, nisi stultis? Quid  
 em̄ stultius, q̄ id quod nullo modo malū sit, quod etiā secū-  
 dum naturā, id perinde vt summū quoddā malū formidas-  
 re? Tum ne reliqua quidē quæ molesta sunt naturæ, q̄d ge-  
 nus sunt morbi, fames, sitis, cruciatus timere sapientis esse  
 ducūt. Nam si ea sunt euētura inquisunt, & vere mala sunt,  
 cur malū duplicas? Si mala nō sunt, metus igitur malū est.  
 Si quæ metuis euētura non sunt, cur frustra metuendo ipse  
 tibi malū asciscis? Nihil igitur horū sine vitio time tur. Aut  
 em̄ quod malū non est, malū iudicat, & errat, aut q̄d intellis-  
 git malū non esse, timet tamē, & desipit, atq; a ratiōe dissen-  
 tit. Sapiens autē Stoicus, neq; fallitur, neq; a ratiōe dissentit  
 vnq̄. Age iam colligamus, q̄ multa tu Christo, non sapienti  
 modo, verū etiam sapientiæ fonti tribuis, illo indigna. Pri-  
 mum qui potuit expauescere, cuius sensibus nihil inopinā-  
 tum potuit obijci, quippe oīa perfectissime p̄uidenti? Quā  
 vero nephariū dicere, in Christo terrificas quasdam malos-  
 rū imagines p̄uertisse rationē, eaq; attonita vel obruta, in-  
 anibus terriculis ac ludibrijs sensuū tranquillitatē pertur-  
 basse, atq; adeo pturbasse, vt sanguineis guttis vndiq; ma-  
 narit, tam diu, vt ea molestia ad mortē vsq; perseuerauerit?  
 Sin em̄, opinor, exponit Hieronymus, Tristis est anīa mea  
 vsq; ad mortē, vt mortē non causam tristitiæ, sed finem esse  
 dicat. Num igitur interim stupuit ratio in Christo? Nihil  
 minus. Cur igit̄ tanta mora non excussit falsi mali tam acer-  
 33 bam reformidationem? Cur metuit, q̄d non solū malū non  
 33 erat, sed fons oīm bonorū nostrorum? Cur noluit, quod erat  
 33 expetēdum? Vnde incidit in eum affectū, in quo non expe-  
 33 diebat manere? Deniq; cum tu ipse paulo ante remoueris a  
 33 Christo pronitatē ad culpā, nunc eos tribuis affectus, q̄bus  
 nos potissimū ad culpā sollicitamur? Cum modo se iūxeris

## DISPVATIO DE

ab eo difficultatē ad recte agendū, nunc attribuis reformis  
 dationē mortis, qua morte nullū vnq̄ extitit opus deo gra  
 22 titius meritiue maioris? Obruis me Colete velut imbre den  
 22 sissimo telorum, quæ semel oīa sic poterā repellere, si dixerō  
 22 eosdē quidē affectus fuisse in Christo, qui sunt in nobis, sed  
 non eodē modo, eoq; non idē efficere. Sed malo carptim di  
 luere, quæ tu agminatim cōgessisti. Primū mihi cōcedas ve  
 22 lim, vt liceat cū opus est, a Stoicorū decretis desciscere, quo  
 22 rū fere cōmune est de verbis certis digladiari. Nihil (inquit  
 unt) metuēdum, qd malū non sit, nihil malū, præter vnā  
 turpitudinē. Mors turpis nō est, non igit̄ metuēda. Si ita cō  
 uenit inter Stoicos, vt p̄ter turpitudinē nihil malū dici pla  
 ceat, qd id mea refert? At scriptura me docet mortē malam  
 esse, quæ dicit, Deus mortē non fecit, nec lætat̄ in perditōe  
 viuorū. Si honorū oīm author deus, & mortis author non  
 est, mors igitur mala. Inuidia em̄ diaboli mors introiuit in  
 orbē terrarū. Si mala, cur nō & metuēda? Abhorruit a mor  
 te Christus, vt homo verus, tanq̄ a re per se mala, & ex malo  
 nata. Mentior, nisi palā idem dicit Ambrosius in Lucā. Et  
 ideo fastidit inquit, qd ipse nō fecit. Mane paulisper, video  
 quid dicas. Fastidit inquit non suā, sed nostrā oīm mortem,  
 id qd declarāt Ambrosiana verba, quæ rhetorica calliditate  
 suppressis. Et fortasse (inquit) ideo tristis est, quia post Adæ  
 lapsum, tali transitu nobis erat ex hoc seculo recedendū, vt  
 mori esset necesse. An non audis illū de nr̄a, non de Christi  
 morte agere? Fateor Colete, non adiuuor verbis, sed argu  
 mento subleuor. Etem̄ si ideo nostrā mortem fastidit deus,  
 q̄ eam non fecerit, cum ne suā quidē fecerit, magis etiā fasti  
 dierit necesse est. Neq; vero fastidiūt eā, quatenus erat opus  
 frugiferū ac deo gratū, sed quatenus erat mors. Mors per se  
 malū est, certe necessitatis, si non morale, etiam si Christus  
 hoc malū nobis vertit in bonū. In quantū erat reconciliatio  
 nostra, ardentissime illā siritiebat, in quantū peccati filia, gra  
 uiter fastidiebat. Proinde ne me clames ilico in Salvatore

difficultatē ad bene agēdū inducere, q̄ mortē exhorruerit, sed hoīs perfectam naturā constituo, om̄ibus suis affectibus absolutā, metu, dolore, spe, gaudio, cupiditate, ira odio, reliquisq̄ qui sint eiusmodi, vt citra vitiiū queant cōsistere. At isti sunt (inquis) molestissimi sollicitatores illi, q̄bus impellimur ad impietatē. Sed nimisq̄ impiū videatur, rem vllam cōstituerē in Christo, quæ ad turpitudinē inclinēt, quē ipse

» fateris nō tantū a vitijs oībus, verum etiā ab om̄igena pro-

» pēsiōe ad vitiiū inuitante, fuisse liberrimū. At qui ego Co-

» lete neutiq̄ impiū esse video, ea ponere in Christo, quæ ad vitia quidē trahunt, sed vtiq̄ in nobis trahunt, non in illo. Res easdem in illo constituo, at non eodē modo, neq̄ idem efficientes. De nobis verū est, q̄ ex Platonis sentētia scribit Maro. Hinc metuūt, cupiunt, gaudētq̄, dolentq̄, nec auras Respiciunt, clausæ tenebris & carcere cæco. Nostri affectus

» semper obturbant rationi, refugiunt ab honestis, nitunt ad

» turpia. Cur ita tādē? Profecto nō naturæ vitio, sed culpæ,

» cuius reliquiæ sic penitus inhæserūt, vt compesci quidē frenariq̄ possint, euelli radicitus nequeant. Itaq̄ in nobis pro-

» pter naturæ deprauationē, affectus per ignorantia seruntur

» in id, quod erat repudiandū, refugiunt ea, quæ fuerāt expe-

» tenda, tenebras offundūt mēti, præeunt rationi, cui cōueniebat parere, immodicos cient tumultus, partim appetentes aut fugientes, quæ non oportet, partim imoderatius etiā quæ oportet appetentes aut repudiantes. Ita fit, vt malis pleraq̄ vertant in occasionē materiæq̄ peccandi. At Christus quoniam naturam hoīs induit, plurimis quidē incōmodis, e culpa natis ob noxiam, immunē tamen ab omni deprauatione vitorū. Ne poterat quidē affectibus nostræ naturæ ad malum sollicitari, Verum horū quicqd fuit in illo, cessit in cummulū virtutis ac meritorū. Neq̄ oportet in eo labi, q̄ interdum apud scriptores ignorantia, imbecillitas, ad malū pro-

» pensio, ad bona difficultas, natura nobis inesse dicuntur, q̄ mors naturæ deberi dicūt. Nam hic naturā non conditam,



## DISPVATIO DE

sed depravatā sentiunt. Ac vulgato loquēdi more, quicquid nobis nō casus attulit, sed exortus ipse indidit, id natura distant adesse. At in his naturā intelligimus, non initio conditam, sed peccato vitiatā. A qua cum Christus præter incommoda pœnæ nihil in se recepit, nec in eo vlla peccādi facultas fuit, audacter illi tribuam vel animi, vel corporis passiones naturales, secundū vtramq; partē animi, vt dolere, gaudere, odisse, sperare, metuere, irasci, corporis, vt esurire, sitire, dormire, lassari, affligi, mori. Quid em̄ detraho de perfectissima Christi virtute, si dicā illum odisse, cum in eo nihil aliud sit odiū, nisi fuga veri malis? Cur nō affirmē irasci, si quidē nihil est aliud eius ira, q̄ mali detestatio, nihil etiam vel antevertēs, vel inter turbās rationis vsū? nihil interpellans trāquillissimā perpetuāq; diuinitatis contēplationem?

Q; si quādo nos his rebus ad lapsum p̄cipitāmur, id nunq̄ non sit nostra culpa. Q; inclināmur, adeo non est culpa, vt pijs mētibus occasio sit summi meriti. Itaq; q̄ naturales affectus Christum nō perpulerunt ad peccatū, mirum non est, quādoquidē tam multis materiā pietatis suppediāt, q̄ non sollicitarūt, hoc inde est, q̄ vtī nō fuit particeps maculæ genitālis, ita ne reliquijs quidē eius fuit obnoxius. Verum de his plura mox. Interim q̄ aiebas Stoicos meos nō concedere sapienti, nisi momētaneam expauescentiā, quæ tantisper mētem hoīs perturbet, donec se colligat ratio. Deinde non accidere eiusmodi pavori, nisi cum repente sensibus incurrit, φαντασία, hoc est species formidabilis. Vt ista sic habeāt, quid tu tandē appellas expauescentiā? An enormē perturbationē, & quasi, πᾶν ἰδὸν animi tumultū, qui prorsus obruta ratione, me mihi ipsi eripiat? Absit, vt ego portentū istius modi instituā in Christo. Sin expauescentiā dicis, molestam ac cruciabilē reformidationē imminentis malis, quæ sensum quidē acerbū incutiat affectibus animi, neq; tamē eum loco dimoueat, hæc neq; semper exoritur ex visis illis terrificis immo vero ex animo demanat in corpus. Et adeo non

excludit rōnis vsum, vt ex ipsa ratione nascat̄, videlicet im-  
 minētis mali vim perpēdente. Vtrāq; non video quid pro-  
 hibeat esse diuturnā. Nam prior illa quæ nobis cū Christo  
 cōmunis non est, in multis sic mētis vsum adimit, vt nunq̄  
 ad sese redeant. Hęc posterior tādiu perseveret necesse est, q̄  
 diu p̄mit impēdens malū. An nō Stoicus ille Gellianus, de  
 quo paulo ante meminimus, tam diu pavit, q̄ diu sæuiebat  
 tēpestas, neq; prius oīno pristinū vultum recepit, q̄ mare de-  
 serbuisse, & enīuisse cœlum? Non ille interim vacabat a-  
 nimi dolore, neq; tamen non vigeat ratio. Sed obluēta-  
 tur philosophus ille aq̄ suo, nī fecisset parū fortis futurus.  
 At nobis non cum natura, sed cum vitijs luctamen est, non  
 igitur secundū naturā reformidatio. Neq; luctā istam Chri-  
 sto tribuere fas sit. Immo ne necesse quidē est. Neq; em̄ illi  
 pavor accidit necessitate conditionis, quemadmodū philo-  
 sopho isti, neq; mentē afficiebat quæ possit a statu dimoue-  
 ri, quemadmodū in Stoico. Nobis quoniam in ipsis naturæ  
 necessitatibus culpa tendit insidias, nulla pene res accidit,  
 cum qua non oporteat colluctari. Premit morbus, luctans  
 dum est, ne vincat animū tuum, & patientia victū spoliet.  
 Reualuisti, en tibi altera pugna, ne pelliciaris ad inhonestā  
 voluptatē. Siue quid accidit molesti, luctandū est ne fran-  
 garis animo, siue quid dulce, pughandū est, ne te corrūpat.  
 Horū igitur sensum cū capite cōmunē obtinent mēbra, cæ-  
 terū causam, modūq; peculiarē sibi retinēt. Hęc abunde sa-  
 tis esse poterāt Colete, nisi tuā istam sententiā nimis tenere  
 deameres. Etiā nunc abnutās, negas tibi factū satis, arctio-  
 ribus nodis me paras vrgere. Rhetoricaris inquis, & malā  
 causam, nō pessime defendis. Verū isthoc pacto non potest  
 non videri derogatū absolutæ charitati Iesu, si quoquo mo-  
 do dixeris eum reformidasse mortē suam. Dono tibi natu-  
 ralē esse mortis reformidationē, & magis etiā naturalē, q̄  
 cibi cupiditatem. Dono eam non esse coniunctā cum malo  
 culpa. At charitatis est, naturā vincere perficereq;. Graue

- 22 nature malū famēs, at huius sensum eximius amor excutit  
 23 Forte quiddam mors, at fortior dilectio, quæ mortē quoq;  
 24 ipsam facit optabilem, facit iucundā. Epicurus tantā habere  
 25 vim existimat recti conscientiā, vt sapien tē, & in Phalaris  
 dis tauro clamaturū affirmet, non sentio, dulce est. Si tantū  
 valet virtutis simulacrum in philosopho, num minus vale  
 bit in Christo vera perfectaq; charitas? Esto non reslit ab  
 officio, minus tamē amat, qui tristis mortem excipit, q̄ qui  
 lubens, alacriter, exultanter. Tamen si mihi videor nōdum  
 istū superiore disputatione dissecuisse, tamē idem apertius,  
 26 & Minerua (quod aiūt) paulo pinguiore faciamus. Arden  
 tissime amantis (inquis Colete) est, ea quæ natura sunt gra  
 uissima, non solū leuia, sed & iucūda ducere. Q; si vere scri  
 ptum est amanti nihil esse difficile, si vehemēter amanti ni  
 hil non dulce, qd eius gratia tolerat, cuius æstuat amore, tū  
 si fatemur redemptoris amorē, tam fuisse flagrantē, tam im  
 mensum, vt vniuersus omniū mortaliū amor in vnū conflu  
 tus, non sit cū illius charitate conferēdus, cur sudat mortis  
 formidine? Cur angitur? Cur teder? Cur crucē deprecatur?  
 Si formidat discipulis, officium amantis agnosco, sin suam  
 27 mortem, sin sibi, tamen si suasorias technas probe calleas, ta  
 28 men ne Pitho quidē ipsa mihi persuaserit, nihil hic derogas  
 ri charitati redemptoris. Esto natura quod suū erat fecerit,  
 cur cessauit amor, quo minus & ipse quod suū erat faceret?  
 Sit naturæ reformidare mortē, quanq̄ sic misere reformida  
 re, nō est simpliciter naturæ, sed corruptæ dānatæq; at rur  
 sum charitatis est naturalē imbecillitatem excludere. Expa  
 29 uit Petrus ad ancillulæ vocē, adeoq; suus esse desiit, vt Chri  
 30 stum pro quo modo mortē subire volebat, abiuraret. Quā  
 31 obrem? Quia adhuc languebat amor. Amabat quidem les  
 32 sum, sed nondū spiritualiter. Carnalis aut amor & humanus  
 33 imbecillis est, & tantis tempestatibus impar. Verū postea,  
 34 q̄ dīuini spiritus igni confirmatus est, quid fecit? Qui pau  
 35 lo ante ad mulierculę vocem exanimabatur, iam neq; prin

cipū, neq; iudicū ora veretur, sed vadit gaudēs a conspectu  
 consilij, quod dignus sit pro Christo cōtumeliā pati. Nimis  
 um profecto interest, inter exanimari metu, et intētatis sup  
 plicijs gaudētē abire. Sed quantū creuerat amor, tantū de  
 cesserat de trepidatione, videlicet naturā perficiente chari  
 tate diuina. Ergo (vt dicam collectius) vt secundū naturam  
 sit reformidare malū, certe tāta cum molestia reformidare,  
 non est conditionis institutā, sed pœnæ. Eam quanq̄ in se  
 recepit Christus (id quod interim sic tibi dono, vt mihi ius  
 sit reposcere) tamē infirmitatē exigit vigor amoris, & affe  
 ctionē huic diuersam inducit. At tu mihi in Christo Chime  
 22 rā quandā fabricaris, absolutissimā charitatē, cum acerbissis  
 23 ma reformidatiōe, velut aquā igni cōmiscens. Et tamē cām  
 tam impudentē pergis rhetoricis fucare coloribus. Vtinam  
 Colete tam vere mihi opprobres eloquentiā artificialem, q̄  
 vere laudat in te. Nam isthuc ipm subinde inter disputan  
 dum succlamabas, bonā causam tibi dicēdi artificio de mas  
 24 nibus extorqueri, & veritatem eloquētiā opprimi. At istud  
 25 ego possim vere in te *ὀντισσέφαρ*. Vide enim q̄ agam tecum  
 simpliciter, q̄ nihil occultem. Nihil istorū quæ proxime dix  
 xisti inficiabor. Fateor fieri, & fieri natura, vt vehemēs affe  
 ctus affectum, aut etiā corporis sensum absorbeat. Amoris  
 hanc esse naturā, vt quæ per se sunt acerbā, ea faciat dulciā  
 videri. Addo, quo vehemētior amor, hoc ista magis efficit.  
 Quid queris? Aio diuinū & spiritalem amorē, carnali siue  
 humano, infinitis partibus efficaciorē esse. Aio Christi cha  
 ritatē tanto nra fuisse cumulatiorē, vt ne conferenda quidē  
 sit. Et tamē qd̄ vulgo humanus amor efficit in nobis, quod  
 magis effecit diuinus quidē, sed tamē finitus amor in mar  
 tyribus, hoc in Christo diuinā & immēsā charitatē fecisse  
 nego, nego autē non in totum, sed quantū attinet ad exclu  
 dendū sensum reformidationis. Caterū de inducēdo gau  
 dio, post videro. Eius rei causa est, q̄ in nobis alia vis anīæ  
 redundat in aliam, & vt quæq; vehementior est, aut secus,

ita aut obruit alias, aut cedit. In Christo vero nequaquam item verum vna quaeque vis, siue animi, siue corporis nihil impediens te vel diuersa, vel simili, suum naturale munus perfecte peragebat, ut neque gaudium vehementius, leuioris gaudij sensum eriperet, neque dolor acrior, leuioris doloris molestiam obrueret, neque summa voluptas summo dolori, neque dolor atrocissimus, voluptati summam posset obsistere. Alioquin si voles Colete, ex isto effectu, quem amoris proprium dicis, & verum dicis in nobis, Christi charitatem aestimare, etiam atque etiam vide quod eam eleues, dum sedulo quidem, sed inconsideratius conaris amplificare, quippe quae ne id quidem potuerit, quod in turpiter adamantibus caecus amor potest, quod inter amicos amor potest humanus, quod in tot martyrum milibus potuit amor, eiusdem quidem generis ille, sed ad redemptoris amorem per se exiguus. Nonne videmus istos, qui vix falsam amoris umbellam obtinent, ut insanis illis suis laboribus, non solum non offendant, verum etiam alantur? Calent illi, cum brumale frigus nox & aglo conduplicet, non fatigant peruigilijs, non sentiunt inedia, nihil terretur laruarum, aut lemurum occurribus. Denique quicquid illis, qui amore vacant videtur intolerandum, id isti lusum existimant. Quanto pectore certa pericula suscipiunt? vulnera, mortem denique quam cupide excipiunt? Quid autem refugiat, cui dulcis est etiam mors? Atque huius rei quorsum attinet exempla ex historicorum literis repetere, cum quotidie videamus creditur longe difficiliora, quam legamus in libris? An non seruum illum de quo paulo ante, sic totum gaudij sensus occuparat, ut ad inflictos cruciatus animo stuperet & corpore? Si Christi charitatem metiris efficaciam pellendi sensum malorum, mirum in hoc non potuisse, quod potuit & in seruo, & in barbaro? Refert in epistolis Plinius Cecilius, eius qui mundi scripsit historiam, ex sorore nepos, aetate sua nobilem quandam matronam, Arriam (nisi fallor) nomine, memorabile facinus edidisse. Huius maritus foedo atque insanabili ulcere cruciabatur. At illa simul atque ex medicis cognouisset, nullam esse vitae reliquam spem,

ad mariti lectulū adstans gladium adēgit pectori. Tum in medio vulnere ad eum cōuersa, non sentio inquit, non dolet, iuuat etiā mori tecū. Et exemplorū huiusmodi densissimō agmine me poteras obruere. Quod cū ita sit, minus admirandū de martyribus, qui non paulo efficacioribus amoris facibus ardebant. De quibus omitto cōtentionē facere, quanto alacrius singuli vnus Christi causa mortē exceperint, q̄ ille amore omniū. Hoc quero, equis vnq̄ hominū vel ignauissimorū, sic exhorruerit: Hi q̄ sunt formidolosissimi, frigidus sudore madescunt. Christus sudauit sanguinē, neq̄ vultu tantū, sed & toto corpore, adeo copiose, vt guttæ demanarēt in terram. Meticulosissimi palleſcūt, ac trepidāt. At Iesus agonizauit, id q̄d est agētū aiām. Ergo amauit ne ardētius martyr Christo, mēbrum capite? Vehemētius amauit aut seruus homo, aut mulier? Postremo magis amat stultus adolescens puellā, q̄ Christus sponsam suā. Nequaq̄ inquis. Recte, sed hoc cōsequit̄ tuis ex verbis. Fateor inquis, si quidē ista ad formidatā ab ipso Christi mortē referantur. Minus em̄ amasset, si mortē suam, quā nostra gratia suscepturus erat, sua causa tantopere reformidasset. At istud Colette nihil etiā refert ad hanc rem. Largior interim tibi Christum de mēbrorum suorū periculis anxīū fuisse, non suis, hac gratia sudasse, hac agonizasse. Verū quādoquidē charitatē ex alacritate metiris, esto nō reformidarit mortē suam Christus, verū vbi illa quē fuit in multis martyribus alacritas? Vtrūq̄ enim est imensæ charitatis, et formidationē excutere, & in huius locū inducere alacritatē. Cur alterum requiris in Christo, puta non formidare, alterū, puta alacritatem nō spectas? Maxime cū non aliter amor pellat formidinem, q̄ exundātia gaudij. Neq̄ em̄ dices opinor, tantā quidem Iesu charitatē fuisse, vt nr̄i causa mortē subierit, at minorē, vt eam alacriter potuerit adire. Q̄ si mihi cōcedis ex huiusmodi rebus redēptoris amorē non recte perpendi, cur non recipis reformidationē? Sin ex his argumētis æstimas,

cur nō requiris alacritatem? Amauit igit Petrus q̄ Christus  
 ardētius: Ille dicit, Aīam meā pono pro te. Hic dicit, Trāffer  
 a me calicē istū, Amauit Paulus p̄fectius, cū cupit dissolui,  
 & esse cum Christo: cū exclamat, infelix ego homo q̄s me  
 liberabit de corpore mortis huius? Caput mortē deprecatur,  
 22 & mēbrum opat: Amauit tanto vehemētius Andreas, q̄ tō  
 23 crucē alacrius adiit: Compone duas similes cruces, cōpone  
 24 dissimiles crucifigēdos. Andreas simul atq; crucē conspiciit  
 eminus, vt gaudet, vt gestit, vt sibi gratulat, q̄ plena lætitiæ  
 verba pfundit. Quis vnq̄ ad cōiuiū adiit alacrior, q̄ ille ad  
 paratū suppliciū? Hæc quidē discipulus. At p̄ceptor iterim  
 mœret, tedio grauatur, tristis est vsq; ad mortē, manat cruēto  
 sudore. Interpellas, non ob suā (inquiens) mortē. Quid res  
 fert? Certe nullū edidit alacritatis specimē, quale præbuit  
 25 Andreas. Agatha virgūcula gaudibunda p̄perabat ad carē  
 26 cerem, neq; profus aliter affecta, q̄ si ad epulas vocata iret.  
 27 Quot impuberes pueri, quot innubiles puellulæ, ore inter  
 rito sæuas Tyrannorū minas contēpserunt. Quā nihil in  
 ter ferrū & ignes de vultus hylaritate remiserūt. Quā mult  
 ta fortiter atq; animose in medijs cruciatibus dixerunt, Ni  
 hil horum Christus, tanq; ouis ad occisionē ductus est, pas  
 tienter quidē, non se subduxit, non reluctatus est. At nun  
 quid simile, qualia multa de martyribus testantur historiæ?  
 Nihil memorāt euangelistæ. De mœrore, de tedio, de sudore  
 re cōmemorant. Passus est se confictis criminibus accusari,  
 passus dānari, obticuit, blasphemantibus non retulit cons  
 tumeliā, orauit pro crucifixoribus. Mihi satiffacit argumen  
 tum patientiæ, quod in cruciatu p̄stare satis sit ad salutem.  
 At vnde iuxta tuā æstimationē, charitatem illā inæstimabi  
 lem intelligā, nihil dum video. Non gestit, vt Andreas, ni  
 hil dicit alacriter, nihil exultanter. Non pauci homines p̄ij,  
 martyriū votis ardentissimis legūtur expetisse, beatos sese  
 rati fore, si martyrio digni viderentur. Christus orabat, vt  
 abiret hora. Quod illi precabant, hoc deprecatur Saluator.

20 At non deprecatus est (inquis) suā mortem, sed suorum. At  
 21 isthuc iterū tibi largior. Sed tamē hāeres in aqua, qđ aiunt.  
 Esto non deprecatus est, at nō optat. Non fugit carnificem,  
 at non vltro semet obtulit, non quęsitus, non postulatus, id  
 quod est a multis martyribus factitatū. Constanter pertulit  
 22 cruciatum, at non est delectatus. Deniq; pertulit, sed sensit.  
 23 Martyribus sensum ademit charitas. Igitur e duobus alte-  
 rum est verū, aut in illis maiorem fuisse, aut ex cōmunibus  
 his indicijs, amorē capitis nostri non oportere spectari. Res-  
 24 spondes martyres aliena virtute fortes fuisse, non sua. Chrī-  
 25 stum a diuinitate destitutū. Propemodū rem (ut ait Plaut<sup>9</sup>)  
 acu tetigisti. Verū de isto mox. Interim pergā extorquere  
 tibi telum, quo vno me cōfici posse confidebas. Ais capitis  
 infirmitate, fortia fuisse mēbra, Christi reformidatiōe, im-  
 pavidos fuisse martyres. At nihil etiā agis, vorfurā (vt aiūt)  
 soluis, sic nodū explicas, vt aliū arctius nectas. Cedo, quare  
 Christus martyres suos sic cōtra carnificinam armabat, vt  
 aut non sentirēt, aut certe cum sensum præ gaudio mentis  
 pro nihilo ducerent. Opinor haud alta re, q̄ augenda chari-  
 tate, vt fuerit quisq; tāto alacrior, quāto largius amoris sui  
 munus impertierit deus. In eādē igitur foueā, velis nolis,  
 reuolueris. Rogo. Amauit ne martyr vllus Christo flagran-  
 tius? Abnuis. At multī tulerūt alacrius. Negare non potes  
 Aut igitur non fuit tanta in Christo, quāta in martyribus,  
 aut non idē effecit in illo, quod in alijs effecit. Neq; dubito,  
 quin hoc posterius mihi malis concedere. Vtrūq; pernegare  
 non potes. Porro aut quid ad rem pertinet, quod ais mar-  
 tyres aliena virtute fortes fuisse, nō sua? Certe charitate for-  
 tes fuerūt. Eam vndecūq; fuit, in Christo maximā fuisse ne-  
 26 mo negauerit. Esto suspēderit sese diuinitas, ne redū daret  
 27 eo tempore in partē animæ sensibilē, id quod mihi videris  
 28 ex Ambrosianis verbis collegisse, at charitatem certe non  
 29 ademit. Ea si semper facit, id quod tu vis, si illic friget, vbi  
 non idem efficit, non fuit in Christo, quantam fuisse credis



## DISPVATIO DE

mus. Illud obiter annotandū, qđ ais aliena virtute, qđsi Christi  
 suapte virtute, nō aliena fuerit fortis. Qđ nisi qs cōmo  
 de accipiat, nō quadrabit cū vero. Nā & Iesu charitas aliū  
 de pfecta est nō ab ipso. Nihil in illo non alienū, non gratis  
 acceptū. Charitatē quā martyri hoī gratis largit̄ deus, eā si  
 bi homini ipse largitus est Christus deus, & largitus est gra  
 tis. In hoc a reliquis dissidēs, qđ nobis non tm̄ oīa bona gra  
 tuito donant̄, verum etiā condonant̄ mala. In illo nihil erat,  
 qđ cōdonare. Sed accipe, quo magis etiā fiat pspiciū, Chri  
 sti incōparabilē charitatē, istis argumētis non recte spectari  
 Nōne pari rōne sit, vt quemadmodū timorē mali, ita & sens  
 sum mali propellat ingēs amor? Nōne natura sit, vt isignis  
 dolor aut voluptas, alias affectiōnes minus vehemētes ob  
 ruat? At in Christo cruciatum fuisse concedes opinor, scđm  
 poenā mortis secūdaē oīm atrocissimū, idq; secūdam oēs ani  
 mā vires, secūdam oēs corporis sensus. Consentaneū autē  
 est, vt quēadmodū mors eius omni morte fuit acerbior se  
 cundū sensum corporis, ita reformidationē omniū amariss  
 simā fuisse in anīo. Atq; vt immēsa charitas, nihilo fecit mis  
 tiorē sensum mortis, ita nihil mitigauit de reformidationis  
 acerbitate. Cur alterū admittis, alterū abnuis? cum iuxta tu  
 am ratiocinationē, acris doloris sensus, nō minus cū ingēti  
 pugnet amore, qđ metus aut reformidatio, cum vtrūq; paris  
 ter adimat in nobis affectus vehemens? Ac de reformidans  
 da quidē morte vt cumq; licet tergiuersari, de sensu supplis  
 cij, nihil habes quod obtexas. Si cohæret extrema charitas  
 cum summo cruciatu, cur non cohæreat & cum summa res  
 formidatione, præsertim cum in Christo nihil aliud sit ista  
 reformidatio, qđ animi cruciatus, rem naturæ molestā quā  
 presentientis? Quod igitur me dicis extenuare redempto  
 ris amorem cōstituenda reformidatione, isthuc ego possem  
 κατὰ ἀντιπαρρησίαν in te retorquere. Verum hoc mox euin  
 cam. Interim vt me tātū tuear, nondū aut referiā. Non ego  
 mutilo Colete charitatem Christi, quā tantam fuisse consis

reor, vt omnium martyrum charitas, non sit cum hac vna confere-  
 renda, verum ex argumentis paulo certioribus quam tu, perpēden-  
 dam censeo. Nam alacriter adire mortem, non sentire crucia-  
 tum, hæc ita consequuntur amorem, vt non consequi queant, non  
 solum in Christo, sed etiam in nobis. Siquidem iuxta sententiam quorundam  
 recentiorum, & in virgine dei para charitati Iesu proxima  
 charitas, nihil leuiore fecit doloris gladium, qui totam  
 illius animam legitur penetrasse. Sic alacritas comitatur amor-  
 rem, vt iram pallor, pudorem rubor, gaudium risus, tristitia lac-  
 chrymæ. At isthæc indicia sunt, non causæ, extra naturam earum  
 rerum, quas arguunt, vt neque omnis qui palleat, iratus sit,  
 neque iratus omnis statim palleat, neque qui pallidior sit, idem  
 sit commotior, neque ideo quis irascat, quod palleat. Siquidem  
 extra naturam iræ pallor est, vt si pallorem irato detrahas, nihil  
 tamen ex iræ ratione demutaris. De reliquis item eadem iam  
 me dixisse puta. Huius generis indicia in martyrum nonnullis  
 illustriora quædam extiterunt, quam in Christo, at res in redemptore  
 summa & inestimabilis, sed eam magis oportet ab ipsa  
 re, quam externis istis & vulgaribus argumentis spectare. Vis  
 horum aliquot tibi comonstrem? Andreas (nam hunc quorumlibet  
 loco proponam) vehementer quidem amauit, sed eum a quo iam erat  
 summis beneficiis prouocatus. Neque tam redamauit vnum, quam  
 Christus amauit singulos. Hic amauit prior, amauit plurimis  
 contumeliosis offensus, amauit auersum, amauit hostem. Andreas  
 non impedit mortem, sed redemit bis debitam, semel nature, iterum  
 Christo. Christus gratis & prior impendit mortem, longe preciosiorem,  
 quam neque nature, neque peccato debebat, & impendit non sibi,  
 sed nobis, quemadmodum nobis, & natus est, & vixit, & doluit. Po-  
 stremo Andreas necessitate passus est, Christus voluntate.  
 Hæc vbi video tanta tam multa charitatis indicia, nihil etiam  
 moror alacritatem. Qui tanta largitur, eum tu negabis libenter  
 dare, nisi cum risu dederit? Immo hoc ipsum mihi præcipuum  
 est amoris argumentum, quod alacritatem istam, quam

## DISPVATIO DE

22 mēbris suis donauit, in se non assumpserit. Voluit em̄ inno-  
 22 centissimus in poenis nostris cōformari non tantū valētio-  
 22 ribus mēbris, vt moreret, sed etiā in formioribus mēbris, vt  
 22 mortē præsentiaret in animo, priusq̄ corpori infligeret. Sed  
 22 mortem suā inquis reformidare, hoīs est de se solliciti. Im-  
 mo hoīs est perfecti, & malis nostræ conditionis obnoxij.  
 Suam mortē reformidauit, at nō sibi. Vt enim suā mortem  
 passus est, non nostrā, nobis tamē, non sibi, ita suā exhorruit  
 mortē, at nobis, non sibi. Age cū esuriret Iesus, nū de se ma-  
 gis q̄ de nobis cogitabat? Quid em̄ est aliud cibum velle, q̄  
 sui curā habere? Nemo tamē ita ratiocinat̄, vt eum minus as-  
 māsse colligat, q̄ esurierit, immo hoc maxime amāsse, q̄ esu-  
 rire nostra causa voluerit. Q̄ esuriebat naturæ erat, quam  
 assumpserat. Eam nōne & sponte, & nobis assumpserat, &  
 amore? Nobis igitur, & sponte & amore esuriebat. Si quæ-  
 22 ras, quamobrē esurierit, respondebūt omnes, q̄ erat homo.  
 22 Quare factus est homo? Nempe quod ineffabiliter amaret  
 22 hoīm genus. Itidē quod reformidauit, q̄d teduit, quod san-  
 22 guinē sudauit, conditionis erat, quā induerat. Huic quan-  
 22 to plura mala tribues, exceptis his, quæ cum vitio aut indi-  
 22 gnitate coniuncta sunt, tanto magis amplificabis illustra-  
 22 bisq̄ charitatem Saluatoris. Quorū etsi nōnulla naturam  
 assumptam necessitate consequuntur, tamen quoniā ipsam  
 naturā sponte assumpsit, quicquid incōmodorū cum ea co-  
 hæret, id non oportet alio, q̄ ad liberam voluntatem, q̄ ad  
 spontaneū amorem referri. Eodem e fonte manat, q̄d esuri-  
 it, & quod mortē exhorruit. Cur in altero adoras amorem  
 Iesu, in altero offenderis? Nonne quo plura nostræ condi-  
 22 tionis incōmoda recepit, hoc magis amauit? An non ex ho-  
 22 minū malis, vel maximū est mortis reformidatio? Vter igi-  
 22 tur charitatem illius iminuit, tu qui illum negas accepisse  
 malum, quod ipsa pene morte sit acerbius, an ego, qui aio  
 ne id quidē amore nostrī recusasse? Tu tantū calculum des-  
 trahis, & me incufas, quod extenuē charitatem redemptorē

30 ris: Nōne maxime lædebant amorē eius, qui corpus illi tri-  
 31 buebant & animā doloris om̄is incapacem: Proxime certe  
 lædere videntē, qui illi hoc detrahunt, quod est mortū simill-  
 mum, proximūq;. At magis (inquiēs) competat in charita-  
 tem eius, vt de sua morte vehemēter gauisus, de Iudæorum  
 interitu, de discipulorū defectione afflictus fuisse dicatur.  
 Neq; ego isthuc Colete refello, sed amplifico. Fateor Iesum  
 atrocius cruciatū in an̄io fuisse de nostris peccatis, de quo-  
 rundā ingratitudine, qbus sua mors erat non salutē, sed dā-  
 natiōis cumulū allatura, q̄ de doloribus corpori adactis. Im-  
 32 mo grauius doluisse vnus animulæ interitū, q̄ flagra, q̄ cla-  
 33 uos, q̄ crucē. Neq; magnopere reclamarim, si quis affirmet,  
 plurimas simul causas in animā redēptoris irruisse, & hanc  
 tam insolitā tristitiā excitasse. At nihil decedit ex istis cau-  
 sis, si hæc naturalis accesserit. Non parū autē ad amoris cus-  
 mulū accrescit. Omnes eodē e fonte scātēt, nēpe charitatis.  
 34 Qd̄ dolet interire hoīes, nemo non videt esse amantis. Qd̄  
 35 ad mortē instantē (vt infirmus homo) pauescit ac tedet, hoc  
 36 quāto infirmius, quāto deiectius est, quāto nostræ cōmuni  
 37 imbecillitati similius, tanto magis illustrat amorem sponte  
 assumētis. Apostoli scandalizati sunt in morte, sed carnales  
 adhuc, tu scandalizaris in mortis reformidatiōe, cū in vtros-  
 q; conueniat ædificari. Q; autē reformidarit suā mortem,  
 videor mihi posse docere, propemodū & ex ipsorū verbis,  
 qui negāt. Nam Ambrosius volens amoliri scandalū, quod  
 intelligebat oriri ex hoc loco, ita scribit in Lucā. Hærēt ple-  
 ricq; hoc loco, qui tristitiā Saluatoris ad argumentū inolitæ  
 potius a pr̄cipio, q̄ susceptæ ad tēpus infirmitatis inclināt,  
 38 & naturalis sensum cupiunt detorquere sententię. Ego autē  
 39 non solū excusandū non puto, sed etiā nusq; magis pietatē  
 40 eius, maiestātēq; demiror. Minus em̄ contulerat mihi, nisi  
 meū suscepisset affectū. Quid autē dicit inolitæ a pr̄ncipio?  
 Opinor a primitiua hominis conditione. Quæ si constitisset,  
 neq; mors pœna fuisset, neq; morus acerba reformidatiō.

Quid est ad tēpus susceptæ infirmitatis? Mirū ni humani-  
 tatis, quæ propter carnis imbecillitatē, mortem refugit. At  
 qui de alieno malo turbari, non est infirmitatis, sed perfecti-  
 onis, neq; tam naturæ, q̄ virtutis. Illud apertius, quod ait, me-  
 um suscepisset affectū. Meus affectus est, non alacriter ad-  
 ire mortē, sed exhorrescere. Quomodo hunc infirmitatis af-  
 fectū dicitur assumpsisse, nisi quemadmodū ego imbecillita-  
 te cōditionis ad mortē vicinam exanimor, itidem ille suam  
 mortē, mea longe acerbiolem, reformidasset. Eiusdem sunt  
 22 verba paulo inferius. Deus em̄ inquit mortē non fecit, nec  
 22 latatur in perditioē viutorū. Et ideo fastidit, quod ipse non  
 22 fecit. Si mortē ideo fastidit, quod ipse nō fecerit, ac ne suam  
 22 quidē fecit, suā igitur & fastidiuit. Porro alius cum scribit,  
 22 Ob hoc & recusat mortē, veram humanitatē demonstrans,  
 nōne plane demonstrat illū suam mortē formidasse? Sicut  
 em̄ mortem suscepit, vt nostri simīlē hoīem intelligeremus,  
 sic mortē reformidauit, quo minus dubitaremus. Athanasi-  
 us vero cum ait, Humanitas em̄ ob carnis fragilitatē recu-  
 sat passionē, nōne idem perspicūe docet? Verū hoc tibi im-  
 ponit fortasse, q̄d frugalitatē audiens, vitū imaginariis, nō  
 poenā. Cum tibi imineat mors, tum de tua gaudere, de ami-  
 corū, quæ procul absit, agni nō tam carnis infirmitatē sapit,  
 q̄ spiritus perfectionē. Eodem pertinet verba Bedæ. Duas  
 em̄ voluntates ostendit, humanā videlicet, quæ propter in-  
 firmitatē carnis recusat passionē, & diuinā, quæ promptissi-  
 ma est. Isti Colete nomināt infirmitatē carnis, & tu inducis  
 promptitudinē spiritus? Quid igitur (inquis) sibi vult, q̄  
 negant Christum timuisse mortē, q̄ affirmant eum nostris  
 malis indoluisse non suis, de nostris peccatis te duisse nō sua  
 passione, si tu recte colligis? Accipe quod dicam mi Colete.  
 Omnia mala quæ Christus suscepit, nostra erant mala, non  
 22 illius. Omnia nostra bona illius sunt bona, nō nostra. Mor-  
 22 tem suam, & non suā tulit. Suā quia vere pertulit, nostram  
 22 quia pro nobis, & a nobis ortā dependit. Noster erat ille re-

formidatis affectus, nō ipsius, & tamē erat & illius. Noster, quia cū nostra conditiōe, nostra gratia suscepit illius, quia vere in anīa & corpore proprio, non nōo perpeffus est. Ad dam & illa. Timuit mortē, non timuit. Reformidauit, non reformidauit. voluit, non voluit. Platonīcū inquis ænigma mihi proponis. Immo filiū tibi porrigo, quo te queas ex ista pugnantiū inter se verborū perplexitate, velut e labyrintho extricare. Timuit, non vti nos, necessitate, sed sponte, vere tamē. Timuit non suū malum, sed nostrū, non sua causa, sed nostra. Timuit, nō pūertente aut obruente rationē affectu, quēadmodū nos, sed nihil offensa mētis trāquillitate. Neq; prorsus alio modo reformidauit, q̄ timuit. Noluit mortem, quia per se mala est, & inimica naturæ quam assumpserat, Voluit, quia salutē paritura erat iis, quos amabat, lā si me mineris timorē hunc, reformidationē, pauorem esse de maiorū genere, quæ redēptor sine culpa in se recepit, si hæc oīa ita in eo fuisse, vt neq; pertinerēt ad diuinitatē, neq; spiritus promptitudinē quicq̄ impedirēt, neq; rationē præcurrerēt, aut vllō pacto a trāquillitate dimouerēt, neq; gaudiū anīæ, diuinitatē assidue contēplantis obfuscarēt, neq; letitiā eiusdem quā de salute hoīm percipiebat, iminuerent, non vereberis in eo summā reformidationē, cum summa mētis alacritate, summū gaudiū, cum extremo dolore, summā foelicitatē, cum summis cruciatibus copulare. Non autē magni referre puto, vtrū quis dicat eum naturā eiusmodi suscepisse, quam hæc incōmoda necessitate consequatur, an tristitiā hanc non cohæsisse necessario cum humanitate redemptoris, sed per dispensationem ad tempus fuisse assumptam. Vtrouis em̄ modo, æque fuerit spontanea, quandoquidem in priore ip̄a necessitatis assumptio spontanea fuit. Tametsi si veri similius est per dispensationem fuisse assumptam, vt quemadmodū non multo ante in excitando Lazaro infresmuīt, & turbauit se, ita hic sibi ipsi pauorē tristitiāq; asciscerit. Arbitror em̄ Christum multis modis abesse potuisse

a molestia reformidatiōis. Primū enim hoc iam tenebat il-  
 lius ania, quod nostras anias, pariter & corpora reddet, &  
 mortis, & oīs doloris in capacia, puta cognitionē perfectā,  
 cōtemplationē, & fruitionē diuinitatis, quē admodū ipse tes-  
 taf in euāgelio, sic se nouisse patrē, vt ab eo cognitus esset.  
 Hoc tantum gaudiū in omni vita, facile molestiā omnē & a  
 corpore seclufisset, & ab anio, nisi misericordi dispensatiōe  
 ne, nihil sibi prodesse maluisset, quantū ad liniēdas nostrae  
 conditionis erumnas. Ad hoc, tam vehemens amoris ignis,  
 mentē illius totā occuparat, vt citra diuinitatis cōtemplati-  
 onē suffecturus fuerit ad arcendū ab eo cū metū, tū sensum  
 oīs cruciatus. Tanta gaudiij vis animū illius explebat de nrī  
 gnīs inſtauratione, vt oēm molestiā facile quiuerit propelle-  
 re, quippe partibus infinitis copiosior vehementiorq;. Iam  
 aut non solū confero gaudiū de nrā salute, cū sensu mortis,  
 verū etiā eū animi dolorē, quē de malorū interitu p̄sensit  
 qui mltis modis ipsa morte fuit acerbior. Postremo poterat  
 & humana quadā constātia & vigore rōnis, meestitudinem  
 hanc, fortassis & sensum cruciatuum aut eximere, aut certe  
 multis partibus mītiore reddere. Quid ni potuisse ille, qd  
 Ethnici permulti potuerūt. Sunt em̄ nūnullę rationes, quib-  
 bus nobis quotidie malorū sensum mītigamus, siue cū nos  
 ipsos argumentis, aut exēplis ad fortiter ferendū extimula-  
 mus, siue cum ab eo quod molestū est, ad id quod delectat  
 mentē auertimus. Siue cum premiū contēplamur, aut eius  
 merita, cuius amore patimur. Nihil horū sibi passus est opi-  
 tulari Iesus ad leniendas erūnas, quas cū nostra natura su-  
 seepit. Corpus assumpsit, quo nullū vnquā fuerit algoris,  
 aestus, laboris, inedia, doloris, impatientius. Animā assump-  
 psit secundū oēs suas vires sensus acerrimi. Ita vt si paribus  
 numeris illius cruciatus alij cuiuspiā mortaliū fuissent inſti-  
 tuti, multo minus doloris fuerint allaturi. Nihil sibi passus  
 est lenire sensum malorū nostrorū gaudiū illud, quod a nos-  
 tris foeliciter resuscitatis, oīa mala depellet, nihil charitatem,

quæ stultis etiã amantibus molestiã adimit, nihil inuictum  
 animi robur, quo fortes sunt etiam Ethnici, nihil saltẽ com-  
 munẽ illam, & naturalẽ redundantia, quam vocat, qua vo-  
 luptati dolor cedit, dolor obruit dolorẽ. Qua sit, vt non sen-  
 tiant trioboli iacturam, qui decẽ talenta lucrifecerit. Item vt  
 non sentiat aciculæ punctiõnẽ, cui eodẽ momento brachiũ  
 » fuisse frangat. Postremo hoc nobis indulisit natura, vt in præ-  
 » grandi mali fere sensum nostri nobis eripiat. Vt in naufragio,  
 » in ruina, in morbis immanibus. At redemptoris anima, ad  
 » omnium dolorũ sensum integra vigeat, vsq; ad momentum  
 » emigratiõis. Ita perfecte vnũquẽq; corporis cruciatũ, vnũ  
 » inq; e mille sensit, ac si is solus fuisset. Ita vniuersam corporis  
 » molestiã persensit, tanq; nihil animo pateret. Ita rursus oẽs  
 » animi curas, tanq; nihil cruciaret corpore. Ita tũ animi, tum  
 » corporis, pariter & singulos, & vniuersos dolores sensit, vt  
 » summam illius charitas, nihil de molestia detraheret, multũ  
 apponeret. Eteĩ quo tenerius amabat mortaliũ genus, hoc  
 magis discruciabat, suam mortẽ tam acerbã, quæ oĩbus ser-  
 uadis abũde sufficiebat, tã multis nihil pfutura, immo necis-  
 turã. Ita de Iudeorũ interitu doluit, vt nihilo leuius naturalẽ  
 reformidatiõis sensum p̄ciperet. Ita mortẽ exhorruit, vt ni-  
 hilo mitius de Iudeorũ exitio affligeret. Et vt dicã summas  
 » tim, in p̄ferẽdis nr̄is malis, quæ de secũdo statu assumpserat,  
 » nihil sibi voluit opitulari sua bona, quorum triplici genere,  
 » scđm tres hoĩs status, legit eximie fuisse locupletatus. Non  
 purissimã innocentia, quã quidẽ tam oportuit esse a pœnis  
 immunẽ, q̄ erat aliena a culpa. Non gr̄a plenitudinem quæ  
 naturæ tollit imbecillitatẽ. Non deniq; fruitionẽ diuinitatis,  
 quæ p̄cul arcebit in nobis & facultatẽ molesta patiendi.  
 At q̄rsum, inquis, attinet (nã istud inter disputandũ substo-  
 machas rogabas) tantopere malorũ atrocitatẽ exaggerare  
 in Christo? Charitate maxie meruit, hãc ego malim ampli-  
 ficari, q̄ carnificinã. Eteĩ hoc v̄ho vtebaris. Nobis Colete  
 » hoc propemodũ euenit, qđ sibi cum Protagora scribit accis-



disse Socrates, vt tu qui disputatiōis inītio, pposueris auge  
 re redēptoris amorē, eūdem iminueris, ego qui tibi videbar  
 eleuare, amplificari. Adiunxi em̄ præcipuū calculū, quem  
 tu detrahebas. Nisi forte nō crescit virtus, crescēte materia  
 An vero me crudelē & carnificē dices, qui redēptori tātum  
 cruciatuū impingā. Immo stulte misericors, atq; adeo nimis  
 ingratus mihi videar, si tantū malū quod cū aliis plurimis  
 mea causa dignatus est assumere, non agnosca, si dissimulē  
 20 tantū beneficiū, si etiā negē. Et multis adeo noībus cōue  
 20 niebat, vt esset mors Christi q̄ acerbissima, quę vna pro tot  
 20 mortibus dependere, quę totius orbis culpas elueret, Para  
 batur em̄ ea sacrosancta morte, non id modo, qd ad irritan  
 dum primitiua culpæ chirographū satis esset, verū erat ali  
 quid, & (vt ita loquar) supererat, qd in abluenda nra quoti  
 20 diana delicta redūderet. Implēda erat abyssus, vnde oīa no  
 20 stra charismata hauriunt. Parabat efficax exēplum, qd fri  
 gidas etiā mentes in amorē raperet, qd segnes ad salutarem  
 emulationē extimularet, Condebat inexhaustus ille thesaur  
 us meritorū, pro quibus nos coelū acciperemus. Neq; me  
 clam est, ad accumulanda merita multo maximū moinen  
 tum attulisse Iesu charitatem, Verū huius argumentum (vt  
 20 ait Gregorius) operis est exhibitio. Per corporis & animi  
 20 cruciatum, nos redemit eius Charitas, is quo fuit acerbior,  
 20 quo cumulatior, hoc illi nostrā salutem, & chariorē fuisse, &  
 charius emptam intelligimus. Itaq; doloribus accumulatis,  
 tanq̄ fomentis aggestis, amoris flamma, quādo non potuit  
 obrui, latius emicuit. His de causis adducti sunt eruditi the  
 ologi, vt passionis Christi tantopere exaggerarent acerbita  
 tem. Adeo, vt non dubitēt ei tribuere tantū doloris, vt nul  
 lus sit aut esse possit in hac vita grauior. Neq; hæc theolo  
 gorū opinio dissidet a verbis diuinæ scripturę. Sic em̄ apud  
 prophetā ipse loquit, qui solus imensam mensurā, & innum  
 merabiles numeros suorū cruciatuū nouit. Attendite & vī  
 dete, si ē dolor similis, sicut dolor meus. Rursum in psalmo:

Repleta est (inquit) malis ania mea. Vnde nō ita nimis me delectat illa Hieronymi interpretatio, qua dicit, hāc in redemptore mœstitiā, propassionē fuisse, non passionē, quæ illum iuxta diuī Bernardi distinctionē turbarit modo, nō etiā per turbarit. Si passionē appellāt eam, quæ rōnem a statu suo dimoueat, si per turbari vocāt a statu mētis dimoueri, non reclamo. At ego non dubitē & passionē noīare, quæ mentē Iesu, saltem secundū inferiorē partem, nō turbarit solū, sed vehemētissime perturbarit. Porro quod dicit euangelista cœpit tedere & mœstus esse, num hoc sibi vult, quasi tediū & mœror animū illius attingerit tantū, non occuparit; cum ipse clamet prorsus expletam esse malis animā suam, & tristem esse vsq; ad mortem? Atq; vt mortē crēdo omī morte fuisse acerbiorē, ita tristitiā hāc, quæ quasi mortis erat initiū, puto fuisse grauissimā, neq; eum prius reliquisse, q̄ vitam. Neq; vero quadrabit, si quis hanc vocē, cœpit, huc existimet pertinere, quod in eum cœperit venire affectū, in quo non conueniebat insistere. Quemadmodum primī motus, quos vocant, culpa vacant in nobis, si statim resiliamus. Nisi forte quis accipiat eum in se sumpsisse affectum, in quo non expediat insistere membris, puta affectū tristitiæ ac tediī. Ego quod dixit, cœpit tedere, magis arbitror pertinere ad affectum reformidationis ad tempus assumptum, cū dolor ille de malorū interitu fuerit illi perpetuus. Etenī natura quoq; fit, vt quanquā nemo non certū præsciat sese moriturū, tamen nō angatur, nisi cum iam mors imminere videtur. Rei quidē Colete iam dudum arbitror esse satisfactū, verum vt cumulatius etiam tuo satisfaciā animo, quādoquidem amoris alacritas te tam impense delectat, quoquidem e fonte nostra omīs controuersia nascitur, nego vel in vniuersis martyribus tantā fuisse spiritus alacritatem, tripudiūq; quantum erat in mente Iesu, hac ipsa hora, cū tederet, mœreret, cum sanguineo sudore madesceret. Hac ipsa inquam hora, idem intus ineffabili gaudio gestiebat, adesse tandē a patre

## DISPVATIO DE

præscriptū tempus, quo mortalium genū morte sui sibi ut  
 deo reconciliaret. Nemo vnq̄ tam vitæ fuit cupidus, ut tam  
 viuere voluerit, q̄ Christus voluit mori. Nemo nostrū tam  
 ardentem immortalitatē expetit, q̄ ille sicut mortē suam. Quid  
 quæris? Adde etiā si lubet, huic aliquid cumulo. Nos enim  
 quantū anō concipimus, tantūdem verbis assequi nequie  
 mus. At qui cōuenit (inquis) mortē ardētissime sitire, & ean  
 dem ad exanimationē vsq̄ reformidare? Constantibus his  
 quæ paulo ante cōstituimus in Christo, nihil prohibet, eun  
 dem rem eandē, eodem tēpore extreme reformidasse, & ap  
 petisse, voluisse & noluisse, cū summo gaudio, & cū summo  
 cruciatu ptulisse. Primū ut in persona Iesu tres erāt naturæ  
 ita tres voluntates cōstituere nō fuerit absurdum. Quanq̄  
 pleriq̄ duas dūtaxat faciunt, diuinā & humanā. Quidam  
 humanā bifariam secantes tres efficiūt. Ut vna sit diuinitas  
 tis, altera rationis, tertiā infirmitatis, siue carnis. Quæ tamē  
 omnes vna voluntas dici possit, quatenus in idem ferantur.  
 Quemadmodū vulgo quibus idem placet aut displicet, eos  
 vna mente, vnaq̄ voluntate dicimus esse. Vnde Euticiano  
 rum verba, nisi sub eis venenū aliud latuisset, cōmode pote  
 rant accipi, de consensu diuinitatis, & humanitatis in Chri  
 sto, quæ ista reformidatio non tollit. Verū auguror Euticia  
 nos ideo detraxisse Christo voluntatē humanā, quod eidē  
 animā humanā non tribuerent, id q̄d hæresim manifestā sa  
 pit. Sed ad rem. Quādo igit̄ in redēptore tres statuimus vo  
 lūtates, natura non repugnat, quo secius, q̄d secundū vnā  
 reformidarit, scđm alterā appetierit. Verum an isthuc cū ra  
 tione quadret, excutiamus, dispiciamusq̄, quæ tandē fuerit  
 ista voluntas in Christo, quæ eadem non fuerit patris, quæq̄  
 mori noluerit. Et in nobis quidē experimur duplicē quen  
 dam animi nisum, ut idem sepe quasi velle ac nolle ex equo  
 videamur. Peccamus nostra sponte, & tamē perinde ac si id  
 faciamus inuiti, ita nobis displicemus. Recte quid facimus,  
 vtiq̄ sponte, tamē animū alio trahentē sentimus, quasi bo

nū faciat nolēs. Hæ sunt veluti duę partes anīæ, quær altera crassiorib<sup>9</sup> corporis organis imersa carniq; concretā, brutior est, & ad turpia fert. Altera tanq; flāme fastigiū, ex affectuū fumis emicat, nititurq; sp ad honesta. Illa simplex, & aphis ratio vocat. Altera quoniā a summo bono deflectit, qđ vnū ac simplex est, pro varietate falsorū bonorū in quā nititur, aliis atq; aliis noībus appellat. Quanq; cōmuni noīe dicunt<sup>r</sup> <sup>ad 11.</sup> id est affectus, seu perturbatiōes, siue appetitus.

Paulus legē mentis appellat alterā, alteram nūc legem peccati, nunc legē membrorū, nunc carnē & corpus nominat. Quanq; equidem causam non video, cur protinus ob hanc rem duas in homine volūrates statuamus. Nam in primogenia hoīs conditione, vt anīa vna, ita & vna indita est voluntas per se quidē nitens ad honesta, sed ita condita, vt pro arbitrio moderātis, possit deprauata ad diuersa detorqueri. Quæ tamen si peccato deprauata est non tamen ilico incipit esse alia volūtas, nisi fortassis obiectum cōmutatum, cōmutat speciem potentiæ. Nam eadem voluntas, veluti chalybs inter duos magnetes, vtroq; niti videtur, ad honesta vi primitiue conditionis, quæ tamen si peccato viciata est, non tamen extincta, ad turpia morbo, vel reliquiis potius culpæ genitalis. Veluti si palmæ ramū natura sursum nitentē, manibus ad humū deflexeris, non statim alius incipit esse ramus, neq; natiuus ille nifus ademptus erit, sed retardatus.

Recurrat em̄, simul atq; manū remiseris, in locū suum. Verum his in medio relictis, ad rem properet oratio. Hanc igitur rationis & affectuū, spiritus & carnis dissensionē, & rixam perpetuam, nemo tam impius est, vt Christo tribuat, quanq; in nobis esse potest absq; culpa, nisi accesserit assensio mentis, tamē quia e culpa nata est, & ad culpam inuitat non cōuenit dignitati redemptoris. Quod aut ait Augustinus nonnullū esse vitiū, cum caro concupiscit aduersus spiritum, aut vitiū intelligit deprauationē voluntatis ad turpia nitentis, aut non de visu simplici loquit, sed concupiscens

tia cum assensu & delectatione nōnulla coniuncta. Etenim  
 cum Paulus etiā clamat se sentire legem in mēbris suis repu-  
 gnantē legi mentis, verisimile non est, apostolū tam perfec-  
 ctum, iam vllō modo assensum fuisse turpibus instinctibus.  
 » Verū vt rem expediamus, ego mihi videor triplicem quen-  
 » dam nisum animi deprehendere in homine, Vnū qui spiri-  
 » tus est, & non nisi ad inuisibilia, ad honesta, ad aeterna nitit-  
 » tur. Alterū huic diuersum, qui carnis est, & ad turpia solli-  
 » citat, quatenus turpia sunt. Hoc em̄ malitiæ relictum est in  
 » carne nostra, vt pari proposito labore, pari præmio, tamen  
 » turpibus magis delectemur, q̄ honestis. Tertium inter hos  
 » duos mediū, qui neq; ad honesta tanq̄ honesta, neq; ad tur-  
 » pia tanq̄ ad turpia, sed ad ea fertur, quæ natura sunt amica,  
 » ab iis resilit, quæ lædit incolumitatē, aut etiam tranquillita-  
 » tem. Primus ille iudicio constat & gratia, secūsus deprava-  
 » tiōe, tertius naturali affectu. Secūsus prorsus remouemus  
 » a Christo, immo propemodum etiā a perfectis, qui multa  
 » exercitatione spiritus, iam adeo castigarunt corpus suū, &  
 » in seruitutē redegerunt, vt velut anīal, natura quidem ferū,  
 » sed plurimo domitū vsu, nihil, aut perparū detrectans, pas-  
 » ceat rationi. Neq; em̄ perfecti hoīs est ad rem turpem, eo qd  
 » turpis est, propensum esse. Sed fieri potest, vt refugiat horre-  
 » atq; quiddam per se mediū ex circūstantiis quidē pium, cæte-  
 » rum naturæ affectibus acerbū. Veluti mortē, cum pro Chri-  
 » sto est obeunda. Famē, cum ieiunium indicit ecclesia. Labor-  
 » rem, cum adeo cohortatur fraterna charitas. Vt autē omnis  
 » ad quippiam propensio, voluntas est quædā, ita fuga ac re-  
 » formidatio, nolle quoddā esse videtur. Quemadmodum fa-  
 » mes & sitis, volūtates quædā sunt, non spiritus, aut carnis,  
 » sed naturæ. Sed huius propensionis, aut reformidationis sensus,  
 » quoniā naturalis est, neq; cum spiritu, neq; cum carne  
 » per se coniūctus, sed mere naturalis, nihil vetat, quo minus  
 » in perfectissimo quoq; constituatur, postremo etiā in Chri-  
 » sto. In hunc ego sensum arbitror accipiendū esse, qd Petro

dixit Christus. Cū esses iunior cingebas te, & ibas quo volebas. Cum autē senueris, extēdes manus tuas, & alius præcinget te, & ducet quo non vis. Non recuso, quo minus hæc tanq̃ mea somnia contēnas, nisi diuus Augustinus pro me facit. Nam exponēs modo propositū euangelij locū, ait, qđ Petrus ad illā molestiā nolens ductus est, nolens ad eā venit, sed volens eā uicit. Et reliquit (inquit) affectū infirmitatis, quo nemo vult mori, qui a deo naturalis est, vt eū Petro nec senectus abstulerit. Vides hic infirmitatē appellari, nō pro<sup>o</sup> nitatē ad malū, sed penitus naturalibus insitā affectibus re<sup>o</sup> formidationē eorū, quę naturæ sunt insensa. Nemo em̃ du<sup>o</sup> bitarit, quin Petrus mortē eam, quaten<sup>o</sup> erat pia, magno cū animi gaudio adierit, neq; eā noluerit, q̃ten<sup>o</sup> erat salutaris sed quatenus mors erat, res vna rerū oīm insensissima natu<sup>o</sup> ra. Iā si me roges, quæ fuerit illa volūtas in Christo, qua mo<sup>o</sup> ri noluit, hanc eandē esse respondero, quā ipse demonstrat in Petro futurā, mere naturalē mortis reformidationē, quę neq; obsistat spiritui in perfectis, maxie vero in Christo, neq; cū carne misceat. Quod autē mi Colete tres hoīs facio partes spiritū, carnē, & animā, ne clames meū esse cōmentū. Hieronymū sequor aūthorē. Hieronymus secutus est Origenem Origenes Paulū, Paulus mirū ni diuinū spiritū. Sed iuxta<sup>o</sup> hāc partitionē, carnis portionē in Christo nō constituo, sed<sup>o</sup> spūm tantū & animā. Q; si theologi pleriq; quā nos nunc animā dicimus, eā carnē noīant, qua videlicet mortē reformidarit Christus, qua Petrus capiti, vt pximus, ita simillimus, equidē nihil contendo de verbis, quādoquidē cōuenit de re. Hanc igit naturæ infirmitatē, quoniā ita penitus insita est hūanæ naturæ, vt vinci quidē queat, reuelli prorsus nequeat, eoq; certissimū humanitatis documentū, non solum in se recepit redēptor, verū etiā recepit insignite. Audeo totidē verbis de Christo dicere, quibus Augustinus de Petro, Nolens ad mortē venit, sed volēs eā uicit. Infirmitatis erat, qđ exhorruit, nō culpæ, sed naturæ. Hanc infirmitatem vis

cit, non expulit charitas n̄ri. Quomō vicit mortē Christus? Nōne perferēdo: Iudem vicit & reformidationē, amore n̄ri constāter eā & libenter perpetiēdo. Sed quoniā vehemēter expediebat tribus illis discipulis, vt qui prius conspexerant eius maiestatē, nunc viderēt & infirmitatē, ideo nimirū homo, hoīm causa loquēs apud hoīes, humanis verbis humanam imbecillitatē explicuit. Pater si possibile est, transfer a me calicē hunc. Qd̄ ait si vis, & si possibile est, non est dubitantis, sed naturalē affectū submittentis voluntati diuinā. Perinde ac si dicat. Mi pater, sentio quidē in me conditionis quā non de te, sed de m̄re assumpsi affectū, mortis acerbissimū calicē vehemēter reformidantē refugientēq;. Verū hac mea volūtas est, non tua. Hoc em̄ tibi mecum cōmune non est, qd̄ factus sum in similitudinem carnis peccati, & habitū tū animi, tū corporis inuentus vt homo. At nihil me mouet affectus naturæ, quo minus ad hauriendū calicem, quē mihi propinas, sim paratus. Carne quidē, quæ imbecillis est ex horreo, at spirītu qui promptus est, vehementer sitio. Mihi quidē erit amarissimus, iis tamē quos tecū amo & in te, fuerit salutaris. Non vult mori sensus humanus, quia mors infensa naturæ, sitit mortē spūs, quippe qui gn̄is humani sitit salutē. Sed tua volūtas fiat, non mea. Nam prior pprie mea est, neq; tecū cōmunis. Altera mea non est, sed tua, de cuius munere est, quicq; d̄ pie volumus hoīes, a quo sum, quicq; d̄ sum. Mihi nihil arrogo, tuū est omne, quicquid spirītu volo, qui pater es spirītuū, Habes Colete voluntatem in Christo, quę patris nō sit. Iam rationes aliquot accipe, quibus cōiter cum patre mortē, vel noluerit, vel voluerit. Siquidem & secundū superiorē animæ partē, quę perfecto cōsensu semper cōuenit eū diuinitate, Christus modis aliquot mortē noluisse videt. Non placuit mors, tanq; pœna culpę, quia ne culpa quidem ipsa placuit, nec placuit author culpæ diabolus. Secundā hanc rationē tam non vult mortē diuinitas, q̄ non vult admitti peccatū. Audi iam nō hominem, sed deū. Nolo

si possibile est  
 fer calicē q̄ri et  
 mitur

inquit mortē peccatoris, Multo igitur minus iusti, Sed eāte-  
 nus auersatur mortē, quatenus culpā mortis parentē. Præ-  
 terea pro conditione adiūcta, eandem & noluit, & voluit.  
 Nolebat mortē, si in conditione sua constitisset humanitas,  
 Id quod volebat, & volebat simpliciter, rursus volebat mor-  
 tem, quia iam post lapsum naturæ, quæ simpliciter nolebat,  
 necessaria, erat ad instaurationē. Aut ex effectu volebat, quod  
 piis & gratis hoībus immortalitatē esset allatura, ex occasi-  
 one nolebat, quod eam sciret multis maioris impietatis oc-  
 casionem futurā, quanquā ipsorum vitio, non mortis. Iamdu-  
 dum vides opinor, nihil agere cum Hilario nonnullos alios,  
 qui hæc verba, Transfer istum calicem a me, volūt esse capi-  
 tis orātis, vt non a sese, sed a mēbris suis transfret hora pas-  
 sionis, cum secundum omnes has ratiōes, nisi forte quis pri-  
 mam excipiendā putet, Christus non aliter suorum mortē  
 corporalē voluerit nolueritque, quā suam. Sed efflagitas, quod  
 pollicitus sum expediturum me, quemadmodū in Christo  
 summa alacritas animi, cū summa dolore cohæserit, eodem  
 tempore. At istud (nisi fallor) iam propemodū præstiti. Des-  
 monstraui enim nihil obsistere, quo minus Christus secun-  
 dum duplicē animæ partem, rationalem, & sensibilem (sic  
 eam vocant recentiores) mortem potuerit simul & nolle, &  
 velle. Ostendi & secundum eandem partem idem potuisse.  
 Quod si concedis eundem hominē secundum diuersas partes  
 animi, immo secundū eandem, eodē tempore, rem eandem  
 pariter extremo voluisse, noluisse, cupiisse, ac reformidasse,  
 non potes non concedere, totidem modis & extreme fuisse  
 gauisum, & doluisse, præsertim subueniente mihi & tempo-  
 raria suspensione diuinitatis, & priuatione redundantia.  
 Quā equidē nō cupio precario abs te impetrare. Etenim aut  
 hanc admittas necesse est in Christo, aut fateare nihil eum  
 in tota vita sensisse incōmodorū nostræ cōditionis. Secun-  
 dum inferiorē animæ partē, sensit tedium mœrorēque de in-  
 stante supplicio molestissimū, secundū quē sensit & clauos,



& spineam coronā. Eatenus qua proxima erat corporis af-  
 fectibus anima Iesu, diris cruciatibus affligebatur. Qua ve-  
 ro diuinitati pxima, inestimabili gaudio gestiebat, eadem  
 de re, puta morte. Neq; ille tantus mœstitiæ sensus, alacrita-  
 tem seigniorē reddebat, nec alacritas reformidatiōis sensum  
 minuebat, videlicet per dispensationē nō redundāte in sen-  
 sibile partē affectu rationalis. Atq; in eadē parte rationali,  
 vt incomparabili gaudio afficiebat de morte sua, quā nobis  
 saluiferā fore letabatur, ita simul extreme cruciabat, quod  
 multi suo vitio tam efficax, tam saluiferū remediū vitæ,  
 sibi versuri essent in venenū mortis. Hic nihil est, qd offen-  
 dat hoīem, cui sensus sint non oīno in exercitati. Audio Ie-  
 sum sic anō afflictū de interitu malorū, sic gauisum de sa-  
 lute piorū, adoro inestimabilem charitatē. Audio sitisse mor-  
 tem, quatenus erat fons vitæ nostrę, veneror imensum amo-  
 rem. Audio rursus noluisse mortē, audio exhorruisse, ma-  
 gis etiā suspicio nostri charitatē, quorū & miserā infirmita-  
 tem dignatus est assumere, is cuius virtute subsistunt vnī-  
 uersa. Audio noluisse mortē, quia noluit peccatū, admiror  
 charitatē. Audio noluisse, quod multis esset occasio scandali  
 futura, quid aliud cogitare possum, nisi summā eius charita-  
 tem. Voluit, non voluit, reformidauit, nō reformidauit, do-  
 luit, gauisus est. Oīa pariter accendunt ad redamandū, cum  
 oīa simul eodē e fonte scateant, puta charitatis. Iā quid præ-  
 terea possis requirere, nō video Colete, nisi forte scrupulus  
 hic te quiddā etiā moueat, quāobrem Christus Iesus, ma-  
 luerit reformidatiōis, q̄ gaudij signa edere moriturus, cum  
 fatear, mētis alacritatem de nostra salute, partibus infinitis  
 maiorē fuisse affectu reformidatiōis de sua morte. Quoniā  
 inq; hic mansuetudinis, patientiæ, & obedientiæ parabat ex-  
 emplū, non aniositatis, Exhibebant argumenta humanita-  
 tis, non ostentamēta diuinitatis. Proponebat exemplar, qd  
 amaremus, qd æmularemur, non tantū miraremur. Immo  
 totā Christi vitā ab incunabilis relege, multa reperies mans

suetudinis, patiētiæ documēta, alacritatis nulla. Satius erat  
 amāter pro nobis mortē suscipere, q̄ exultanter, neq̄ quicq̄  
 in ea magis nos voluit admirari, q̄ suam erga nos charitatē.  
 Qui potuit autē suscipere mortē amantius: Proditorē fami-  
 liarem nec a cōuiuio, nec a corporis sui cōmunionē secludit,  
 nec impium serētem osculū repulit, immo quo resipisceret,  
 etiā tum amicū noiabat. Quid autē supremo illo sermone,  
 quē cum suis habuit, amabilius? Quid aliud sapit, q̄ singu-  
 larem charitatē nostrā? Non ibi suā deplorat conditionē, sed  
 amicorū pusillanimitatē consolā. Neq̄ alacritatis ostentat-  
 io nobis fuerat profutura, moestitia profuit. Hoc agebat, vt  
 is qui pro nobis mortē dependisset, verus homo crederet, &  
 n̄rā conditiōis passionibus obnoxius. Q̄ si magna vultus  
 & vocis alacritate, & pene non sentienti adsimilis cruciatū  
 pertulisset, quāto lati⁹ se propagasset Manicheorū insania,  
 qui illū phantasticū assumpsisse corpus mētiti sunt etiā nūc,  
 cū tam euidēs exhibuerit specimē nostrā cōditionis. Diffi-  
 cile fuerat futurū, veram eius mortē credere, nisi vīsa mortis  
 reformidatio fidē fecisset oculis. Quod idē sentit Ambrosi-  
 us, cū ita scribit, Quomodo te imitemur dñe Iesu, nisi se-  
 queremur vt hoīem, nisi mortuū crederemus, nisi vulnera  
 vidissemus? Quēadmodū discipuli crederent fuisse moritur-  
 um, nisi morituri tristitiā comperissent? Ad humanæ igi-  
 naturæ veritatem asserendā, magis faciebat hæc patiens, q̄  
 fortis illa & animosa supplicij perpessio. Magis item nostris  
 conueniebat affectibus, quibus non tam mirabilis esse vo-  
 luit, q̄ amabilis. Postremo magis quadrabat cum propheta-  
 rum oraculis, qui Christum sub hac persona maluerunt in-  
 ducere, vt eum nūc agno mansueto cōpararent, nūc liuentē  
 plagis, deformatū, destitutum abiectūq̄ facerent, nusq̄ ala-  
 crem, erectū, animosum. Obmutescētē faciunt, nō magna  
 loquentē. Gloriosa quædā & ambitiosa res est, cruciatū in-  
 territo adire pectore, magnū nescio quid & forte inter ipsa  
 tormēta dicere. At Christus suā mortem etiā ignominiosis

## DISPVATIO DE

22 simā esse voluit. Hanc alacritatis gloriā suis martyribus ser-  
 23 uabat, pro quibus infirmatū est caput, vt membra essent for-  
 24 tia. Valde teduit dominus, vt minus tederēt serui. Fortassis  
 quod in magnis cruciatibus alacritatē a nobis nō requirit,  
 videlicet repugnāte natura, ob id eam ne in seipso quidem  
 voluit ostentare. At māsuētudinīs & charitatis exēplum ex-  
 pressit in se, mansuetudinīs q̄ prius a se iusserat discere, dis-  
 cens, Discite a me quia mitis sum, & humilis corde. Charit-  
 tatē aut etiā moriturus diligēter mandat. Verum hęc opi-  
 nor pro re satis, ad te nimis multa, hoīem tam eruditū. Alios  
 qui possent & hęc ipsa paulo copiosi⁹ explicari, Paulo mus-  
 niri cauti⁹, paulo accurati⁹ distingui. Verū cui scribā vi-  
 deo. An tibi persuaserim, equidē nescio. Eūā si mihi videor  
 25 vt cunq; demonstrasse, meā, id est recentiu⁹ theologorū sensu  
 26 sentiā magis consentaneā esse verbis euangelistarū, magis  
 27 quadrare cū verbis prophetarū, non dissentire a scriptis ve-  
 28 terū theologorū, pulchre concinere rōni, non pugnare cum  
 29 natura, & adeo nihil detrahere, vel fortitudinī, vel charitas-  
 30 ti, vel obedientiā redēptoris vt plurimū etiā adiungat. Ex-  
 tua cōtra isthuc ipm consequi, qd vnū te in mea snia offen-  
 debat. Sed, o, me temerariū, qui vix dū tyrunculus tanto cū  
 imperatore audeā congregari, p̄sertim homo, vt tu vocas, rhe-  
 toricus, in re tam theologica, hoc est in arena nō mea. Ver-  
 rum nihil non audendū mihi putauī apud te, qui quidē ele-  
 gantiorē vetustiorēq; oēm eruditionē ita scite calleas, tātas  
 vtriusq; linguę opes ex italia deportaris, vt isthoc vno noīe  
 31 Coletū vix dum satis agnoscat theologī. Proinde malui pri-  
 32 sco illo, & libero differendī more tecum agere, cum qd eum  
 33 ipse magis probarē, tum quod intelligerē tibi nouam hanc  
 34 & nuper natā disputandī rationē nimis displicere, acutam  
 35 quidē & expeditā, vt videtur ipsis, anxīā vero, supersticio-  
 sam, ieiunā, ac plane sophisticā, vt tu putas. Et fortasse recte  
 putas. Verū si iuxta Græcorū adagium, μηδὲ ἑκατὸν πρὸς  
 δύο, vide ne tu vnus contra tot milia stare nequeas, Non in-

¶ uideamus potius istis doctrinā elimatam, uidelicet Origenis, Ambrosij, Hieronymi, Augustini, Chrysostomi, similis  
 ¶ umq; veterū, pingui Minerua contenti. Liceat per nos sum  
 ¶ um cuiq; pulchrū esse, & Cascum Cascam dūcere, Stultum  
 ¶ est fabulā, etiā optimā agere, quam nemo spectet. Porro ex  
 his quæ scripsi, nolim in periculū vocari, si forte in aliorum  
 manus aberrarint. Neq; enim mihi propositū fuit, quid ego  
 sentirē aperire, sed tuam sententiā elicere. Quid si etiam te  
 cum sentiens, quēadmodū apud Platonē Glauco iustitiam  
 vituperat, ut Socratem ad laudandā iustitiam prouocaret,  
 ita me fingā dissentire abs te, ut instructus tua defensione,  
 posthac magis possim meā sententiā apud alios tueri? Sed  
 iam tuā illam ferratā aciem, Nestoreaq; instructā arte, expe  
 cto. Expecto classicum illud ingens, Expecto tela illa Cole  
 tica, vel Herculanis certiora. Interim & ipse vires ingenij  
 explicabo, contrahā copias, librorū auxilia comparabo, ne  
 primam tuā impressionē sustinere non queam. De reliquis  
 quæ proponebas ex epistolis Paulinis, quoniā sunt pericu  
 losa disputatu, malo coram in nostris illis *Δευλιόις περιπέ  
 ταις* voce, q̄ literis agitare. Vale decus huius scholæ, &  
 mea voluptas. Colete optime, Oxoniæ.

## BIS AD HAEC RESPONDIT CO

letus, toties rursus Erasmus, verum ea non  
 quibāt haberi, cū hæc imprimerētur.

## D. ERASMVS ROTERODAMVS

Adolpho principi Veriensi, S. P. D.

**P**RESSIVS intuenti mihi, nō vsquequaq; assen  
 tandi palpandiq; vitiū receptū videri solet, Adol  
 phe suauissime, ut antiquit<sup>o</sup> reges & imperatores  
 panegyricis solenniter (& quidem in os) laudaren  
 tur. Quin potius sic existimo, viros cordatos, rerumq;

## ORATIO DE

nature, atq; humani ingenij egregie prudentes cū spes non  
 esset, leoninā illā regij pectoris generositatē, & aurium deli-  
 tias, vel monētis autoritatē, vel increpantis saueritatem,  
 aliquādo passuras, publicæ vtilitatis respectu vela vertisse,  
 22 ac via quidē occultiore, eodem tamen contendisse. Itaq; sub  
 22 laudatiōis specie, simulachrū quoddam absoluti principis  
 22 eius, velut in tabula depictū representasse, vt ipi sese ad pro-  
 22 positū exemplar exigētes, taciti secū agnoscerent, q̄tum ab  
 22 illa laudati p̄cipis imagine abessent, ac citra tum pudorē,  
 22 tū offensam discerent, quid vitij mutādū, quas virtutes p̄-  
 stare oportere. Eodēq; titulo nō idē ageret, videlicet vt bo-  
 22 ni principes quæ facerent recognoscerēt, mali quæ facere de-  
 22 berent, admonerent. Nihil igit̄ erat aliud ista laudatio, quā  
 22 delicatū monendi, blandumq; exprobrandi genus, ac plane  
 pharmacū necessariū quidē illud, sed amarū, eoq; melle p̄-  
 litum. Id q̄d olim regū barbarorū violentiæ dabat, non tam  
 turpiter (vt ego opinor) q̄ prudenter, Peuritiæ vero studia,  
 22 moderatis laudibus alere, ac veluti crustulis datis, blādus  
 22 inuitare, adeo vitio datū non est, vt a magnis quoq; autho-  
 22 ribus tibi p̄cipiat. Sed ista quorsum inquis? Nimirū huius  
 22 modi p̄fatiuncula visum est adulationis notā deprecari,  
 atq; p̄cludere, cum statuissem hac epistola paulo ineptius  
 tecū agere, & cum puero te paulisper veluti repuerascere.  
 Quāq; ego te generose Adolphe, ne laudatur⁹ quidē sum,  
 quin magis te ipm tibi tanq̄ in speculo cōmonstraturus, vt  
 temet noris, nō aut̄ vt etiā ames, simulq; pereas, quēadmo-  
 22 dum de Narcisso fabulant̄ poetæ, sed vt etiam atq; etiam in-  
 telligas, q̄ magnum nomen sis deo, tuæ scelicitatis autori,  
 quibusq; rebus sis natus, & quo tibi sit eluctandū, ne cum  
 totū coelū tibi arriserit, tute tibi parū prosper fuisse videre.  
 22 Hoc profecto sibi volebat (nī fallor) speculum illud Socratis  
 22 cum, ad q̄d vir sapientissimus mittere solebat adolescentu-  
 22 los, vt qui se perspexissent, corporis & ingenij dotibus, for-  
 tunæq; cōmodis ampliter cumulos, vel hoc ipso ad virtus

tis studiū sollicitarent, cum intelligerent, ad tantam naturæ  
 sortem, haud mediocrē industriæ vsuram, tum deberi, tum  
 expectari. Si vero quibus hæc malignius contigissent, hoc  
 impensius ad conandū extimularent, quo quod natura vi-  
 deretur diminutū, industria exæquarent. Quantū autē tan-  
 ta in re cessatio nullā omnino recipiat culpæ deprecationē,  
 tamē non paulo minus reprehendendi videntur, quorū in-  
 dustriæ fortuna quodāmodo defuit, q̄ qui fortunæ defunt  
 ipsi. Tibi vero mi Adolphe, quæcunq; ad perfectā virtutem  
 adminicula cœlitus dari possunt, adeo sunt affatim suppes-  
 ditata, vt nisi oīa summa p̄stiteris, neq; fortī a deo creditæ,  
 neq; tuorū expectationi responsurus videaris. Primū enim  
 quid ego referā fortunæ mirā in te, raramq; indulgentiam?  
 Quæ te vix dū natum, veluti manibus suis, in summo rerū  
 fastigio collocauit, Quæ te ad summas res non euexit, sed  
 genuit, immo quæ Principē florētissimū, & anteq; in lucem  
 ederet, fecit. Quippe quæ tibi genus largita est carissimis  
 vtrinq; imaginibus illustræ, paternū quidē a Philippo Bur-  
 gundionū duce, heroe cum quouis etiā veterum cōponens  
 do, Maternū vero a Borbonica stirpe, id est Gallorum regis  
 bus ductū. Vt omittam interim rem amplā, ac ditionē lucu-  
 lentā, vt sileam affinitates vtriusq; sororulae, sponsalibus  
 cū summis proceribus adiūctas, vt ne tibi de matre tam pia  
 gratuler, quæ sollicitudine quadā incredibili, te veluti des-  
 nito parturit, nihilq; putat in vitā eduxisse, nisi & ad virtutem  
 perfectā prouexerit, vt ne id quidē recenseam, qd iam  
 nūc te puellū, cum pleriq; primates aulici, tum clarissimus  
 ipse princeps Philippus certatim fatali quodam fauore stu-  
 dioq; prosequunt, nihil non ausi sibi de tua indole polliceri.  
 Illud em̄ propius ad te pertinet, de quo non puduit & sapi-  
 entissimū illū regem gloriari, q̄ (vt ille ait) animam fortitus  
 es bonā, q̄q; verus ille Prometheus, mentē tibi indidit fœs-  
 licissimā, istis opibus, isto rerum apice, istis imaginibus di-  
 gnam, dignā isto corpusculo, quod & ipm architectrix nā-

ORATIO DE

25 tura, veluti virtutū arculam quandā oibus Veneris & grā  
 25 tiarū muneribus copiosissime perpoliuit, ne scilicet non ha  
 25 beret pulcherrimū domiciliū, animus pulcherrimus. Neq;  
 25 vero parui refert, principē vti virtute, ita & corporis specie  
 25 vulgus antecellere, cū videam Vergilianū illud, vel recla  
 25 mātē Seneca, preclaris viris non temere placuisse. Grator  
 25 est pulchro veniens in corpore virtus. Quāq; ille ipse tetri  
 25 cus philosophus, ac Stoicorū pene dixerim stoicissimus, mis  
 25 raculi loco refert, Claranū quendam suū, cum corpore des  
 25 formi esset, ingenio tamē atq; virtute præcelluisse, & vnus  
 25 exemplo ratiocinatur, egregiā mentē sub quauis etiam cus  
 25 te latere posse, id quod ne Maro quidē negat, verū ait, ani  
 25 mi decus cum corporis specie coniūctum, cōmendatius &  
 25 gratius esse mortaliū oculis. Quis autem vsq; adeo cōmuni  
 25 sensu caret, vt hoc inficiandū putet? Quo magis miror, cur  
 25 homo grauis, tam cōfessam poetę sententiā, scripserit erro  
 25 rem sibi videri. Sed omisso Seneca ad rem redeamus. Poes  
 25 tæ mirabiles rerū omniū adumbratores, diuinis mentibus,  
 25 25 quas vtiq; scelicissimas videri volunt, corpora tribuūt pul  
 25 cherrima. Cuius sententiæ ne Platonē quidem ipm pœni  
 25 tuit, cum sapiētiae mysteria poeticis (vt solet) inuolucris, obs  
 25 uestiens, diis, id est beatīs mētibus, & ab omī terrenæ labis  
 25 contagio porro semotis, & currus decoros, & equos ambro  
 25 sia nectareq; nitidos attribuit. Homerus aut, omniū disci  
 25 25 plinarū, tanq; oceanus quidā, Achillem, Vlysem, Menela  
 25 25 um, & si quos præterea virtute præstantes heroas facit, des  
 25 centissima quoq; corporis specie fingere cōsueuit θεοειδεις,  
 25 25 καὶ θεῶν ἰκέλους, id est diuina specie, & deo similes eos idem  
 25 25 tidem appellās, Thersitæ vero vt mentē ignauam, ac dege  
 25 nerem, ita corpus ad portentū vsq; deforme affinxit.

φολκός ἐν χωλός ἄτερον πῶδ' ατῶ δὲ οἱ

Κυρτίῳ ἐπίσθιος σύννοχικότε αὐτῶν ὑπερθε.

φόξος ἐν κεφαλῇ φεδνη ἄπεινήνοθε λάχων

Quod Maro noster, vt Homeri præterq; alia, ita hoc quoq;

diligēter est æmulatus, in Aenea, Iulo, Eurialo, multisq; aliis. Quin & Socrates philosophorū non sapientissimus modo, verū etiā incorruptissimus, in Phœdro Platonis sub obscure quidē, sed nimis q̄ eleganter innuit, bonā corporis figurā, bonę mentis aut argumentū esse, aut certe adiumentum, illud pulchri equi, hanc equitis sub noīe depingens, ac denotās. Postremo & Aristoteles ipse de corporis & vultus indicis, pectoris habitū coniciendū existimauit, idem carniū molli tudinē, ingenij neutiq; durū iudicauit signū. Postremo fides his desit authoribus, nisi & historiographorū consensu testatissimū est. Pythagoram, Scipionē Africanū; cūq; his innumerabiles, qui ob diuinas quascūq; animi dotes, plusq; hoīes crediti sunt, venusta decētq; forma fuisse. Adeo videlicet cognatę res sunt, corpus atq; anima, vt alterius habitū, altera sequat, ac mentis quidē bonitas, in ipsa ceteris specie reluceat, rursus corporis habitus diuinę (vt ait Flaccus) aurę particulā vicissim afficiat, vt quę corpori penitus sit immersa, eiq; illigata, velut ostream circūferat. Nam hęc est vna ex pinguibus illis Socratis similitudinibus, in quas iocat Alcibiades. Sed vereor ne de forma nimis mstra. Quāq; ego nequaq; aut corporis dotes, aut ingenij foelicitatē sic effero, vt vel eos qbus hęc parcius obtigerūt, a virtutis studio deterreā, vel puero tibi pueriliter blandiar, quin imo vtrosq; non ad Narcissi fonticulū, sed ad Socratis speculū adduceo, vt & illi hoc acrius excolendo animo studeant, quo minus naturę dotibus adiuuant, tuq; cogites q̄ indignū flagicium, q̄q; absurdum futurū sit, si in tam venusto corpore, mentē inuenustā, atq; incultā esse patiāre, ac sub cute nitida, carie situq; squalcat animus. Tum si comiseris, vt cum tibi natura vilissimā tui partem, sic expoliuerit, tu immortalē tui portionem negligas honestis studiis excolere. Deniq; nihil isto monstro puta esse mōstrosius, q̄ in delicato seriniolo *ἄνθρακας* (vt Græci dicunt) *θυσανῶν*, & si magis Cinicę dicendum in gemmata pixidula coenum; aut



## ORATIO DE

si quod coeno spurcius. Proinde mi Adolphæ, ne laudari quis  
 dem te puta, ubi quispiam formosum te, aut generosum, aut  
 bene ingeniatum predicat. Verissima enim & mordicè tenenda  
 Epicteti sententia (si tamen senem tam Stoicum aulicæ ferent auribus  
 cule) prorsus extra nos esse, nihilque quicquid ad nos pertinere,  
 quæcunque a fortuna, vel dari possunt, vel eripi. Nondum igitur  
 Adolphum ipsum laudauimus, dei modo gratuita in te benigni-  
 gnitate retulimus imputandam, nisi ad foenus accomodaris.  
 Porro reliquæ virtutes, quæ proprie ad hominis laudem pertinent  
 ne possint quidem adhuc in ætate tam tenella, citra Gnatho-  
 nismum laudari. Tamen si tempestiuum earum prouentum a tuo  
 expectamus autumno, neque falles opinor expectantes, quando  
 quidem isto tam florulento vere, nos in spem amplissimam erige-  
 ris, lamiam enim ceu grauidæ turgent in palmitis gemmæ, iam  
 nunc admodum adhuc puer, quasi gemini decoris specimen  
 edis, puta, tum animi paterni, belli pacisque artibus iuxta præ-  
 stantis, tum materni ingenij, in cuius se mores nihil habere iu-  
 ris ipsa quoque fortuna miratur. Et illum quidem militiæ decora,  
 atque ardens euexit ad æthera virtus, hæc autem rarissimo pro-  
 fus exemplo, cum foemineo sexu masculum animi robur, cum  
 summis vitæ delitiis (quas illius fortuna, non animus postu-  
 lat) continentiam incredibilem, cum eximia nobilitate, superbissi-  
 misque stematis, modestiam & comitatem prope plusquam plebeiam,  
 Denique (ut semel complectar) cum aula Christum copulauit.  
 Vtrumque igitur parentem Adophe, alterum inuictissimum, alteram  
 integerrimam modestissimamque iam spe quadam ita refert, ut si-  
 mul et Mauortius studiis capiaris, neque a musarum literarique  
 ocio abhorreas, possisque ad vtrumque iuxta natus, ac sculptus  
 videri, καὶ τὸν βίον πρακτικόν, quem præfert Dicæarchus,  
 καὶ τὸν θεωρητικόν, qui Theophrastum magis delectat. Et hunc  
 quidem tum priorem, tum foeliciorum in politia sua putat Plato,  
 ad illum tamen vi vel retrahendum sapientem, publicæ utilitatis  
 nomine. Sed priuato sibique viuendum liberum esto, vtrum malit sequi,  
 principii certe qui patrie non sibi nascitur, neutrum oportet deesse.

& utrūq; Homerus Vlyssi, Vergilius Aeneae tribuit: alterū  
 dū eos diuturnis erroribus, variisq; casibus exercent, dum  
 mediis bellorū mescent tumultibus. alterū dum ad inferos  
 deducunt. Eodē arbitror pertinere, qd Plato in iis quos ob-  
 eundae reip. destinavit, moderatū quendā & mediū mentis  
 habitum requirit, qui neq; ad ferocitatē vsq; concitatus sit,  
 neq; ad ignaviā abiectus. Eum vero e duabus inter se pug-  
 nantibus rebus, musica gymnasticaq; conflare censet oport-  
 tere. Hunc nimirū in te videor mihi conspiciere, cū mediam  
 quandā indolē intueor, e paterna auitacq; animi sublimitas  
 te, atq; matris pietate, mansuetudineq; temperatā. Etenim  
 quod iam nūc manusculis istis Pegasi ferocientis habenas,  
 nō minus scite q̄ animose moderaris, & imanis belua, cuius  
 corpusculi sarcinulā vix sentit, eius tamē & arte, & animo  
 citatur, sistitur, in gyrū circumagit, ad saltum extimulat, ad  
 gradariū incessum stringit, ad succussariū tripudiū admit-  
 titur, q̄ nunc aequore campi praecipiti volare cursu, nūc ar-  
 dua scandere, nūc per praecipitia decurrere cogit, ac puerilis  
 sinistellae nutibus oibus paret, q̄ in tenera ista fronte sublu-  
 cet nescio quid Augustum atq; Heroicae maiestatis, q̄ vix  
 dum puer, nihil tamē habes puerile, q̄ iam arcu, q̄ cursu, q̄  
 palestra nulli cedis aequaliū, paternae auitaeq; virtutis simus  
 lachrū agnosco. Rursum vbi te tanq̄ aliis oculis contēplor  
 εἰς πρόλασ' ἐν κεφαλῆς, atq; animaduerto, q̄ nihil quidem in te  
 nō futuro principe dignū, id est nihil humile, nihil stupidū  
 nihil ingenerosum, at e regione nihil feroculum, nihil arros-  
 gans, nihil minax, nihil insolens, sed oculi, non licentes qui-  
 dem illi, at neq; rursus truces, verū amici, frons neq; dura,  
 neq; improba, sed alacris & viuida, vultus comis & gratias-  
 rum plenus, os verecundū, male decentissimo pudore sem-  
 perq; parato purpurisso tinctae, sermo modestus & rarus, ge-  
 stus compositi. Tum q̄ pius in parentē, in auum reuerens,  
 erga praceptorem obseruans, q̄ inter aequales obsequēs, q̄  
 non imperiosus, aut morosus in ministros, q̄ in neminē pro-

## ORATIO DE

cax, in summa eū conſydero nihil in te dephēndi, qđ aulæ,  
 » quod fortunæ tuæ mores ſapiat, m̄is optimæ imaginē (vt  
 » Plautine dicā) ipſiſſimā videor intueri. Et ſunt iſta quidē ad  
 præſentē ætatis tuæ laudē magna, ad expectationē vero, &  
 quaſi p̄diuationē futurorū, maxima. Illud autē ſpem de te  
 noſtrā vel maxime confirmat, qđ præter iſtā naturæ bonitatē  
 domi contigit habere vtriuſq; virtutis mḡros egregios, bel-  
 lica quidē auum tuū, in quo viro nihil eorū deſyderes, quæ  
 ſolēt a fortiſſimo duce requiri, phiæ vero, ac veluti muſices  
 » illius Platonica, Iacobū Battum, deum immortalē, q̄ rara  
 » doctrina, q̄ eximia vitæ totius inocentia, q̄ ſingulari ſacra-  
 » dia virū. Quid iam ſit, qđ ſuis de te votis patria non audeat  
 promittere, poſtea q̄ tam ſœlici indoli, formator tam egre-  
 gius contigit. Contigit autē non iam exoletō, parumq; per  
 ætatē tractabili, id quod plæriſq; ſolet accidere, ſed quædam  
 » modū Phoenix ille Homericus Achilli puello adhuc pene-  
 » qđ infantulo dat<sup>9</sup> eſt; Διαſκόμεναι τὰδ' ἅπαντα μύθων ἔκτ' ἢ ἔμψ  
 » μιναι τὸ γινκτ' ἤρατ' ἔργων, iſtīdem tuā infantiam vix dum a lacte  
 depulſam, ſtatim Battus excepit, nutricādī munus cū nutri-  
 cibus ex æquo partibus, vt illa corpusculū tuū curarent, hic  
 animū fingeret, videlicet hoc iam tum agente matre, vt ipſo  
 » prope cū lacte, auriculis tenellis p̄clara illa ſapientū dogma-  
 » ta inſtillaret, mentisq; tuæ recentē teſtulam, cuius odorē &  
 » in omnē vſq; vitā eſſet redditura, philoſophiæ baſſamo im-  
 » bueret, neq; lingulā iſtā ſineret vulgari ſtribiligine pollui,  
 » ſed puriſſimo muſarū irrigaret ſucco, ac pectusculum iſtud  
 » rude adhuc, & in quemuis habitū ſequax, præceptis forma-  
 » ret amicis. Nam ad virtutis institutionem, vt aliqua ſera ſit  
 » ætas, nulla certe non matura eſt. Hæc alius aut præteriret,  
 » aut ſummis vix digitis attingenda putaret. Ego vero vel ſo-  
 la cōmemoranda ducō, vt in quibus vere ſœlicitatis pup-  
 pis & prora (quod aiunt) ſit hominī. Siquidē nataliū ſplen-  
 dore, reliquiſq; fortunæ muneribus, non pauci te mortales,  
 vel æquant, vel ſuperant. Hæc tua propria pene ſœlicitas

est, & haud scio an cum vllō nostratiū principū cōmūnis  
quod rudis adhuc in eum incidisti virū, qui mentis tuæ va-  
cuam tabellā, castis ac salutaribus occupare possit opiniōni-  
bus, possit autē quia doctissimus, velit quia optimus, efficiat  
quia diligētissimus, quiq; te veluti presens Mercurius, Mos-  
ly, quodā efficacissimo, id est optimis rationibus, contra au-  
<sup>66</sup>licorū illecebras, & voces quorundam moribus pestilentios  
<sup>66</sup>res, tanq̄ contra Circes pocula prēmuniat. Rara profecto  
nostris in terris auis, homo nō triualiter eruditus. Rarior  
<sup>66</sup>autē, qui moribus sit vsquequaq; sanctis & inculpatis. Ras-  
<sup>66</sup>rissima porro, ac plane Phœnicis instar, qui cum exquisita  
<sup>66</sup>doctrina, summā morum innocentiam copularit. Quibus  
oībus sic absolutus tibi contigit, vt non verear asseuerare,  
neq; Achilli Phœnicem, neq; Dyonisio Platonē, neq; Alcibi-  
adi Socratē, neq; Alexandro Aristotelē, neq; Neroni Ses-  
<sup>66</sup>necam pari fœlicitate contigisse. Quanq̄ isto noīe, non tam  
<sup>66</sup>fortune, q̄ parentibus debere te puto, quorū prudenti delez-  
<sup>66</sup>ctu talis ascitus est. Alioquī vel vna hæc fœlicitas opranda  
magnatibus, qua sola fere carent. Quid autē retulit bene na-  
tum fuisse, nisi & bene instituaris. Princeps autē nō temere  
instituit ad virtutē, nisi tum cœperis, cū se nondū esse prin-  
<sup>66</sup>cipē intelligit. Quod recte reputās Philippus ille Macedo-  
<sup>66</sup>rum Tyrannus, vir multis modis laudatus, sibi magnos  
pere gratulabatur, egregieq; videbatur fortunat⁹, quod id  
temporis filiū suscepisset, quo vir summus Aristoteles phi-  
losophiam doceret, vnus ex oībus dignus, cui tantū alum-  
num in gremium traderet. Ego vero fortunatissime Adol-  
phe, tibi non impendio gratuler, qui quidem domi assidue  
videas, audias, totumq; ac propriū possideas eiusmodi mo-  
deratorem, in quo non vel mores eruditione, vel eruditio-  
nem moribus, vel vitia quædam virtutibus compenses, sed  
quem citra delectum vllum totum ac tuto possis effingere,  
Cuius doctrinam si quis contempletur, quid rarius? Si vis  
tam, quid incorruptius? Si facundiam, quid admirabilius?

Si festiuitatē, quid amabilius? Legis identidē in poetarum  
 » literis Adolphe, Phœbū aurata cithera insignē, Legis Or  
 » phea fidibus canoris, & seras & quereus, & saxa deniq; mo  
 » uentē, legis Mineruam ingeniorum, & artū principē, legis  
 » Caduceatorē Mercurium efficaci virga potentē, legis nouē  
 » illas sorores studiorū, atq; elegantiores literaturę, præfides,  
 » Tum Charites comitatis, atq; humanitatis authores. Helio  
 » conia tempe, Fontē vocalē. Deniq; legis & Pithonē deam,  
 » quā latini suadelā nomināt, An tu ista deliria & nihilī vo  
 » ces existimas esse? Res sunt in primis egregię, quas cēs vno  
 » in Batto tibi spectare licet, neq; spectare modo, verū etiam  
 » frui, Etem quid, quæso te, oīno aliud vox illa hōis dulcis ac  
 » tinula, citraq; oēm asperitatē emimus etiā aures feriens, nisi  
 » Phœbæa quādā cithara, aureis fidibus diuinū quiddā inso  
 » nans? Quis est aut in genio vsq; adeo stupido, fero, saxecq;  
 » quē Battica suauiloquētia, & vel Nestorea illa mellitior, nō  
 » excitet, nō emolliat, nō edomet? Age vero qd illa e pectoris  
 » cādidiissimi venis tā facile profluēs, semp pura, semp perspis  
 » cua, semp exuberās oratio, nisi Castalij fontis perhēnis quæ  
 » dam scatebra? Eam dū tu vna cū æqualiū tuorū grege, assis  
 » due auribus inbibis, & sermōe consuescis exprimere, nōne  
 » quasi pota vocales loquaculosq; facit & alios? Porro aut cū  
 » sic eruditioē docet audientē, sic acumine cogit, sic varietate  
 » delectat, quis non quasi presens Mineruæ numē agnoscat?  
 » Quid aut quoties festiuissimis illis suis ac falsissimis iocis,  
 » omniū anīos mire demulcet, atq; exhilarat, nōne Veneres  
 » oēs, omnes Charites de loquētis ore scatere tibi vidētur? Cū  
 » inaudita quadā arte oīm sese moribus attēperat, in quēuis  
 » affectū quoscunq; libuit rapit, nōne Mercuriale quiddā re  
 » fert? In huius pfecto vnus labijs Pitho illa flexanima sessis  
 » tare videt. Cū eo viuere, ac sermones miscere, nihil aliud est  
 » q̄ in Parnassi nemoribus inābulare. Deniq; musarū chorū  
 » non desyderabit, quisquis cyclopædiam illam oīm disciplis  
 » narū ansulis absolutā, in eo perspexerit, Quis non vel ho

minem istiusmodi propter literas, vel literas propter homi-  
 nem, mirari, amare, colere incipiat. Erres mihi crede vehem-  
 enter, atq; adeo nimium ingrate facias, nisi istam foelicitas-  
 tis tuae partem, vel praecipuo calculo numeraris, quae regibus  
 etiam opulentissimis non raro non contigit. Et o deum immor-  
 talem, quid aequae, imo quid aliud ad principium foelicitatem  
 pertinet, quam ut ipsi de suo pectore, non de aliorum senten-  
 tiis discant sapere, & ea pueri a bonis ac doctis viris hauri-  
 ant, quae grandes non sint ab assentatoribus audituri. At  
 nondum equidem statui, tu ne isto tali formatore, an te ille ta-  
 li alumno fortunator? quamquam uterque altero beatissimi mihi  
 videmini, proque meo in utriusque amore, tum illi de te, tum tibi  
 de illo gratulor, tibi quod foelicitissimo ingenij tui solo, tan-  
 tus cultor contigerit, illi quod aliquando nactus est materia-  
 dignam, in qua singularis artifex nervos intendant suos. Iamque  
 adeo non vobis tantum, verum & literis ipsis publicitus gra-  
 tulandum censeo, posteaquam tandem non Ennii, Plauti, Cecili-  
 lii, sed & ab his coeperunt coli tractarique, a quibus si quid  
 attulerit splendoris, cum foenore recipiant. Quae si in obs-  
 scurum quaequam inciderint, etiam si praecclare sint, tamen ne-  
 scio quomodo authorum humilitate, ceu fumo obscurantur.  
 In tui vero similibus, etiam mediocres, mirum quae eluceant,  
 dum vicissim & doctrina fortunam, & fortuna doctrinam  
 illustrat. Ipsae itaque literae mihi gaudio gestire videntur, vi-  
 dere iam videor Sorores illas Heliconias, sibi plaudere, te  
 dulcissimum alumnum certatim sinu rapere, exoculari, com-  
 plecti, cum tu fortunatis istis articulis, calamum per aequor  
 chartaceum ductitas, dum lesa ac vix dum firma lingua,  
 graecae pariter ac latinae linguae verba meditaris, dum for-  
 mosulo isto & generoso ore, ac vucula amabili, iam nunc  
 orationem & liberam pronuntias, & numerosam modularis.  
 Macte indole puer, deum optimum maximumque precor, ut  
 istam mentem, istos egregios impetus, seruet fortunetaque, ves-  
 litque quasi iam herbescentem virtutem tuam, sui syderis affla-

tu, ad maturā segetem prouehere, vt idem author simul & ætatis, & honesti propofiti, incrementa foelicia largiatur, ne videlicet, quod in aliis fere cōspicimus, in te abominemur, de istis tuarum virtutum quasi cunabulis, velut Adonidis hortorum deliciis, breui & inani voluptate delinīti videamur. **Caue** ne tibi tua foelicitas securitatem adducat. Nam etiam si sic omnibus naturæ, fortunæq; dotibus sis locupletatus, vt vel Pandorā ipsam præcurras, nihil tamē actum putem, nisi ad eas cōmoditates par accesserit industria. Quæ quidem vt sine illis pene manca est, ita illæ hac destitutæ, prorsus ociosæ sunt, si negligas. perniciosæ, si insolescas. mortifera, si abutaris. Et si quicquid possunt ignes illi cœlestes, cum prosperrimi sunt, id omne in te vnum contulerint. Si Rhamnusia illa vel totum cornu suū in te semel effuderit, maximā bonæ mentis partem ipse tibi præstes necesse est. Quare fac manibus pedibusq; huc annitare, vt te istis dotibus parem reddas, parem votis tuorū, parem imaginibus maiorū, parem curis optimi præceptoris. Etenim cum omnia tam benigne suppetant, non poteris tibi non summo cum dedecore deesse. Proinde vt in bene cœptis constanter pergas Adolphe, non desinam Homericū illud tibi ad aures occinere. Cur autē non Græce potius, quandoquidem tu etiam nunc Græce meditaris?

Καὶ σὺ φίλος μάλα γὰρ ὁδὸν ἰσὺ καλῶν τε μέγαυτε  
Ἄλκιμος ἔσσινά τις σε καὶ ὀφειγόνων εὐεῖπην

Et quoniā (vt sapius diximus) omnia ad perfectā laudem adsunt adiumenta, φέρων ἀνεμόστε καὶ ὕδωρ, facito, vt & illud eiusdē poetæ verum sit, τὴν δ' ἀνεμόστε κυβερνήτης τ' ἴθουεν. Quæ si feceris, futurū confido, vt tu generi, patriæ, tuisq; omnibus per literas, & literis inuicē per tuam fortunā, ingens sis tum decus, tum præsidium allaturus. Illud addam in fine, quod velim animo tuo quæ penitissime infideat, vt persuasissimū tibi habeas, nihil tam generosis, ac bene natis dignum, quæ pietatem. Non temere moneo, Compertū enim habeo, in aulis

» esse non nullos, qui nec sentire verentur, nec dicere putent,  
 » Christi doctrinam, nihil quicquam ad proceres attinere, sed sa-  
 » crificiis ac monachis esse relinquendam. Ad horum exitiales  
 » incantationes obturatis auribus, quo te mater, quo Battus  
 vocat, sequere. Et ut iam nunc cum literariis rudimentis  
 Christum incipias imbibere, mitto tibi precatōes aliquot,  
 quas matris rogatu, Batto hortatore conscripsi, sed tibi. Eo-  
 rum sermonis figuram non nihil ad tuos annos attemperavi-  
 mus. Quibus si diligenter vteris, simul & orationem tuam  
 feceris meliorem, & militares illas precatiunculas, quibus au-  
 licum genus plerumque delectatur, non indoctissimas modo,  
 sed & supersticiosissimas contempseris. Vale, e Lutetia.  
 Anno a Christo nato. M, cccc, duo de centesimo.

PRECATIO ERASMI ROTERO-  
 dami ad virginis filium Iesum humani  
 generis assertorem.

**A**DOROTE prona supplicique mente, generis in-  
 staurator humani, dei simul & virginis filii Iesu  
 Christe, qui verum illud es lumen & immortale.  
 sine tempore prorsus inenarrabili modo proman-  
 ans a patre, fonte lucis omnis, qui cum sacri spiritus incogit-  
 tabili nexu sic cohæres, ut neque monadis simplicitas perso-  
 narum confundat discrimina, neque triadis proprietates, vti-  
 scindat communionem. Tu enim novus ille iustitiae Sol, qui  
 semper oriens a semper generante patre, semel autem visibilis exor-  
 tus orbi, sempiternis damnato tenebris, tartaream peccatorum  
 nostrorum caliginem dispulisti, novaque lampade penitens, diem  
 illum candidum, vereque alium, & expectatissimum reuexisti mor-  
 talibus, diem quem unum fecit dominus, noctem teterrimam  
 (cuius ipsi fuimus auctores) profligas. Qui denique nunquam  
 desinis inuisibilis oriri mentibus patris, subinde novus sed idem  
 nulli tuae vivificae gratiae radios invidens, nisi si quis exclusus



PRECATIO AD IESVM

ferit, inuidēs ipse sibi. Qui perpetuo quietus, rotas ac verfas  
 oīa, semper intra temetipm manēs, æterna vertigine ambis  
 vniuersa, illustras oīa, nihil non intuēs, nihil non penetrās  
 22 Conspicu<sup>9</sup>, pariterq; inuisus, modicus, & idem imensus, cō  
 22 plectens oīa, simulq; incōprehensus, infusus p oīa, simplis  
 22 cissimus tamē. Temporū author, sine tēpore, oīa moderans,  
 sine sollicitudine. Qui natiuo calore insensibiliter illabens,  
 ad patrē subducis animos mortaliū, ac terrenarū cupiditas  
 tum fece depuratos, quatenus licet, in tuā ipsius naturā sur  
 sum rapis, raptos attenuas, attenuatos trāformas, vt quē  
 admodū tu cum patre deo natura, ita nos tecū vnum simus  
 adoptione. Quicq; salutifero radiorū tuorū influxu, florētia  
 vitaliaq; facis oīa, parens, educator, origo & finis omnium  
 quę nascunt est. Tuo sydere afflari reuiuiscere. Tuo foueri  
 lumine proficere est, tuis accendi flammis perfici est, abs te  
 deserī, perire est. O ter foelices, quibus tu mitis & roscidus  
 exoreris, vā sempiternū iis, quibus iratis occidis. Tuum in  
 tueri vultū, gaudium est absolutū, tuo orbari cōspectu cha  
 os & horror est æternus. Vbi tu luces, ibi demū immortalis  
 22 tas, vbi vbi non luces, ibi inferus est. Exorere quāso mihi  
 22 faustus ac ppicius, o lumen oculis amabile, animiq; nebu  
 22 las, quas mihi mea terra suffundit, discute, iisq; oculis quib  
 22 bus tu videri soles, serenus irradiā, atq; illa affulge fronte,  
 qua cœlū pariter & terram exhilaras. Tu qui terrarū flam  
 mis opera oīa lustras, ne prætereas quāso hanc animulam,  
 quā ipse sinxisti. Ne pigeat benigne Iesu rescire, quod face  
 re dignat<sup>9</sup> es. Restitue quod instituisti. Ne graueris instau  
 rare tuū ipsi<sup>9</sup> plasma. Resarciat suo in opere tua clementia,  
 quod meo vitio male est dissipatū. Corrige in tuo opificio,  
 quod est meapte culpa deprauatum. Agnosce & perfice, qđ  
 optimus optime constitueras. Vindica, quod tuū est, vt oīa  
 mala nostra, nulli nisi nobis ipsis imputemus, oīa vero bon  
 na tuæ misericordiæ feramus accepta, qui singulari etiam  
 tua bonitate, nostrum malū in tuū bonum diuina quadam

arte soles vertere. Tua me virt<sup>9</sup> beneficētiſſime parēs Ieſu,  
 cum nihil eſſem, mirabiliter condidit. Tua ſapientia, corpu  
 ſculo huic organis ad omnē vſum aptiſſimis, mirac<sup>9</sup> partiſ  
 um omnium harmonia concinnato, tum ſenſum incredibili  
 ſagacitate munito, vitalem animam indidit, de tuo ſacro aſ  
 ſu, calentē, immortalē, ſeminis ætherei, ad tuimet imagi  
 nem exculptam, quo tui, qui ſummum es bonū, capax eſſe  
 poſſet. Cui quidē & tuo de lumine, docilitatis quaſi ſcintil  
 lulas quaſdā inſperſiſti, vti in medio mundi, veluti pulcher  
 rimo quodam tuorum operū teatro collocata, per viſibiliſ  
 um rerū cognitionem, quarū tu nihil non optime fabrica  
 tus es, te inuiſibilem opificē inueſtigaret. Tua denuo miſe  
 ratio, poſtea<sup>9</sup> cum gentilitiæ labis ſerpigine, tum autē me  
 apte quoq; impietate, in nihilum recidiſſem, ſalutiferæ tuæ  
 mortis antidoto in vitā repoſuit, deq; tuo dependiſti inno  
 centiſſime, quod ego nocens contraxerā. Nullum nouit mo  
 dum tua benignitas clemētīſſime conditor. En iterū ſic gra  
 tuito reſtitutum, ne ſemel aſſertus in miſerandā ſeruitutem  
 33 reuoluerer, tua profuſiſſima liberalitas, quot egregiis doti  
 33 bus cōmuniit: quod efficaciſſimis ſacramentis aſſidue de tuæ  
 33 ſacroſanctæ mortis fonte ſubſcatentibus confirmauit, la  
 33 uathro viuificans candidanſq; ſacro ceromate roborans,  
 33 corporis ſanguiniſq; proprii dapibus ſaginans, neq; non ef  
 ficaci vnguine contra ſpirituales agones militē tuum durās.  
 Variis chariſmatibus, & arcanis muneribus locupletans, ta  
 citis animorū inſtinctibus trahens aberrantē, extimulans  
 dormitantē. Et tanq̄ hæc om̄ia parum ſint, ita myſticæ ſcri  
 pturę tue remediis, vndiq; periculis noſtris occurrit tua pie  
 tas. Doces errantes, fulcis nutantes, promiſſis confirmas la  
 33 borantes, hortatu conantes erigis, exemplis inflammas, mi  
 33 nis deterres, nunc allicis beneficentia, nunc meritæ calamit  
 33 tatis flagello caſtigas. Deniq; ad hæc om̄ia tam multa, tam  
 33 magna, ingrātū me atq; obſurdeſcentem, toties ſpretus, to  
 ties capitaliter offenſus, tamen vſq; & vſq; reuocas redem

## PRÆCATIO AD IESVM

ptor ignoscentissime, iamq; in præceptis eunti, poenitentia salutaris asyllum aperis, & aperis, quoties a nobis auersi, ad te  
 22 refugimus, nihil scilicet interire volens eorū, quæ pulcher  
 23 rimus ipse tam pulchre sinxeras, quæq; mercator, neq; im  
 24 peritus, neq; stultus, tã cupide, tantoq; impediō redemerat.  
 25 Huius tam inestimabilis tuę bonitatis fiducia, en audet ad  
 te redire, post tam diutinas errorū ambages, mancipiū fugi  
 tiuū, ad te suum omniūq; dominū. Assere postliminiū iure  
 26 quod tuū est domine Iesu, meq; simul & tibi, & mihi metip̄  
 27 restitue, quādoquidē vtriq; perij. Me miserum, q̄ multis, q̄  
 28 imperiosis, q̄ pudendis dominus inseruiui, dum insanissi  
 29 mum Aegypti peregrinatio, dum Babylonia captiuitas nis  
 mio delectat opere, dumq; tuū vere suaue iugū ceruice de  
 mens excutio, cui seruire summa vnicaq; libertas est, a quo  
 asseri, eripi est, a quo teneri, beatitudo est, a quo pfugere in  
 terire est. Audet redire tamē ad indulgentissimū pastorem  
 quis iterū erratica, quā tu quondā diu, multūq; per vitiorū  
 vepreta vestigatā, humeris tuis lætus reportasti, niueoq; in  
 nocentia vellere denudō tectam, communibus ecclesiae tuae  
 caulis reddidisti, in quibus iam luporū insidias nō timeret.  
 30 Audet redire ad amantissimū parentem filius male frugi,  
 31 qui meliores annos, corporis simul & ingenij dotes, hoc est  
 omnē ditissimi patris substantiam, cum turpissimis nepotis  
 bus, scortisq; barbaris, nempe carnis cupiditatibus, nequie  
 ter prodegit. Reuertitur autē e lōginqua ignotaq; regione  
 vitiorū omniū, quæ tu sola ignoras æterna scientia, nudus,  
 egens, famelicus, nihil secū ex tanta benigni parentis libe  
 32 ralitate referens, præter infoelicē conscientia, sceleribus pu  
 33 doreq; cooperatā. Superat tamē hunc tã immēsum impietas  
 tis meę cumulū, tua genuina bonitas, qui seruū hunc neq; s  
 simū nō ad crucē, non ad cōpedes, quas alioqui eternas cō  
 meruerat, sed ad veniā vocas, non noxæ dedis, sed emenda  
 tum in familiā recipis. Quem hanc vlcerosam & vagā, cura  
 potius q̄ poena dignā iudicas, Filiū tam male dicto audien

tem, tam a paternis moribus degenerē, non exire dedas, non  
 abdicas, sed patria victus pietate, resipiscētī vltro etiam in  
 amplexus occurris. Non tu reuersum domo prohibes, non  
 supplicē a genibus repellis, sed ad primā statim pœnitentiæ  
 vocē, in collū infusus osculo dignaris, & quem lentissime sus-  
 stinueras peccantē, pœnitentē lubēs admittis, pānoso nouā  
 stolam depromi iubes. Suppliciū merito, paratur cōuiuiū,  
 iam vtiq; de tuo, veteres oīs noxas condonas. Et præ nimio  
 recepti pignoris gaudio, non vacat pristinarū offensarum  
 meminisse. Non sæuis linguæ verberib<sup>9</sup> patria intonat ira,  
 non audis vel lenis illa Mitionis expositulatio. Quod vnq;  
 simile patris indulgētis exemplū, sollertes illi naturę adum-  
 bratores ediderunt. Væ hyemi pectorū nostrorū, demētissi-  
 me Saluator, si tua tam inaudita nostri charitate, non inca-  
 lescent ad te redamandū, qui sic adamasti prior. Væ lethar-  
 go mentiū nostrarū, si tantis meritis excitatæ non experge  
 fiunt. Ve duritiæ cordis humani plusq; adamātini, si tanta  
 » tua indulgentia non potest mollescere. Sed quisnam o sola  
 » spes nostra, refellet hoc cor saxēū, & inextricabile carneūq;  
 & simplex reponet, nisi tu solus, qui quo vel sic nostrā per-  
 uinceres duriciē, ipse caro factus es? Immo quis totū hunc  
 hoīem a summo capillo, ad imū vsq; calcaneū refinget, nisi  
 tu agnus imaculatissimus, qui non p̄caminibus aut herbis  
 magicis, sed sanctissimi tui cruoris aspergine, creaturā inno-  
 uas vnīuersam? Qui senū abolens mūdi, cœlū nouū, terrā  
 q; nouā solus creas? Quis hoc putre cadauer, in vitæ noui-  
 tatē restituet, nisi tu qui solus a rentia deplorataq; ossa vitali  
 flatu anias? Qui quadriduanū etiam Lazarū simplici voce  
 in lucē exciuiisti? Suscita quæso & nostrū hoc funus, tu qui  
 » vita es omniū, sana egrotū hunc, qui vera medicina es anī-  
 » marum. Miserandū hunc hydropicū tua gratuita misericor-  
 » dia dignet̄ apprehēdere, nil nisi res fluxas nihilq; futiēte m,  
 » morbiq; vim misciabili copia neq; alentē, p̄q; inexplēbili  
 male dulciū aquarū auiditate, tui sitim insere, de cuius fonte

## PRECATIO AD IESVM

qui biberit, non sitiet in æternum, tui famem excita, qui panis es vitæ, de quo qui semel ederit, ei nimirum nauseam fecerint ollæ carniū Aegyptiarum. Solue omnipotenti tuo natu aīam hanc paralyticā, corporis affectibus veluti ignauo grabato prorsus affixam, vitæq; ac pietatis officiis restitue. Tu faucij huius capitalibus plagis, pariter & salutaris poenitentiae vinū, & tuæ consolationis oleū infunde. Aperi cæci huius internos oculos, vt te aspiciāt lumen immortalē. protinusq; euanescant om̄is huius mūdi præstigiæ. Postremo quoniam tu es vnicus ille noui plasmat̄is author, totum hunc Adam̄ veterē, quantus est, detrahe, qui nihil nisi limū,

22 vnde profectus est sapit, proueniatq; te fingēte, nouus ille,

22 qui secundū te creatus sit. Nam tu dulcissime Iesu pius ille

22 es incantator & magus, qui non Thessalis Colchicisue venenis, sed om̄ipotentī misericordia tua, non corpus modo,

22 verū etiam animā resingis, neq; mutato tātū senio iuuenē,

22 verum etiā propulsata morte, viuā facis & immortalē. Festina igitur & me totū spiritus tui secretis incantamētis, tuęq; gratiæ succis transfigurare. Tolle putrē hanc & corruptissimam carnē, assidue cū spiritu bella gerētem, nouāq; ad tuæ carnis imaginē insere, purā, incontaminatā, spiritui audientem. Emarcescat hæc quæ scœnū est, neq; te oīno videbit, succedat ea, quæ videbit salutare dei. Exime spiritū hunc brutum, animalē, tumidum, intractabilem, cum carne coniurantem, a te sæpe desciscentē, tuum imperti, suauē, mitem, coelestia sapientē, aspernantē ea quæ videntur, quoniam temporalia sunt, subuolantē ad ea quæ nō videntur æterna, vt misihimet velut exanimatus, per te spirē, in te vno, tibiq; vni viuam, mihi mūdoq; mortuus. Etenim suo pte spiritu qui viuūt, ij vere mortui sunt, tuo vero qui agūtur, neq; in carne sunt, neq; sub lege, sed vitā viuunt immortalē, capitis nunq̄ morituri, mēbra immortalia facti. Sic igitur aufer me mihi, immo me mihi restitue vnice salutis author Iesu Christe, me mihi met excide, vt tibi inserar, mihi peream, vt in te sim

incolumis, mihi moriar, vt in te viuā, mihi marcescā, vt in te  
 floream, in me sim inanis, vt in te abundē, in me nihil esse  
 incipiā, vt in te sim omnia. Magnā rē a te petit vermiculus  
 (neq; enim me fugit) nec meritis modo, verū etiā votis hu-  
 manis atq; adeo intellectu maiorē, nimirū vt vnum tecū fis  
 at, & in deū quendā transfiguret homūculus. Sed quid hoc  
 vsq; adeo mirū, si in deum transfiguret homūculus? Magis  
 2<sup>o</sup> mirū, quod in hominē transfiguratus es deus. Incogitabile  
 3<sup>o</sup> vtrūq; incomprehēibile vtrūq;, verū hoc demū incompre-  
 4<sup>o</sup> hēnsibili tua misericordia dignū, incomphensibilia beneficia  
 largiri. Eoq; te non per mea merita, quæ vel nulla sunt, vel  
 mala, sed per teipsum obsecro conditor optie maxieq;, perq;  
 omnia quibus tuum numen placari flectiq; solet, per tibi cō-  
 munē patris potentiā, qua me de nihilo magnū quoddam  
 atq; admirandū bonū finxisti, per homusion tibi sancti spi-  
 ritus bonitatē, qua me tot gratuitis dotibus locupletasti, p-  
 tuā admirandā sapiētiam, qua perūngēs a fine vsq; ad finē  
 fortiter, & disponens oīa suaviter, inenarrabili consilio nos  
 5<sup>o</sup> redimere dignatus es. Atq; in primis per adorandū illū nos-  
 6<sup>o</sup> trā restorationis fontē, incōparabilē charitatē tuā, quę te  
 veluti musto lymphatū atq; bacchantem, e sinu dei parētis  
 in vterq; virginis, ex arce cœli, in hanc lachrymosam vallem  
 exiliū nostrī deduxit, & hunc limū induere cōpulit opido vo-  
 lentem. Perq; omnes humanæ conditionis iniurias, milleq;  
 huius vitæ incōmoda, quæ tu dominus omniū seruuli leuis-  
 simi causa, triginta tres annos spontaneus ptulisti. Per fas-  
 mem sitimq;, qua nostrā ingluuiē depēdisti, per tēdia, per la-  
 bores, p- vigiliās, per estus, per algores, qbus exitialem luxū  
 nostrū luisisti. Per summā tuā pauperiē, in qua & nasci, & vi-  
 uere, & mori voluisti, vt nram ditares egestatē. Per obtrecta-  
 tiones, per contēptus, per conuicia, per totius vitæ tuæ sum-  
 mam humilitatē, qua nostrā supbiam fregisti. Per sanctissi-  
 mas illas tuas lachrymas, quas toties pro nostris sceleribus  
 effudisti, Per extremos illos innocētissimæ tuæ mētis ango

PRECATIO AD IESVM

res, quos instāte crucis supplicio, neutiqꝫ mortis formidine,  
 22 quā tantopere sitiebas, sed incredibili quodā amore mem-  
 22 brorū tuorꝫ volens assumpsisti, nostrā in te transferēs imbe-  
 22 cillitatē, vt tua nos infirmitas cōfirmaret, tuaqꝫ tristitia lux-  
 ctus aeternos nobis adimeret. Per sanguineas guttas, quas  
 toto exudabas corpore, cū grauē scelerū nostrorꝫ sarcinā, in  
 tuos esses humeros impositurꝫ. Per tua vīcula, quę nos eter-  
 nę captiuitatis cathenis exuerūt. Per tuū reatū, quo nos fir-  
 mus a vero crimine absoluti. Per proba & virulēta lœdoria  
 in te congesta, cum pro nostris flagicijs, tu male audiebas in  
 nocētissime. Per illita sputa, per tibi impactos colaphos, qui  
 nostris debebant malefactis. Per ingentē illū ingenuę pur-  
 22 rissimęqꝫ mētis tuę pudorē, quē & ipsum tua immensa cha-  
 22 ritas volens lubensqꝫ in sese recepit, cum perinde vt malefis-  
 22 cus quispiā, a teterrimis carnificibus, de tribunali ad tribu-  
 22 nal, de iudice ad iudicē, propalā trahereris, cūqꝫ fœde lania  
 22 tus virgis lictoriis, insanę plebi cōspiciēdus producereris,  
 22 nostrā ignominia in te traducēs, vt nos in tuā gloriā vindic-  
 cares. Per liuores tuos, qbus nostris plagis remediū admo-  
 tum est. Per tua vulnera, nostrā medelā, per tua flagra, qbus  
 seruuli huius noxias expiasti. Per sacrosanctū sanguinē tu-  
 um, quē totiēs prodigus effudisti, vt nostrā rubiginē elue-  
 res. Per crucē ter adorandā, probrū tuū, nostrā gloriā. Per  
 p̄ciosissimā mortē tuam, quā indebitā pro nō omniū capis-  
 te dependisti, quaqꝫ genus humanū in hæreditatē immorta-  
 lis vitæ restituisisti, vt cū nostra nobis vita mortis esset ingres-  
 sus, tua nobis mors vitæ fierit initiū. Per inestimabilia pie-  
 tatis in deū patrē, & amoris in nos tuī merita, qbus peccato-  
 rū nostrorꝫ mala nomina cumulatissime dissoluisti. Per ves-  
 nerandā virtutē purissimi sacrificij tui, quo sacerdos & idē  
 hostia, nos patri deo, tibiqꝫ ipsi recōciliasti. Per adorandū il-  
 lud mysteriū, cum perfollo latere, fontē arcanū sanguinis &  
 aque etiā exanimis aperuisti, vt altero reuiuisceremus mor-  
 tui, altero purgaremur immūdi. Per magnificū triūphū tu

um, quē rediimus ab inferis, sublata mortis tyrānide, coelis  
 plaudētibus inuexisti, Per immortalē tuā gloriā, in cuius  
 partē nos cohæredes ascuisti, Per pietatē meritæq; ecclesiæ  
 sponsæ tuæ, virginis illibatæ, quæ tibi indissolubili copula  
 cōglutinata, tuo sanguine calet, tuoq; spirītu animatur, Per  
 meas erūnas, materiā tuæ bonitatis, Per mea mala, a quib;  
 bus me non liberabit, nisi sola tua misericordia, Per tua bo  
 na pro quibus equidē nihil habeo, quod rependam, nisi me  
 ipsum, qui iam olim tuus sum, neq; hoc tamē ipsum, quicquid  
 id est, donare possum, nisi tu ipse arripās, quodq; iure tuū  
 est, etiā amore tibi vēdices, Ergo non meis pro meritis, sed  
 pro multitudīne miserationū tuarū, qđ tuum est, tibi asserere  
 Inijce mancipio tuo manū, recude opus tuū opifex, teq; dis  
 gnum munus singito, Exige procul ex anō meo templo tū  
 bī sacro, infandas abhominatiōes Aegyptiorū, quibus est a  
 me nimis impie prophanatū, dono veræ fidei purga, purga  
 tū illuminet tua sancta spes, quæ neminē cōfundit, illumi  
 natū charitatis igni perfice, meūq; spirītū iam transfiguras  
 tū, ita cū tua copula, immo sic meum tuus absorbeat, vt fœs  
 licē consensum nostrū nulla huius mundi, neq; p̄speritas,  
 neq; aduersitas, neq; vita, neq; mors, queat distrahere, vt iā  
 præter vnū te, nihil amem, nisi tum in te, tū propter te, Car  
 nē autē hanc adhuc humi serpentē, in crucis tuæ palmā sus  
 tollito, atq; illic tecum scelicibus affigito clauis, vt liber ac  
 terrena omnia e sublimi ligno despiciēs, ad te vnū anhelet  
 amor meus, Tu mihi dulcescas vnus, tu vnus sapias, tu sol  
 lus delectes, te solū admirer ac deamē, Sordeat mihi ma  
 gis ac magis o ꝑ̄a scelicitas, mūd<sup>o</sup> hic impostor, cū suis p̄stis  
 giis & incantatiōibus, cūq; exitialibus illectamētis, q̄ seuo  
 cāt abs te, Expurga palatū meū quondā heu dulcibus vene  
 nis male imbutū, vt tua suauitate gustata, p̄tinus amarescāt  
 mihi carnis deliciae, olim in exitiū vsq; dulces, Post hac nau  
 seæ mihi instar sint venenatæ mundi lauticiæ, quas aliquā  
 do, me miserū q̄ auide deuorauī, Ne iā capiant oculos meos



PRECATIO AD IESVM

os quilibet in specie decora, quæcunq; tuis oculis nō placent. Nō placent autē nisi pia, cū ipsa sis pietas, nō nisi casta, cum ipsa sis puritas, odisti fucata, cū ipsa sis veritas, non probas quicq; carnē sapit, cū spiritus sis simplicissimus. Execraris animalē sapientiā, qui patris es sapiētia. Abominaris quicq; qd mundus mirat, quoniā iam olim & te mundus, & tu mūdum odisti mutuo, a quo semoues, quotquot tuos vocari vis. Atq; ita paulatim attrahēte te, mea mens tuo immoriat̄ amorī, vt ad vtriusq; fortunæ sensum, penitus obstupefcāt.

Quid enī omnino boni sine te, aut quid malī tecū mihi possit accidere? Immo quid nō dulce tecū? aut quid tam malū, quod tu tuis nō vertas in bonū? Cætera igit̄ misceātur, sursum ferantur ac deorsum, modo ne te mihi subducas. Amores mei, meiq; ignes tu sis vnus, qui pulchri ipsius idea es immortalis, cuiusq; cōmunionē pulchra sunt, si qua specie placent, quæ deperire seruari est, cuius amore furere, vnica sanitas est. Tu mea voluptas, quo frui cumulus est foelicitatis, Tu mihi diuitiæ, qui summū illud es bonū, quo qui potitur, nihil est, quod præterea desyderet, tu meū decus, qui gloria es patris, & honos sanctorū omniū. Tu meum præsidium, qui nutu simplici seruare potes quæ vis, vis aut̄ omnia, Tu mea certa spes, qui idē & promissor es, & pignus, & præmiū. Tu mea fiducia, qui nequaquā baculus es arūdineus, manum innitentem sibi destituens ac vulnerās, sed fidelis illa petra, in qua quisq; fundamenta iecerit, non metuit ruina, Tu mihi parens, cui toties vitā debeo. Tu meū solatiū, tu gaudiū cordis mei, tu pax, tu tranquillitas. Deniq; pro te vno contemnā omnia, vt mihi vicissim sis vnus pro oībus, ad quæ nihil sunt omnia, & in quo vno sunt vniuersa, quæ sunt. Nihil enim est, quod tui simile nō est, cuius esse bonitas est, & pulchritudo. A quo degenerare, quid aliud est, q̄ in nihilū tendere? Ad cuius similitudinē quo quisq; propius accesserit, hoc magis ac magis perficit. Talē igitur vti fingere digneris mitissime Iesu, hūc hominē, quāntus est, tibi do atq;

in manum trado, vt me tecū & te mecum mihi reddas, qui summa es bonorū omnium, semper adorandus cum patre & spiritu sancto Amen.

## F I N I S.

PAIAN Virgini matri dicendus.

**V** Nicum cœli decus, certissimū terre præsidium, virgo mater Maria. En gestit hæc animula, laudat iunculae huius, velut incenso tusculo tuo litare numini, neque vero suis freta meritis, sed tua confirmata placabilitate, audet immensum laudum turarū pelagus, humani sermōis angustiis cōcipere. Cuius amplitudinē, solus ille capit, quē tu immensum & incōprehensibilem, purissimi vteri scriniolo conditū, gestare meruisti. Qui virgineā mentē tuā, non stillulis aliquod gratiarū consperfit, sed ipsum oīmi charismatū fontem in temetipsam transtulit, vt ex te veluti paradiso vernātissimo, nobiles illi quattuor amnes promanarēt, siticulosam ac sterile pectoris nostri glaream, fœcūdis scatebris irrigaturi, ridētique virore, & variarū virtutū stellantibus flosculis picturi. Quo fit, vt vastissimū spatiū porrigatur inter tuā sublimitatē, o regina præcellens, & meā humilitatē. Inter tuā plus quā angelicam puritatem, & meā colluuiē, inter tuū splendorē, & meam caliginē. Tu cœli lumina longe sub pedibus despicias, nos de imavalle mussitamus. Et tamē quo minus tuas laudes assequi possumus, eo est impensius annitendū. Tu es enim præposita illa rerū domia, quę sola fœlicissimū illud nomē inter mortales promeruisti, vt virgo theotocos appellareris. Siquidē prægnās tua virginitas, eundē nobis edidit de homine hominē citra corruptionē, qui sine tempore de deo patre, deus absque initio nascit, sine fine nasciturus. Tu es Augusta illa cœli terrarūque regina, cui fili⁹ omnipotēs, rerū imperium a patre traditū voluit esse cōmune, cui⁹ sanctū numē vel pro

R ij

funda tartara tremiscūt, cui positis passim aris, medius hic  
 totus supplicat orbis, ad cuius venerandū nomen pontifici  
 us apex, & imperatoria maiestas nudatū inclinat verticem  
 Cuius se pedibus virginū candor, Martyrū laurea, Prophe  
 tarū authoritas, Apostolorū dignitas, Angelorū foelicitas,  
 omniū deniq; cœli procerū celsitudo venerabūda submit  
 tit. Quā ipsa quoq; tota diuinitas præcipuo quodā honore  
 dignā ducit. Pater cōmunis gnati parentē letus agnoscit, at  
 q; amplectit. Filius pro sua pietate, proq; matris reuerētia,  
 genitricem amat achonorat, Spiritus sacer, ab utroq; profe  
 ctus, se tibi totum infundit, purissimā illam officinam suam  
 libēter agnoscens, in qua quodā in auditum illum opificiū,  
 nature stupente peregit, cum diuina arte intra virgineū pe  
 ctusculū tuum, triformē illum gigantē conflaret, inenarrabi  
 li cōmissura, dei verbum, cū humano spiritu, animā homi  
 nis cū mortali carne compingēs, triaq; inter se diuersissima  
 ita ferruminās, vt hypostaseos simplicitas, naturæ discris  
 mina neutiq; perturbaret. Et a singulis igiſ p̄cipuus honos  
 habetur, & omnes cōmuniter proximo dignātur assensu, vt  
 secundū diuinitatē, nullum habeat cœleste theatrū specta  
 culū te vna admirabilius. Proinde ad eam, quā cœlestis aus  
 læ primates tāto interuallo supra se suspiciūt, ego vermicus  
 lus qua tandem fiducia frontē attollo. Quo ore mea balbu  
 tie tuā tento præconia, quibus ne angelicæ quidē voces pa  
 res esse queāt. Sed docet audaciam o Maria non arrogātia,  
 verū misere cōditionis necessitas, vincit verecūdiam, nō to  
 leranda egestas, suggerit hos animos pietas, ministrat fidu  
 ciam tua singularis benignitas. Si tantum mirabiles esses o  
 virgo deipara, non etiam exorabilis, si minus misericors, q̄  
 præcellens, non haberet, quo nostra aspiraret mortalitas. At  
 nunc quantū humilitatē nostram tua maiestas deterret, tan  
 tum erigit clementia, quantūq; submouet præstantia, tantū  
 placabilitas allicit, quantū præstringit oculos virtutū tuarū  
 fulgor, tantū recreat ymbra misericordiæ. Neq; tam abes a

nobis præeminētia meritorū, q̄ presens es opitulādi facilitā  
 te. Deū peperisti, miratur cœlū, sed utiq; nobis pepisti, respi  
 rant homines. Deū edidisti, stupefcit natura, sed edidisti, nō  
 tonantē, non fulmen vibrantem, verū vagientem, genuisti  
 non vindicē, sed recōciliatorem, nō supplicij, sed salutis au  
 thorē. Deū enixa es, sed vt nos renasceremur. Virgo pepe  
 risti, nō vt nostra desperaret impuritas, sed aboleret. Mater  
 es dei, sed eadē misericordiæ mater appellaris, neq; miseri  
 cordiæ mater esse posses, nisi dei mater esse meruisses. Tu spi  
 ritualibus dotibus supfusa es, vt tuus cumulus, in nostrā in  
 anitatē redundaret. Diuinitati pxima es, ne illic nobis deef  
 set aduocata. Plurimū apud deū vales, vt esset, cuius precia  
 bus & authoritati iustā in nos irā suā posset donare. Ergo  
 quādo quicq; in te est o Maria, id nobis iuuandis compara  
 tum est, quo maior est tua p̄cellētia, hoc certior est nostra fi  
 ducia, cum quæ maxia es, eadem sis & optima. Non aspers  
 naberis eorum, quāuis rusticū p̄ana, quorū naturā non est  
 dedignatus tu<sup>o</sup> filius. Boni cōsules qualescūq; hymnos nos  
 tros mater, quādo filius. pauperculæ viduæ quadrantē, cæs  
 terorū opibus prætulit. Nō poteris eorū negligere vota, q̄s  
 tanti habuit gnatus tuus, vt pro his seruādīs semet deuoue  
 rit. Si te conditoris matrē gaudes appellari, agnosce filij tui  
 plasma. Agnosce filij mercē, genitrix redemptoris. Agnos  
 ce simul & argumentū tui cognominis, & laudū tuarū ma  
 teriam, mater clemētiæ. Quo enim mittis miseros, si tu mi  
 sericordiæ mater gremium occludis? Immo quā potius hy  
 mnis votisq; sollicitet erūnosa mortalitas, q̄ te Maria, quæ  
 quidē inter cœlites vna tantū, vel meritis, vel gratia, vel au  
 thoritate polles, vt sola iudicis irā possis restinguere. Tā eas  
 dē pronis & benignis es auribus, vt nulliūs preces nō ad  
 mittas. Tā patiēs, vt nullis vnq; egentū opploratibus fatige  
 ris. Tā ignoscēs & placabilis, vt aim tuū nulla nostrorū sce  
 lerū foeditas a nobis subleuādīs alienet. Tā prodīga, vt nemi  
 nem indonatū abs te discedere patiāre. Tam diues, vt largi

## PEAN VIRGINI

22endo nūq̄ exhauriri queas, vt te veluti cornu quoddā aure  
 22um, verus ille Iuppiter, tuus non solū alumnus, sed & filius,  
 proposuisse mortalibus videat̄, vnde nihil sit rei, q̄d nō peti  
 tum accipiant. Talis es deniq̄ vīrgo beatissima, vt bonitatē  
 tuā nemo terrigenarū nō sit exptus, magnitudinē, ne spiri<sup>o</sup>  
 quidē etherēi consequātur animo. Tu es p̄fecto nobilis illa  
 vīrigo, in cuius vnus p̄conia, cœlū pariter & tellus, & oīm  
 ordo sæculorū musica quadam harmonia concinit. Tu iam  
 olim ante rerū exordia, in summo principio viuebas, ludēs  
 in orbē terrarū. Tu creatis initio angelis, e diuinę mētis spe  
 culo relucēs, gaudij cumulū adferebas. De te statim in ipsi  
 rudis adhuc mūdi primordijs, cōditor ipse primū edidit va  
 ticiniū, mulierē olim fore, quæ calcaneo lœtiferi serpētis ca  
 put proteret. Te vetustis sæculis gentiliū oracula obscuris  
 ambagibus denotabāt. Te sortes Aegyptiæ, te Phœbi tripo  
 des, te Sibyllarū folia portēdebant. Te doctorum poetarum  
 ora non intellectis oraculis præcinuerūt. Tu vīrga illa au  
 rei sæculi renouatrix. Tu vera illa Diana, perpetuæ virginī  
 tatis tum author, tū exemplū. Tu triforme numen, quæ ter  
 geminū nobis gigan tē edidisti, quam ter potentē, formidāt  
 inferi, venerant̄ superi, medius hic adorat orbis. Tibi Lucif  
 næ nomen vnice cōuenit, quæ & verū lumē extulisti, & no  
 bis vtī renasceremur, lucis æternæ fores apuisti. Te nouū si  
 mul & vetus testamentū, tanq̄ duo Cherubin, iunctis alis,  
 consonisq̄ vocibus decantant. Te mystica synagoga typi  
 cis imaginibus deliniāuit, tuū pæana euāgelica tuba claris  
 sime personat. Te literę hebræorum aptissimis coloribus ad  
 umbratā representarūt. Christianorū libri tuis te virtutib<sup>o</sup>  
 exornarūt. Ac prorsus pia quadā contentiōe, in tua certatū  
 est præconia hinc a fatidicis vatibus, hinc a facundis ecclesię  
 doctoribus, vtrisq̄ eodē numine plenis, dū illi te lætis ora  
 culis nondum natam præcinūt, hī natam pijs laudibus pro  
 sequunt̄. Illi promissis haud vanis orbem mœstum in spem  
 surrigunt, hī in tuī miraculū pias suscitant mētes. Magni ni

mirum præcones, sed vtrosq; tuarū virtutū superat magnitudo. Cedit diuinis tuis meritis præfaga varū prudentia, cedit doctorū prædiues eloquētia. Et torrens illa dicēdi copia, in te prædicanda suam inopiā confessā est. Tu foelix illa plāstula de lessā radice subnata, nihil tamē inde genitaliū fordidum trahens, humilis virgula, de qua non pccmū mortiferum, sed flosculus ille longe fragātissimus pronatus est, qui blandissimo aspectu suo terras, pariter & cœlos impleuit letitia, cuius odore trahimur in vitæ cœlestis amorē. Tu mulier illa prophetica, quæ nouo & inaudito miraculo illibati corporis tui zona virū circumdedisti, citra virilem operam. Tu beatus & apricus ille paradīsus, qui neq; aratro scissus, neq; rastro vexatus, omnigenas delicias, & medicamenta progerminat animarū. Tu vitę arbor, cuius fructus salutaris & præsens, ligni quondam mali gustati venena sustulit. Tu nobilis illa domus, quā ipse sibi dei filius, patris æterni sapiētia, mirabilis architectus ædificauit, septē proceris ac solidis columnis suffulciens, vt in eius penetralibus versaret, lōge a terrenis submotus affectibus, is qui nō nisi in altissimis habitat. Tu thronus Solomonis eburneus, auro vestitus, vnde rex ille regū carnis velat<sup>9</sup> trabea, iura dixit mortalibus. Tu delicati illius amatoris ferculū, de libani lignis cōpactum, quod ipse sibi auro argēteq; & ardenti purpura mire variauit, dignū videlicet, in quo ille decem mensiū spatio vectaret. Tui niuei pectoris typum gerebat, floridus ille eiusdē lectulus, quem puritas amator dei filius, ita cœlestis militiæ excubijs, omniūq; corona virtutū muniuit, vt nulli vnq; vel cogitatiōi parū piæ patuerit aditus, in quo vno nihil vnq; repertū est, qđ aut delicias offenderet spōsum, aut obstreperet quiescētī. Tu sacratissimū pacifici regis templum, in quod ille quicquid est artis, quicquid opū trāstulit, tā religiosum, vt eius adytis vnīcū illud sanctū sanctorū crederet. Tam magnificū, vt in eo rex olympi præsideret. Tam sacrum, vt nulla vnq; peccati labe potuerit pphanari. Tuā

PEAN VIRGINI

pregnantē virginitatē, rubus ille mysticus Moyſi falso fla-  
 grare viſus præludebat, quæ mortalitū vna puerperæ nomē  
 promerita es, cum vxoris nunq̄ præſtiteris. Tuam virgineā  
 fœcunditatē, virga ſacerdotalis mire adumbrabat, quæ neq̄  
 mortali manu conſita, neq̄ terreno ſucco irrigata, & cœlit̄  
 concipiendo floruiſti, & ſine cruciatu pariens, fructum vi-  
 uificum edidiſti. Tui ſimulachrū præ ſe gerebat niueū vel-  
 lus Gedeonis, quæ a carnis quidem contagio lōge ſemota,  
 at cœleſti rore ter compluta, trinitatis opificio triforment fœ-  
 tum pura concepſti, pura enixa es, pura poſt editū partum  
 pmanſiſti. Tui obtinebat imaginē turris illa Dauidica, quā  
 vnam contra omnia nequiſſimi hoſtis tela propugnaculis,  
 clypeis millenis, omnigenaq̄ virtutum armatura muniuit  
 bellator egregius, vt neq̄ corpus, neq̄ animū tuū vllus vnq̄  
 libidinis aſſultus, non dicā expugnarit, ſed ne oppugnaue-  
 rit quidē. Te diuini vatis inſignis illa porta vaticinabaſ, nō  
 ad aquilonē, vnde panditur omne malū, ſed ad exortū ſpe-  
 ctans, vnde ſol oriſ nouus, & nouator oīm, cui⁹ integritatis  
 clauſtra præceps pacis neq̄ īgrediēs, neq̄ egrediēs violauit  
 immo cōſecrauit. Tu noui Adæ, noua Eua, nō nouerca, qđ  
 illa vetus, quæ fœtus ſuos etiā prius q̄ pareret extinxit, ſed  
 mater, neq̄ mater morientium quod illa, ſed reuiuifcentiū,  
 quæ incogitabili myſterio de cuius oſſe fueras genita, eum  
 ipſum de tua carne viciffim genuiſti, nec ab alio fœcunda-  
 ta, q̄ quem peperiſti, vt inextricabili ænigmate, eidē ſimul  
 fueris & filia, & ſponſa, & mater. Tu mendaciſſimi colubri  
 venena, in ipſius caput retorſiſti. Tu anioſa illa virago, quæ  
 pulcherrimum auſa facinus Allophylorum ducem commu-  
 nē humani generis hoſtē clauo confixiſti. Tu ſæculis omnis  
 bus celebranda Iudith, quæ late graſſantem tyrannum tar-  
 tareum, ſola trucidans, populo tuo pro certa deſperatiōe ſus-  
 bitam ſalutem ac triumphum attuliſti. Tu formoſa Heſter  
 deliciæ regis ætherci, quæ triſte mortis decretum, gladioſq̄  
 iam in tuæ gentis iugulos intentatos, in ipſum cædis ma-

chinatorem depulisti. Tu mons ille adamantinus, vnde sine manibus excisus est lapis ille angularis, qui fecit vtraque vnum, cui innititur omnis ædificatio, non cessura temporibus huius sæculi, in quem quisquis impegerit elidetur. Tu florem enixa campestrem, rosa Hierichana, quam non superbix scopuli, sed simplicitatis planicies, & modestiæ humilitas educat, quæ diuina charitas purpureo rubore tinxit, quæ de terra parente prognata, nihil tamen terrenæ fecis inde suxisti. Tu lilij cõuallium mater, lilium & ipsa, medio in spineto, sine spinis enatū, quæ lacteo candori virginitalis, summā modestiā adiunxisti. Tu fons signatus, cuius nitidissimas lymphas, nulla ferina vnquam libauit affectio, in quo sponsi resurgentem imaginem nulla terrena turbauit cupiditas, quæ medicatas aquas tuas dirivas in capita viarū omniū, quæ potæ nos non vocales quidem, vt ille Castalis, sed immortales reddūt. Tu hortus ille diuinæ custodiæ sepe, sic circumunitus, vt nulla vnquam petulca cogitatio quæverit periripere, in quo varias aromatum areolas, summus ille hortulanus mira distinxit arte, vbi idem inter lilia pascit ac cubat in meridie. Tu sancta ciuitas Syon, cuius mœnia nullum vnquam Babylonij hostis aries pulsauit. Quam inexpugnabilibus munimentis tutatus est, is qui natus est in ea, quiq; fundauit altissimus, cui videlicet ipse & murus est, & antemurale. Tu Hierusalem, in qua vna sibi pacificus ille sedem delegit, regiamque ac templum ædificauit. Tu vitæ speculū tam nitidum ac purum, vt in nullo alio diuinitatis effigies reflexerit expressius. Tu virgula fumi ex aromatis myrrhæ & turris, & vniuersi pulueris pigmentarij, quæ sic incensa celestis charitate, sic a caducarum rerum amore extenuata purissimis votis assidue superna petebas, vt ipsis etiam cœlestis mentibus miraculo fueris. Tu noua terra, totiens a deo promissa, quæ diuina grauida semine, non spinas & tribulos, quemadmodum vetus illa maledicta, sed vitæ cibum puluis



PEAN VIRGINI.

» sti. Tu vitis illa generosa, de cuius palmitē nobilis ille botr<sup>o</sup>  
 » pdijt, quē vnū duo testamēta humeris baiulāt, tam gra  
 » uē, vt in statera appensus, ingens oīm ad scelerum nostrorū  
 pondus in altum submouerit, tam efficaci succo, tamq̃ ge  
 neroso, vt gustatus, repente tot hominū milia, ad vitæ vsq̃  
 contemptum, sobria dementauerit ebrietate. Tu procera il  
 la Libani cedrus, late virtutū spargēs odorē, quæ mortalis  
 um sola vitiorū cariem nō sensisti, quin & allita nostris anis  
 mis eandem arces, dum tuo prouocati exemplo, tot passim  
 pueri atq̃ puellæ incorruptā vitæ puritatē meditantur. Tu  
 cāpestris olea, spetiosa ac tonsilis, de cuius illibato corpore,  
 » fatalē illum & semper virentem surculū nobis decerpit is  
 » cui familiare est columbina in specie apparere mortalibus,  
 » eumq̃ in arcā ecclesie detulit, certissimū pignus finiendī di  
 » luuij peccatorū, mundiꝝ renouandi symbolū, cuius bacca  
 rum salutaris amaritudo, cōtra pomī exitialis heu nimium  
 dulce virus, antidotū præsenteuū attulit, cuius oleo, men  
 tes hominū absterfo squalore vetustatis, sitiq̃ terreni Adā,  
 velut iterata iuuetā renitescūt, cuius iugi alimonia, fidei lā  
 pas pascitur, ne quando possit extingui. Tu aurora illa valē  
 de rutilans, quæ mirantibus etiā cœlestis arcis excubitori  
 bus, roscida purpura, blādoq̃ lumine emergens, noctis hor  
 rorem omnē discussisti, ac solē illū expectatissimū, præuia  
 mortalitū oculis exhibuisti. Tu palma perpetuo virēs, quam  
 neq̃ prosperæ res vel tantillū deflectere, neq̃ aduersæ des  
 primere potuerūt. Tu platanus, longe gratissimā vmbra  
 præbens fessis mortalibus. Tu therebyntus, favoris tui ras  
 mos ad omne hoīm gen<sup>o</sup> latissime porrigēs. Tu velut altera  
 quedā mater omniū viuentiū, ecclesie soror, tanta mysterio  
 rū similitudine, vt quicqd in arcanis literis illi tribuit, idē &  
 in te mire quadrare videat. Si quidē ecclesia, cœlesti spiritu  
 animata nos regenerat i Christo, tu diuino numie supfusa  
 eū ipsum edidisti, in quo renascimur omnes. Tu mysticū il  
 lud castellum, quod ingressus mūdi redemptor, a duabus so

roribus gratissimis accipit epulis. Tu mulier illa singularis,  
 quã oculis aglinis conspexisti, q̄ tibi in filij tui vicẽ successerat. Cuius niuea tẽpora, virtutis omnigenę ambitu cõtexta  
 corona, stellãtibus decorat luminibus, quã totã diuini solis  
 20 daritas circũuestit, quãq; lunã nunq̄ eodẽ vultu fulgentẽ,  
 20 quippe rerũ fluxarum ducẽ, pedibus substratã, semper cal  
 20 casti. Tu sponsa, tu cõcubina, tu amica, tu columba vnica, tu  
 20 amores, tu ignis, tu proprię deliciae speciosi prę filijs homi  
 nũ. Tu delicata illa amatrix, quam vnice deperijt filius dei.  
 Tã feruida, vt amore dilecti lægueres. Tam formosa, vt dei  
 verbũ e sinu patris, in tuũ ipsius vterũ nitor oculorum tuo  
 rum fecerit auolare. Tam veneranda, vt angelum pronubũ  
 merueris. Tã illibata, vt virũ sine viro cõciperes. Tã incor  
 rupta, vt virgo pareres. Tam beata, vt arcanũ illud tetragrã  
 maton verbum, quod alijs nefas ore cõcipere, tu castis hau  
 rires visceribus. Tam deniq; foelix, vt oĩm salutẽ generares.  
 Salue indyta regũ progenies, sacerdotũ decus, patriarcharũ  
 rum gloria, coelstũ triumphus, inferorũ formido, Christiano  
 20 rum & spes, & solatium. Tu sole matutino rutilãtior, Tu lũ  
 20 na argentea blandior, aureo lucifero formosior, lilio recentĩ  
 20 purior, niue intacta candidior, verna rosa decẽtior, vnione  
 20 p̄ciosior, auro generosior, achate gratior, magnete amabi  
 20 lior, opobalsamo fragrantior, Amaraco spirãtior, melle dul  
 20 cior, vita suauior, horto irriguo floridior, paradiso fecundi  
 20 or, coelo sublimior, angelis castior. Salue sacrariũ æterni nu  
 20 minis, tricliniũ diuinitatis, apotheca spiritus sancti. Sed qd  
 etiam tuas inenarrabiles laudes nostra balbutit infantia.  
 Quicquid enim poterit humana vel mens cõcipere, vel lĩn  
 gua sonare, etiã si porro supra nostrũ ingeniũ fuerit, tamen  
 longe citra tuũ meritum erit. Illud autẽ humanis affectibus  
 in te, mirabilius dicam, an amabilius, q̄ cum talis sis o Ma  
 ria, vt omne terrarũ coelq; fastigium tibi ceruicẽ inclinẽt, te  
 dominã, te reginã, te imperatricẽ venerẽt, non tamẽ pro in  
 digno habes humiliũ ac miserorũ mater appellari, neq; cœ

## PEAN VIRGINI

li sumpto imperio, nostri curam posuisti. Sollicitant etiam  
 nunc mitissimū pectus tuū erumne mortaliū, tangūt vota,  
 mouēt suspiria, vincūt lachrymæ. Quo fit, & benignissimis  
 auribus tuis, vndiq; miserabilis opploret turba. Vnius Ma-  
 riæ opem, omnis ætas, omnis ordo, omnis implorat conditio.  
 Mariam pueri ac puelle, Mariam senes & anus, Maximi  
 minimiq; promiscue sollicitāt. Quam enim aliam temeras-  
 rius nauta, vbi venti mugientes malū & vela sciderint, vbi  
 fluctus clauum auulserit, vbi procellæ minaces latera tun-  
 dunt, vbi præsentē intentant omnia mortē, quam tum aliā  
 supinis manibus orat, nisi Mariam? Vbi lacera tabula, nus-  
 dus hærens per summas vndas volitat, quam in vota vocat  
 nisi Mariam? Quā inœlix viator a latronibus cinctus præ-  
 catur, nisi Mariā? Mariā quos arte potētior morbi vis præ-  
 mit, Mariam quos duræ cōpedes alligant, Mariam miseræ  
 puerperæ, cū laboriosi nixus partum periculose differūt, vo-  
 tis inclamant. Siue stridentia fulmina orbem conscium ter-  
 ruerint, siue subterranei motus tellurem concusserint, siue  
 ruina fatalis, aut incēdij vis ingruerit. In summa, quæcunq;  
 laboriosis mortalibus inciderit calamitas, aut malū impen-  
 dētis metus territauerit, tu vna protinus occurris, a qua de-  
 sperati rebus opē petant. Tibi mercator sollicitus sua lucra  
 cōmittit, tibi mare ingressurus vitam suā deponit, tibi cura-  
 uis arator spem anni votis cōmendat. Tibi miles ancipitē  
 Martē experturus vota nūcupat. Te scelerū cōscientia præ-  
 sus aduocatā adsciscit. Atq; etiā ex malorū numero, quibus  
 mille obnoxia est, nomina tibi facit nostra egestas. Te mas-  
 trē orphanī, pupillī tutricē, rei patronā, captiui liberatricem  
 errantes ducē, afflictī recreatricē appellāt. Te medicā egros-  
 tī, naufragi portū, destituti præfidiū, deploratī solatium, op-  
 pressi exoneratricē, perditī salutē, desperatī spem suā & nos-  
 mināt, & experiunt. Tu publica calamitosi generis fiducia  
 ex te vna pendētis, te vnā respiciētis, quippe cui penitus sit  
 persuasum (neq; vana fides) nihil esse quod tu præstare, aut

nolis rogata, aut nequeas volēs. Videmus & aues vagas, &  
 truces leones, & pardos in māuetos in rebus egenis ad ho-  
 minis opē confugere, malo videlicet mōstrante, vnde mede-  
 lā petere debeant. Neq; nescit nostra necessitas, ipsis docta  
 malis, vnde subsidiū sperare oporteat. Intelligit esse te tutis-  
 simū asylum, quod rex indulgentissimus fontibus semper  
 patere voluit, velut vltimū extremis malis pfugiū. Intelligit  
 te cannalē esse aureū, adeundū his, qui de fonte volunt hau-  
 rīre misericordīa. Te esse inexhaustū illud ærarium diuine  
 largitatis, vnde depromi iussit, quicqd nobis largiri decre-  
 uit. Te hostiū penarij cœlestis, pulsandū hīs, qui panibus tri-  
 bus egent. Quo tandē igitur meliore fiducia confugiemus  
 Mariā, q̄ ad eā, penes quā oē nostrū præsiidiū esse voluit de-  
 us: a quo rectius petet mortalis egestas, q̄ ab ea, quam in ex-  
 hausta benignitatis suæ condā promamq; constituit deus:  
 vt per eandē nobis lagiretur omnia, p̄ quā ipse se nobis ante  
 donauerat. Vnde iustius sperabimus reliqua, q̄ cui salutis  
 debemus initiū. Quā magis consentaneū est vitæ auxiliū  
 ferre, q̄ quæ vitā dedit: Tu autē quo tutius fugient miseri, q̄  
 ad misericordissimā: Quo se nocētes conuertent, nisi ad de-  
 mentissimā: Quo profugi nisi ad asylū: Quo iudici obno-  
 xij nisi ad iudicis matrē: Quo tristes rei, nisi ad aduocatā:  
 simul & mitissimam, quippe matrem misericordie, & poten-  
 tissimam, quippe iudicis genitricem. Q; regis es mater, ni-  
 hil te non posse, q; autē & dementiæ mater es, nihil te sup-  
 plicum causā non velle confidimus. Neq; fallit miseros suā  
 fiducia. Quis enim vnq; te votis irritis sollicitauit: Quis tu-  
 um numē inutili coluit pietate: Quis inanes preces a tuis  
 altaribus retulit: Tātum abest, vt ad tua genua confugiētes  
 dura repellas, vt vltro etiam inuites trepidantes, vltro oc-  
 curras cessantibus, spōte tua manū porrigas iacentibus. Vt  
 tā nemo sit mortaliū, qui nō magno aliquo expimento, tuā  
 in se beneficentiā testari queat. Harenā p̄fecto numeret, qui  
 recensere conēt, quot homines ab imis manibus in lucē res-

## ORATIO AD MARIAM

uocaueris. Quot ex presentib<sup>9</sup> periculis eripueris. Qu<sup>3</sup> mul-  
 tis qui iam spem omnē abiecerāt, in speratā attuleris salutē.  
 Quot ex altissimo viciōꝝ barathro, in vitā castigationē resti-  
 tueris. Hinc tibi passim tēpla dicauit Christianorū non in-  
 grata pietas. Hinc tibi innumerabiles, per vrbes pariter &  
 vicos fumant aræ. Hinc toto in orbe facer corus assidue tur-  
 as laudes decantat. Hinc tibi circū altaria tua, grata dona-  
 ria suspenduntur, signū trophæa, tuæq; beneficētiæ monu-  
 menta tibi cōsecrant. Omnium vero mentibus sic penitus in-  
 sita es, vt nemo vel ipso tuo nomine non recreetur. Qua in  
 turba & ego clarissima virgo, hūc pæana tibi cecini, quo pla-  
 cata, precor, vt tuo me filio reconcilies, cuius irā iustissimā,  
 grauissimis meis cōmissis suscitauī. Sola nanq; iudicē accēs-  
 sum mitigare poteris, quæ parere potuisti, sola & potes, &  
 vis, quæ cum sis misericordiæ mater, tui simillimū filiū mis-  
 sericordissimū genuisti, vt tuo cōfirmatus auxilio, tuoq; du-  
 ctu per hoc vitæ pelagus sic iter agam, vt perueniam ad pa-  
 triam claritatis æternæ, in qua cum filio viuīs gloriosa per  
 omnia sęcula sęculorum. Amen.

Finis pæanis

### Obsecratio ad virginem matrem Mariam in rebus aduersis.

**V**ides virgo parēs Maria spes vnica calamitatū no-  
 strarū, vides q̄ diris tempestatibus in hoc mortas-  
 litatis pelago iactemur, dum erumnosissimi exiliū  
 pertesi, in qd̄ miseros Euz nouerca, non parens  
 in tēperātia detrusit, vt cūq; in patriā molimur recursum,  
 te scilicet vna inter vagos huius vitæ fluctus, noctēq; dens-  
 sissimā (ceu prospera stella) prælucēte, simulq; secūda tui fas-  
 uoris aura semper aspirāte. Alioqui nullā oīno portus cons-  
 tingendi spem habeat, hæc tam diutina, tam plena discrimis

num nauigatio, ni tuū vsq; numen tātis in malis propiciū  
 22 ac praesens affulgeat. Sed nū destituis cursum nostrū o diua  
 23 graues hominū semper miserata labores? Neq; enim igno  
 24 ras huius qua vehimur corpusculi cymbā, q̄ fragili sit tabu  
 25 lata, compacta, q̄ rimosa, q̄ futilis. Et hanc tamen tot malo  
 26 rum fluctus oppugnāt, tor circūuallant pericula. Hanc pesti  
 feri cacodamonū flatus, horrendo cū murmure circumfres  
 munt, omniq; vi certant nūc acutis ambitiois cautibus illis  
 dere, nunc in aestuantū libidinū vadofas syrtes impellere,  
 nunc in manibus Charybdis hiatibus sorbendū tradere. Hi  
 nimirū sunt procaces illi austrī, & boreę sonori, neq; nō vio  
 lēti africī notiq; hymbri feri, qui tartareo e specu emissi, qua  
 data porta ruunt, ac terras turbine perflant, qui graues illas  
 tēpestates nobis quotidie consciscunt, tot edunt naufragia,  
 dū hunc per omē nephas praecipitē agit, vētoso gloria curru,  
 ille e turpissimarū voluptatū cœno nequit eluctari, dū aliis  
 quo res sit incolumis & auctior, ipse perit infœlix. Iam por  
 ro hinc crudelis insequit̄ pyrata, q̄s gnati tui preciosus san  
 guis asseruit, denuo in fœdissimā seruitutē retractur. Inde  
 rursus deliciarū blādissima siren, exitialiter dulcibus cantib;  
 lenis aures animūq; sollicitat, vt obliti patriæ, obliti nostri,  
 recta in certissimū interitū abeamus. Iam vero quā periculo  
 sa illa fortunę, ceu fluctuū alternatiū vicissitudo, cum inter  
 rim secūda & venenatis muneribus accumulās, nauiculam  
 nostrā in sublime tollit, interim aduersa & sauiēs, deq; sum  
 mo fluctu praecipitās, imis harenis illidit. Quid q; interdū  
 tumultū negotiorū, veluti turbine irruēte, sic obruimur, vt  
 neq; clauū ita audiat nauis, neq; certū cursum tenere liceat.  
 Quid q; interim ipsa etiā arridētis aquoris lenitas, quauis  
 est procella insidiosior; dū nō raro credulos, nimirū coelo pe  
 lagocq; sereno cōsisos, repēte versa tēpeestas opprimit; & qui  
 modo tanq; portū tenētes lætū celeuma canebant, protinus  
 medijs in fluctibus natant. Quid autē recenseam, quantum  
 immaniū beluarū pontus hic alat, semper in nostrā prædā

## ORATIO AD MARIAM

inhiantiuꝛ. Neqꝫ vero defunt etiã huic elemẽto sua venenã  
 letale virus vndiqꝫ afflantia, dum altus assentatione nobis  
 imponit, alius pestiferis consilijs ab honestis auocat, alius  
 22 ad perniciẽ hortat, hic palam iniurius, ille clãcularius hostis  
 23 nocet, hic in os cõtumeliosus, mētis ociũ perturbat, ille sus  
 24 catus amicus, niueo dẽticulo vipereum virus infundit, hic  
 atro loliginis succo tinctus, fame labem conat offundere, il  
 le torpedinis in morẽ, frigidũ afflans venenũ, charitatis ar  
 dorem nititur extinguerẽ. Tum vero gelido soluũtur frigo  
 re mēbra, cũ piceã nubes ignorãtig, eripiũt nobis coelumqꝫ  
 diẽqꝫ, cũ lacero velo, dissipatis antennis, amisso clauo, cæcis  
 erramus in vndis. Tũ multus vbiqꝫ pauor, & plurima mor  
 tis imago. Adeoqꝫ lachrymabilis huius vitæ, quã a vincu  
 25 lis & vagitu sumus auspicati, ppetuus tenor calamitatũ est  
 26 plenissimus, vt ne ipsa quidẽ trãquillitas discrimine uacet.  
 27 Vides hæc o regina coelestis, & miserata succurris piclitan  
 tibus. Neqꝫ em̃ fieri põt, vt aut non despicias casus mortas  
 liũ, quæ quidẽ vel nois ipsius argumẽto, sublimis illa sis Eli  
 ce, illa sis Cynosura clarissima, summo. s. mũdi cardine fixa,  
 quæ sola saltas occidua Tethyos vndas nũqꝫ attigisti, cur  
 ius ne leui quidẽ aspgine vnqꝫ cõmaduisti. Neqꝫ consentas  
 28 neum est, vt vlla eorum quæ sũt in terris pars, tuos oculos  
 29 suffugiat, cum tu sis luna illa pulcherrima, æterni solis & so  
 ror & mater, quæ nostros labores de proximo despicias, quip  
 pe vicinũ & familiarissimum terris sydus, influxuqꝫ longe  
 omniũ efficacissimũ, quæ noctẽ hæc nostrã mixi lumine sub  
 lustrẽ facis, nõ vaga, nunqꝫ senescẽs, nunqꝫ ineqꝫalis, nunqꝫ  
 deficiens, nunqꝫ occidens, sed assidue pleno pernites orbe,  
 30 semp obuia soli, vnde mutuũ lumen vimqꝫ plenissime haus  
 31 stam nobis refundis, salutari succo vegetas & argēs oia. Er  
 32 go neqꝫ non uides o Maria, cũ eadẽ & stella sis huius nostri  
 pelagi, & luna nostræ terræ, neqꝫ rursus videntẽ nõ tangũt  
 hoim mala, cũ te iam olim matrẽ suã, & misericordiaẽ matrẽ  
 anũdus hic noster appellet, tuqꝫ nõ inuita nomẽ istud agnos

scas. Atq; oīno necesse est, vt te matrē res hominū sollicitā  
 habeant, quæ quidē filiū pepereris, vsq; adeo nostri generis  
 amantē, vt huius exiliū cōmunis incolā factus pro nobis as-  
 serēdis sese deuouerit, tanq; libenter in oēs casus effuderit.  
 Neq; igit aut non vides hominū erūnas, aut vidēs non mis-  
 serescis, neq; miserta mederi non potes, cū & filiū genueris  
 exorabilē, præterea sic tui amantem, sic obseruatē, quippe  
 piissimū, vt nihil omnino neget postulātī. Neq; rursus a pa-  
 tre frustra qcq; petit filius, ppter incogitabilē mutuā inter  
 ipso charitatē, & nihil non potest pater, nihil itē non potest  
 filius, vt qui ab omnipotente nascat omnipotēs, proinde ni-  
 hil nō potes tu quoq; curius vel pietatī vel honorī, filius ni-  
 hil nō tribuit. His argumentis ratiocinat nostra mortalitas,  
 nō ingenio, sed egestate sollers, te vnā esse o virgo deipara,  
 vnde afflictis in rebus opē & poscere, & sperare debeamus,  
 q̄ vna vales oīa, & quicq; vales id omne nobis vales. Cer-  
 ta itaq; fiducia, en ego p̄nus tuis aduoluo pedibus, illis q̄  
 bus etiā cœlites ipsi sese substernūt. p̄sentī tuo numinī sup-  
 plices tēdo manus, nō sine multa scatebra lachrymarū, quas  
 mihi e penitissimis animi venis, partim huius exiliū labores  
 amarissimas exprimūt, partim noxiarū, quas tuū in filiū ad-  
 misi, consciētia excutit. Succurre quæso mea seruatrix, mea  
 salus, meū vnicū certissimūq; perfugiū Maria, præfulge stel-  
 la salutaris caligantī, dirige errantē, aspira laborantī, confir-  
 ma vacillantē, fulci nurantē, adsis periclitantī, ne forte nauis  
 culam hāc iā quassam, iā exarmatā, iam rimis fathiscentem  
 decumanus ille fluctus obruat. Immo in tutū restitue, iam  
 scopulo infixā, iā naufragā, iā exitio pximā, Serua meū dul-  
 ce decus animulā hanc, quæ sese tibi (quanta est) nuncupat.  
 Quod si votū nō abnuis, iā tuū est qd perit. Ne sinas (ama-  
 bo) interire, quod tuus gnatus sapiēs architectus, tā accuras-  
 se finxit, quod tā diligēter exornauit, quod idē tam immen-  
 so sanguinis sui precio redemit. Redde vel opifici plasma,  
 vel artificī opus, vel redēptorī mercem suam. Sed quin ego



## ORATIO AD MARIAM

te iam dudum pijs obtestationibus, tanq̃ magicis precamis  
 nibus aggredior, quādo tu nostra es illa Diana, triplici nus  
 mine pollens, quæ cogi quoq̃ vocibus humanis gaudeas?  
 Quidni valeat apud te verā diuā pietas, quod apud falsam  
 valebat superstitiō? Quidni obtineat apud te cultus purus,  
 quod apud illā ritus sacrilegi? Quidni te flectāt Christiano  
 rū lachrymæ, cū illam malefica carmina mouerint? Quidni  
 te pię tangāt obsecratiōes, cū illa impias execrationes sense  
 rit? Obtestor igit̃ exorabile pectus tuū, o regina cunctorū,  
 per quicquid tuū, filiꝝq̃ tui numē placare potest. Per venerā  
 dam tui conceptionē, a qua labem oēm procul arcuit is, quā  
 tu postea simili puritate concepisti. Per adorandā natiuitas  
 tē tuā, qua veluti luciferi sydus, placido lumine exorta, ven  
 turi solis certissimā spem dedisti mortalibus. Per infantiam  
 tuā, deo gratissimis studijs trāfactam. Per summā animi tui  
 synceritatē, humilitatē, pietatē, quarū virtutū fragrantia, dei  
 p̃ris vnigenitū, veluti procū amore ebrīū, in terras pellexisti  
 nimirū vtī virgo sponsa, virgini spōsa contingeres, & puris  
 sima purissimū cōciperes, illibata illibatum generares. Per  
 ter adorandū illud opificiū, perq̃ ter foelicem animi tui sen  
 sum, cum te cōscia, ille faber singularis spiritus immortalis  
 in officina vteri tui, triforme opus sacris ternionibus absol  
 ueret, purissimū filij tui corpusculū, de virginei sanguinis  
 tui guttula repente fingēs, simulq̃ beatā illam animā de ni  
 hilo creatā, mortalibus quidē, sed omnino syncerissimis or  
 ganis inserēs, cū animæ vero parte liquidissima, diuinitatē  
 agglutinās, atq̃ ita limū, vitam, & deū, tam concordī discris  
 mine, & discreta cōcordia copulās, vt inter se nō permixtæ  
 naturæ, in eandē tamen coirēt personā. Per sancta tua offi  
 cia, quæ virgo grauida, aniculæ foetæ, redēptore pregnans,  
 præcone pregnātī cognatæ sedula præstitisti. Per ineffabile  
 pectoris tui gaudiū, cū puella virilis ignara cōsortij, aureū il  
 lū foetū, spem orbis vnīuersi, in aluo tuo gestares, tuocq̃ suc  
 co aleres, neq̃ dulcis sarcinulæ sensu carens, neq̃ tamē vuls

go pregnantium fastidia sentiens Per felicissimam expectationem  
 tuam, cum stas pariedi metas sollicitè numeras, parentis  
 nomen tibi promitteres, integritatis securus. Per sacrum  
 partum tuum, ab omni cruciatu, ab omni pudore, nostrique pu  
 erperij fordibus tam immunè, quàm tu fueras ab omni libidine  
 aliena. Per sancta mentis tuæ tripudia, cum obstetricatibus  
 angelis, dulcis ille pusio de corporis tui thalamo procedens,  
 tibi quidem matris nomen adferret, nobis vero renascendi  
 spem natus ostenderet. Per ineffabile meritum tuæ paupertatis  
 o Maria, qua tu vitam omnium, recentium tuum partum, saeuientem  
 decembris, non domi, sed foris, non in palatio, sed in humili  
 tuguriolo suscepisti, eumque non purpureis fasciis, sed pannicu  
 lis inuolutum, pro segmentatis cunabilis, duro præsepio reclina  
 nasti. Per pias animi tui voluptates, cum filiolum tuum ab an  
 gelis annunciarum, a pastoribus queritarum, a Magis quos index  
 stella exciuerat, mysticis donarijs honorari conspiceres. Per  
 genuinum illum parentis affectum, quem tu supra matrem vulgus  
 erga dulce pignus tuum lesum, longe flagrantissimum perensisti.  
 Perque mutuam illam & inenarrabilem pietatem, qua tu mater  
 filium deum, te contra filius virginem genitricem adamauit, Per eum  
 sensum multo felicissimum qui totiens tua materna precordia  
 titillabat, quotiens decoros & mites ocellos gnati tui, tua sci  
 licet lumina iucunda similitudine referentes dissuauitabarum,  
 quotiens frontem fronti, os ori, vultum vultui, manusculas mani  
 bus simillimas contemplan agnosceres. Per maternam sedulitate  
 tuam, quam lesu tui cunabulis, noua puerpa officiosissime im  
 pertiebas, siue cum algente puelium tepenti gremio confoueres  
 siue cum vlnis circumplexa, sinum virgineo apprimeres, siue cum  
 vagienti blandulis nenijs somnos accerseres, aut noto admo  
 uens pectusculo, de virginea papillula suspenderes, imensam  
 mundi machinam digito librantem. Siue cum lachrymantem pijs  
 suauiolis collabens, psilientes guttulas, osculis exorberes.  
 Per illum materni lactis nectareum succum, qui de virginei tui  
 pectoris fonticulo subscatebat, cum niueo liquore nutricares

## ORATIO AD MARIAM

vniuersa pascentē. Per officiosam sollicitudinē, cū insanien-  
 tis Herodis impietate fugiēs, spem nostrā in Aegyptū aspor-  
 tares, ne, s. p. iret añ diē, p. quē oēs eramus seruādi. Per humi-  
 litatē illā tuā deo lōge gratissimā, qua factū est, vt neq; i pue-  
 ro circūcisiōis, neq; in te ipsa purificatiōis cerimonias obis-  
 re dedignareris, p. inde q̄si in illo fuerit q̄c̄q; putre ressecādū  
 cuius vnus puritas, maculis oīm abolendis sufficiebat, aut  
 tibi vllō piaculo fuerit opus, ad cuius puerpiū, q̄nis etiā ali-  
 aq; virginitas sit sordidissima. Per blesum illud & blādū lala-  
 lare infantuli tui. Per amicos arrisus, p. mutos qdē adhuc,  
 ” sed gesticulātes affectus, p. inuicē data ac reddita basiola, p.  
 ” charissimi pignoris nō onerosas gestatiōes. Per btm̄ pietas-  
 ” tis affectū, cū te filiolo, iā nra yba meditans, blesulas, dulcicq;  
 ” vocula materculā appellitaret. Per blandicias pietatis ples-  
 ” nas, vicissim dictas ac redditas, Per domesticas cōfabulatis-  
 ones, & o q̄ sancta inuicem colloqa. Per sollicita desyderia  
 ” materni cordis, cū filiū iā grādiusculū p. oia velut amissum  
 ” vestigares. Per officiosas curas & vota purissima, qbus vni-  
 genitū tuū mortal' eui gradibus adolescentē, p. sc̄q̄bare. Per  
 algores, p. estus, p. sitim, p. esuritionē, p. vigiliās, p. inopiā, p. q;  
 oēs humanae vitā iniurias, q̄rū, te teste, nihil ille recusauit.  
 Per sanctissimos manuū tuarū labores atq; industriā, qbus  
 paupculū filiū, paupcula sustinebas. Per arcanū gaudium,  
 qd in tacito sinu gaudebas, cū filiū quē hoīem homo genue-  
 ” ras, diuinitatis specimē edētē videres, aqua in vina vertētē,  
 ” morbis simplici verbo medentē, sepultos excitātē, mari im-  
 ” perantē, pctā donantem, daēmones exigentē. Per oēs filij tui  
 ” cruciatus, q̄s tu materna sympathia cōiter pertulisti, vt nos  
 ” instauratā salutem filio, sed non sine matre deberemus. Per  
 amarissimas lachrymas, quas ille non raro pro nostris malis  
 fudit. Per indigna pbra, qbus ille totiens a ludaeis p. nobis  
 male audiit. Per spōtanea filij tui tedia, cū ille nostro exitio  
 angereē. Per sanguineū sudorē, quo totū illū a uertice vsq;  
 ad imū pedem nostra scelera p. fuderunt. Per acerbū illū tuū

tuiq; vnigeniti pudorē, cum agnus ille niveus perinde vt  
 scelestus parricida quispiā, a sacrilegis ministris magno cū  
 tumultu captus, a iudice ad iudicē, populo insultate ducta  
 retur. Per grauiorē etiā erubescentiā, cum ad submissiorū  
 testiū calumnias obmutesceret. Per insanas illas turbæ suc-  
 clamations. Per maledicta in eum ingesta, per illisos cola-  
 phos. Per sacros vnici tui vultus impie cōspitos. Per funes  
 illos infames, quibus astrictus est ille, qui mundum soluit a  
 crimine. Per artus oēs lictorijs flagris inclementer sulcatos.  
 Per mille purpurei sanguinis riuulos toto corpore p̄siliens  
 tes. Per indignissima ludibria. Per pallam ridiculi gratia da-  
 tam. Per arūdiē pulsatū caput ad adorādū. Per alapas cru-  
 entis manibus impactas. Per ludibriosam coronā q̄ vulni-  
 ficis aculeis, simul & tua viscera, & sacra filij tui tēpora pe-  
 netrauit. Per capitalē sententiā in innocentissimū reū inique  
 p̄nunciatā. Per tristissimos tuos passus, quibus infamē ar-  
 borem humeris baiulantem diceris profecuta, vt infame  
 supplicium vnici tui mater spectares. Per materni cordis  
 vulnus, cū gnatū tuū inter duos latrones mediū tolli cōspis-  
 ceres. Per sanctissimos artus tam valide distētos. Per crea-  
 trices illas manus, & pedes innoxios dīro ferro confixos.  
 Per extremā sitim. Per fellito aceto imbutā spōgiā sitienti  
 porrectā. Per materni tui pectoris affectionē, vni tibi cogni-  
 tā, cū mulierē de cruce appellās te discipulo, tibi discipulum  
 virginē virgini cōmēdaret. Per internū animi tui sensum,  
 cū iam sibi mortē spōte asciscēs filius, ingenti clamore p̄cio-  
 sam aiām paternis manib⁹ cōmēdaret. Per sacrosanctū my-  
 steriū, cū testibus oculis tuis, fons ille ter adorādus, de dor-  
 miētis latere scateret, pariter & aquā abluēdis, & sanguinē  
 viuificandis nobis p̄pīnās. Per crudelissimum doloris gla-  
 diū, quē tibi iam nouæ puerpæ fatidicus senex fuerat va-  
 ticinatus, q̄ tua materna viscera p̄ singulos vnici tui crucia-  
 tus atrocissimis vulnerib⁹ cōfodit. Per estuātissimū redimē-  
 di generis humani desyderiū, quo fiebat, vt cū oēs gnati do-

## ORATIO AD MARIAM

lores pari poene sensu ferrès, tamē incredibile gaudiū pariter  
 cum eodē caperes, quod tua filiūq; iactura, nrae salutis ne  
 gociū peragebat. Per fidei tui meritū, cū attonitis ac dubi-  
 tātibus cæteris discipulis, tu sola redēptionis nostrae myste-  
 riū tacita tecū mente reuoluēs, multo plus voluntatis de no-  
 stra vita, q̄ de filij morte luctus p̄cipiebas, de resurrectione  
 perpetuā certissimāq; spem obtinens. Per nullo sermone cō-  
 sequendum gaudiū pectoris tui, cū Iesus tuus iā victor, iā  
 rediuiuus, iā immortalis, primū sese tibi spectādum exhiberet,  
 multo lumīe conspicuum, opimis spolijs, æternisq; trophæis  
 decoratum. Per pia mētis tuę gaudia, cū vnigeniti tui nomē  
 ter sanctum toto iam orbe videres inclarescere, eumq; quē  
 tu sola carnē factum de tua carne, carnaliter cōceperas, secū-  
 dum carnem genueras, iam a tot milibus spiritalē spiritalis-  
 ter cōcipi laetareris. Per pia suspīria, per sanctissima desyde-  
 ria, per purissima vota, per beatas lachrymas, quas mater si-  
 sio superstes vbertim in terra fudisti, quoties dulcissimi cū  
 eo conuictus recordatio subiret aīm, quoties de redēptio-  
 nis humanę consilio, quoties de mysticis illius factis pariter  
 & dictis, cum amicis eius ac discipulis sermonē sereres, aut  
 quoties religiosa sedulitate obambulans, sacra reuiferes lo-  
 ca, in q̄bus vllū modo vnici tui monumētū extaret. His in  
 cunis primū vagijt infans. Hoc in tēplo mihi repertus inter  
 legis consultos. Hoc in triclinio, aquis in vina trāformatis,  
 conuiuīū exhilarauit. Hac in ripa baptizatus est. In hoc des-  
 serto ieiunauit. In hac solitudine tātam turbā tantulo cibo  
 saturauit. Hoc ex loco hanc & hanc parabolā disseruit. Hoc  
 in mōte consedit, cum hęc atq; illa doceret. Hęc porticus in-  
 ambulātis obtinet vestigia. Hic cōuiuīum egit. Hoc solū illi  
 lachrimis cōmaduit. Hoc erat vultu, cū q̄stuarios e tēpli ses-  
 ptis exturbaret. Vt palluīt, vt fremuīt, vt fleuīt cum Lazarū  
 amicū sororibus viuū redderet. Hic stabat cū cœcū illum is-  
 naret. Ad hūc puteū itinere fessus quieuit. Hic mihi vni hęc  
 atq; illa dixit, Hic ductus est, hic pepēdit. Hoc in tumulto si-

tus est. His in vestigijs apparuit. Hinc nobis dixit supremū  
 vale, patrē repetiturus. Hoc in coenaculo patris suūq; misit  
 spirītū. Per horū atq; similiū beatissimā memoriā, quę tibi fi  
 liū absentē foelicius etiā præsentiē reddebat, q̄ antea fuerat  
 in carne. Per crebros angelorū cōmeatus, q te familiariter  
 interuisentes, vota matris ad filiū, filij munera ad matrē p̄  
 ferebāt, per sancta tua vitæ mortalī tedia, cū iam terrenis  
 eximi rebus, filioq; imortali, imortali gestiebas copulari.  
 Per festiuos cœli totius applausus, cū te supra cōfessus an  
 gelicos euectā, filius pximo confessu reciperet, rerūq; oīm  
 ditionē impertiret. Per ineffabilem tuā erga genus hoīm  
 pietatē, percq; tuū longe mitissimū pectus. Per tuā foelicitas  
 tem, nostrosq; labores, Per tua gaudia, nostrosq; lucr̄. Per  
 hanc q̄tulamcūq; pietatē qua tuū numē vtcūq; colo, per om  
 niū qui in te spes fixere suas, vota obsecro obtestorq; virgo  
 intemerata, peccatoris hui⁹ patrociniū apud filiū iudicē su  
 scipe, eius irā quā meis flagicijs excitauī, deprecare, reconci  
 lia caput hoc noxiū ei, quē tuis vberibus alluisti, vt eiusdē  
 & illustratus lumine, pernicioſa a salutaribus dinoscā, &  
 vnctiōe cōfirmatus, quæcūq; illi grata sciero, ea cōstātī p̄se  
 quar affectu, rursus quæ inimica, ea penitus detester atq;  
 auerſer. Impetra q̄so mihi mea p̄catix maximū quoddā a  
 filio munus, vt toto pectore, atq; prorsum ex anio, mea ipsi  
 us oderim mala, neue quid amē, aut mirer, p̄ter vnū filium  
 tuū, in illius imaginē merear trāfigurari, vt suaue etiā mi  
 hi fiat, cū illo crucē tollere, atq; in ea p̄ spem & patientiā, ad  
 finē vsq; vitæ foelicitē p̄seuerare, vtq; iam rerū permutatis  
 vicibus, ea anio meo incipiāt amareſcere, quæ me anialem  
 stulte delectabāt, ea contra iuuēt quæ quondā pro maximis  
 malis habebā, ne me arcta vnigeniti tui via, vel carnis ille  
 cebræ trāuersum abripiāt, vel irruentiū malorū procella de  
 turbet. Et quoniā consutili nauicula, in quā & ille q̄ndā di  
 gnatus est descēdere, tam periculosum nauigo mare, precor  
 o Maria, vt illo quidē ventis & mari imperāte, te vero vsq;

## CONCIO

prælucente, in portū cœlestis Hierusalem cōtingat appelles  
re. In quo gnati tui beato cōsortio fruere sine fine. Amen.

### CONCIO DE PVERO IESV

pronuntiata a puero in schola Colez  
tica, nuper instituta Londini.

**P**Ver apud pueros verba facturus de ineffabili puero IESV, non optarim mihi Tullianam illam eloquentiā, quæ breui atq; inani voluptate aures deliniat. Quātum em̄ abest Christi sapientiā a sapientiā mūdi (abest autē immēso interuallo) tantū oportet Christianā eloquentiā a mundana differre eloquētia. Sed illud vna mecū ardētibus votis impetretis velim, ab optimi IESU optimo patre deo, a quo ceu fonte honorum oīm summa proficiſcūt, quiq; solus fecūdo illo suo spiritu linguas infantium reddit disertas, vel e lactētium ore laudē absolutā depromere solitus, vt quēadmodum oīs nostra vita nō aliū exprimere debet, q̄ spiritū de quo dicituri sumus IESUM, ita & oratio nra illū sapiat, illū referat, illū spiret, qui & verbū est patris, & verba vitæ solus habet, cuius sermō viuus, & efficax penetratior est quā gladio ancipiti, ad intimos etiā cordis recessus penetrās vtq; ipse de cuius vētre flumīa pro manāt aquæ viuæ, nō grauet per organū vocis nrae veluti per cannalem, in oīm veſtrū anios influere, multoq; gratiæ cœlestis irrigare succo. Id ita futurū cōſido cōmilitones mei charissimi, si p̄s votis purgatas, ac vere sitētēs aures adiūgetis, eas videlicet aures, q̄s æternus ille sermo requirēs in euāgelio. Qui habet (inqt) aures ad audiendū, audiat. Nos porro cur nō audeamus rem hanc arduā quidē illam, sed tūpiam aggredī: præſertim ipso adiutore deo, in quo hoc plus potest mortalis infirmitas, quo minus suis nitī viribus, & in quo Paulus oīa se posse gloriāt. Iam vero cū tanto studio flagrēt isti, qui mundanæ, hoc est diabolicæ militiæ dedere

Noīa, vt suū quicq; dūcē laudibus vehāt. Nobis qđ prius, aut  
 antiquius esse debet, q̄ vt p̄ceptorē, vindicē Imperatorem  
 nostrū IESum, ac eundē quidem oīm, sed tamē peculiariter  
 nostrū id est puerorū principē, certatim p̄ijs celebremus p̄g  
 conijs. Hunc in primis cognoscere studeamus, cognitū lau  
 demus, laudatū amemus, amatum exprimamus atq; imite  
 mur, imitātes eo fruamur, fruētes īmortali foelicitate potia  
 mur. Sed in tā vberē, tanq; immēsa rerū copīa, vnde quāso  
 inītiū, aut vbi finē nostra reperiet oratio, cū is de quo loqui  
 paramus, fons sit, vel ( vt verius dicā ) oceanus bonorū oīm.  
 Verū vt ipse natura incōprehensus, & infinitus, tñ sese ve  
 lut in arcū cohibuit cōtraxitq; itidē & nostra oratio in ex  
 plicādīs eius laudibus, quā modū nesciūt, modū tamē ipsa  
 sibi faciat oportet. Equidē tria potissimū esse video, quā vel  
 discipulorū, vel militū aīos solēt ad gnauiter agendū inflam  
 mare, ea sunt ducis admiratio, amor, & p̄miū. Itaq; quo p̄g  
 ceptori n̄o ac duci IESu studijs alacrioribus pareamus, age  
 dū singulatim hęc in eo pia curiositate cōsiderem⁹. Primo  
 loco q̄ sit suspiciēdus vndiq; ac stupēdus. deinde quātope  
 re diligēdus, atq; ob id imitādus. Postremo q̄ ingēs dilectio  
 nis fructus. Ac mos quidē est rhetorū in hoc dicendū genere  
 illustriū principū adhibere exēpla, videlicet quo collatione  
 crescat is quē conant laudibus attollere. Verū Impator nos  
 ter vsq; adeo superat omē celsitudinis humanæ fastigiū, vt  
 quicqđ q̄ptumuis egregiū adhibueris, tenebras admoueris  
 nō lucem. Cuius em̄ imagines ac nataliū splendor non vi  
 deat esse fumus, si cū IESu cōponas; qui quidē ineffabili im  
 mo etiā incogitabili rōne deus a deo semp absq; tēpore nas  
 cit, æterno summoq; parēti per oīa æqualis. Quāq; huius  
 vel humana natiuitas nōne facile regum omniū claritatem  
 obscurauerit. Quippe q̄ stupēte rerū natura, authore p̄e,  
 afflante spirītu, pronubo angelo, citra virilē operā, virgo de  
 virgīne, cœlitus grauida, natus est homo in tēpore, & rur  
 sum ita natus homo, vt necq; deus esse desineret, necq; sor



## CONCIO

dium nostrarū quicquid oīno contraheret. Iam vero quid eo  
 fingi potest amplius, qui infusus per oīa, nullo tñ loco cohibi-  
 bitus, in seipso manet immēsus? Quid illo ditius, qui sum-  
 mū illud est bonū, a quo bona promanāt oīa, nec tamē ipse  
 diminui potest? Quid illustrius eo, qui splēdor est paternæ  
 gloriæ, quicquid solus illuminat oēm hoīem venientē in hunc  
 mundum? Quid illo potētius, cui pater omīpotens vniuer-  
 sam tradidit potestātē in cœlo & in terra? Quid efficacius  
 eo, qui simplici nutu cōdidit vniuersa, ad cuius iussum siles-  
 scit mare, vertuntur rerum species, fugiūt morbi, concidūt ar-  
 mati, pelluntur dæmones, seruiūt elemēta, scinduntur petrae, res-  
 uiscunt mortui, resipiscunt peccatores, denique nouantur oīa?  
 Quid augustius eo, quē admirantur superi, tremunt inferi, me-  
 dius hic orbis supplex adorat, ad cuius comparationē sum-  
 mi reges nihil aliud quā vermiculos esse sese confitentur? Quid  
 eo fortius atque inuictius, qui solus mortē alijs inuictam, sua  
 morte deuicit, ac Satanæ tyrannidē cœlesti virtute demos-  
 litus est? Quid triūphantius eo, qui perfractis ac spoliatis in-  
 feris, tot pijs comitatus anīabus, victor cœlos adiit, ibique se-  
 det ad dexterā dei patris? Quid illo sapiētius, qui tā admi-  
 rabili rōne cuncta condidit, vt vel in apiculis, tot tātaque suæ  
 sapiētiae reliquerit miracula? quicquid tā stupēdo rerū ordine,  
 atque harmonia nequit, cōtinet, administrat vniuersa, obiens  
 oīa, nec tñ a seipso discedens, omnia mouēs ipse immotus,  
 oīa concutiens ipse tranquillus, postremo in quo id quod stultis-  
 simū est, vniuersam mortalitū sophorum sapiētiam longo  
 superat interuallo, Cuius debet nobis esse grauior authori-  
 tas, quā etus de quo pater ipse palā est testificatus. Hic est filius  
 meus dilectus, in quo mihi cōplacui, ipsum audite. Quid æque  
 reuerendū, atque is cuius oculis perspicienda sunt oīa? Quid per  
 inde formidandū atque ille, qui solo nutu potest, & animā &  
 corp⁹ in tartara mittere? Quid autē formosius eo, cuius vul-  
 tum intueri summa est fœlicitas? Denique si multis precium  
 reddit antiquitas, quid illo antiquius, qui nec inītiū habet,

nec finē est habiturus? Sed fortasse magis cōtulerit, vt puer  
 22 ri puerū admīremur, quādoquidē hic quoq; stupēdus occur  
 22 rit, vsq; adeo qd illius est infimū, sublimius est iis quæ sunt  
 22 apud hoīes excellissima. Quātus erat ille, quē infantulū va  
 gientē, pannosum, abiectū in p̄sepe, tamē cœlitus canūt an  
 geli, adorant pastores, adorat & quæ genuit, agnoscut bruta  
 animātia, indicat stella, venerant magi, timet rex Herodes,  
 trepidat oīs Hierosolyma, sanctus amplectit̄ Symeon, vati  
 22 cinat̄ Anna, in spem salutis erigunt̄ p̄ij. O humilē sublimitas  
 22 tem, & sublimem humilitatē. Si noua miramur, quid simile  
 22 vnq; aut factum, aut auditū, aut cogitatū? Si magna suspici  
 22 mus, quid nostro IESV modis omnibus amplius, quē nulla  
 creatura possit vel exprimere voce, vel cogitatiōe concipere.  
 Huius magnitudinē qui velit oratione complecti, is multo  
 stultius agat, q̄ si conetur vastissimū oceanum angusto ex  
 haurire cyatho. Adoranda est eius immensitas magis q̄ ex  
 plicanda, quā vel hoc ipso magis mirari cōuenit, quo minus  
 assequimur. Quid ni nos id faciamus? cū magnus ille præ  
 cursor indignū sese pronūtiat, qui corrigia calciamentorum  
 eius soluat? Agite igit̄ pueri suauissimi, hoc tā indyto puero  
 IESV præceptore, hoc tā insigni duce, sancta superbia glo  
 riemur, huius sublimitas nobis ad pie audendū animos ad  
 dat, in hoc vno nobis ipsi placeamus, vt existimantes illius  
 omnia nobis esse communia, nos ipsos meliores arbitremur  
 q̄ qui semel tali addicti Imperatori, mundo vitisve, fordīs  
 dissimis vtiq; dominis seruiamus.

## SECUNDA PARS.

¶ Sed admirant̄, & contremiscūt etiā dæmones, amāt soli  
 p̄ij. Quamobrē altera huius oratiōis pars, vt propius ad nos  
 pertinet, ita est attētoribus auribus accipiēda, videlicet quot  
 noībus IESus sit nobis amādus, vel redamandus magis, vt  
 qui nos & nondū conditos, ante omne tēpus amarit in se, in  
 quo iam tū erant oīa. Itaq; natūra sua bonitate cū nihil esse  
 mus, nos finxit, finxit autem non quoduis animal, sed hos

minē, & finxit ad sui ipsi<sup>9</sup> imaginē, hoc est summi boni capa-  
 ces, ac sacro sui oris afflatu spiritū vitalē indidit. Ad hec ceteris  
 anīantibus imperio nro parere iussis, quinetiā angelis in  
 nri tutelā designatis, latissimā hāc, ac pulcherrimā mundi fa-  
 bricā nris addixit vsib<sup>9</sup>. In qua nos velut in admirabili quo-  
 dā teatro cōstituit, vt in rebus creatis opificis sapientiā ad-  
 miraremur, bonitatē amaremus, potentiā veneremur, & q̄  
 id magis fieret, tot sensuū adminiculis istruxit, tot animi do-  
 tibus ornauit, tā perspicaci ingenij lumie cōdecorauit. Quid  
 hoc anīante fingi poterat, vel admirabilius, vel foelicitus? Sed  
 o semper foelicitatis comitē inuidiā. Rursum serpētis astu in  
 peccatū, hoc est plusq̄ in nihilū relapsus est miser. Sed hic tu  
 rursum optime Iesu, q̄ ineffabili cōsilio, q̄ inaudito exem-  
 plo, q̄ incōparabili charitate, tuū figmentū restituisisti? Nam  
 ita restituisisti, vt tibi propemodū expedierit, eamq̄ culpā qui  
 dā non absurde foelice vocauerit. Omnia debeamus cōditori,  
 at reparatori plusq̄ oīa debemus. Vltro temetipsum e regno  
 patris in hoc nostrū exiliū demissisti, vt nos in Paradiso ex-  
 ctos, cœli ciues redderes, nostrā humanitatē assumpsisti, vt  
 nos in tuę diuinitatis consortiū ascisceres. nostrū hunc limū  
 induisti, vt nos immortalitatis gloria vestires, nostra tectus  
 forma, nobiscū in hoc calamitoso mundo cōplures annos as-  
 gere voluisti, vt vel sic in tui raperes amorē, nudus in hanc  
 lucē, immo noctē emerisisti, nobiscū atq̄ adeo pro nobis vas-  
 gisti, sitiisti, esuristi, assisti, æstuaisti, laborasti, delassatus es, es-  
 guisti, vigilaisti, ieiunasti, tot malis nostris obnoxius esse vo-  
 luisti, vt nos ab oībus exemptos malis, in tui, hoc est summi  
 boni cōmunionē assereres. Deinde per oēm sanctissimæ vi-  
 tæ tuæ seriem, q̄ efficacibus exemplis anōs nostros inflam-  
 mas? q̄ salutaribus præceptis erudis, ac formas? q̄ stupen-  
 dis miraculis expergefais? q̄ blandis monitis trahis? q̄ cer-  
 tis promissis inuitas? vt non sit alia cōmodior viā ad te, nisi  
 per teipsum, qui vnus es viā, veritas, & vita. Sed viām non  
 indicasti modo, verumetiā aperuisti, dum pro nobis vīn-

cū, trahi, damnari, rideri, cadi, cōspui, vapulare, probris affi-  
 ci, demū in ara crucis agnus sine macula immolari voluisti,  
 vt nos tuis vinculis solueres, tuis sanares vulneribus, tuo la-  
 uares sanguine, tua morte ad immortalitatē eueheres. In sum-  
 ma totū te nobis impēdisti, vt tui ( si fieri posset ) iactura nos  
 perditos seruares, vitæ redditus, toties tuis apparuisti, atq̃  
 illis intuentibus patrē repetisti, vt membra considerent eo se  
 peruētura, quo caput iam p̃cessisse conspicerēt. deinde quo  
 magis cōfirmares amicos, patre placato, egregium illud per-  
 petui amoris tui pignus misisti, sacrū illum spirītū, quo mor-  
 tui mūdo, longe verius ac foelicius iā viueremus in te, q̃ nos-  
 stro hoc spirītū viuimus. Quæso quid his summæ charitatis  
 argumētis poterat accedere? Ne hæc q̃dē tā multa, iā magna  
 flagrātissimo tuo in nos amorī sat erant. Quis em̃ cōmemo-  
 rare possit, quot martyrū mortibus, nos ad huius vitæ con-  
 temptū animas? quot virginū exemplis, ad continentiam ac-  
 cendis? quot sanctorū monumētis ad pietatem sollicitas? q̃  
 admirandis ecclesiæ tuæ sacramentis cōmunis pariter ac di-  
 tas? vt consolaris, erigis, armas, doces, mones, trahis, rapis,  
 mutas, transformas nos arcanis tuis literis, in quibus vitas  
 quasdam tui scintillulas condi voluisti, magnū amoris incen-  
 dium excitaturas, si quis modo pia diligentia conetur excu-  
 tere. Deniq̃ q̃ vndiq̃ nobis obuius es, ne quando liceat ob-  
 liuisci tui. Ad hæc q̃ paterne toleras peccantes? q̃ clementer  
 recipis ad te redeuntes? Nec imputas benefacta tua gratis,  
 nec resipiscētibz nostra imputas malefacta, vt subinde ta-  
 citis vellucas, ac trahis instinctibus? vt emendas aduersis? vt  
 allicis prosperis? vt omnem moues lapidem, vt nusq̃ cessat  
 ardentissima charitas in fouendis, asserendis, tuendis, bean-  
 dis nobis? Sed quā pauca de tam innumeris perstrinximus  
 commilitones? & tamen videtis q̃ sit immensus beneficio-  
 rum aceruus. Eat nunc qui volet, & Pyladas, Horestes, Pi-  
 rithoos, Theseos, Damonas, ac Pythias verbis phalera-  
 tis efferat mera præ his nugamenta, Atq̃ hæc quidem con-

tulit vltro nihil promeritis, immo trāffugis, atq; hostibus, &  
 a quibus nihil omnino mutui beneficij redire poterat. Si me  
 diocribus officiis hoīes ad amandū hominē accendimur, hūc  
 conditorē, vindicē, sic amātem, sic promeritū, non saltem res  
 damabimus? quādoquidē hanc solā gratiā ille a nobis repo-  
 scit, quā tamen ipsam in nostrū refundit lucrū. Adamas san-  
 22 guine mollescit hircino, aquilæ, leones, pardi, delphines, dra-  
 22 cones agnoscūt, ac referūt beneficiū, & o duritiā cordis hū-  
 22 mani plusq; adamantinā, si tam inaudita charitate nō mites-  
 22 scit, o ingratitudinē plusq; beluinā, si tantorū meritorū po-  
 22 test obliuisci, o singularē impudentiā, dicam an potius de-  
 22 mentiam, si sic conditus, sic restitutus, sic locupletatus, tanta  
 obrutus beneficentiā, ad tantas vocatus spes, quicq; amare  
 potest, præter illū vnū, in quo, & a quo sunt oīa. quicq; nobis  
 oīa secū impertit. Porro aut̄ quanq̄ hæc mortalis om̄is com-  
 plectit̄, tamē nos illi peculiariter debem⁹, propterea q̄ in no-  
 strū, hoc est puerorū ordinē singulari quadā propēsiōe, atq;  
 indulgētia fuisse sese pluribus declarauit argumētis. Primū  
 q̄ ita vt erat vatū oraculis pmissus, puer paruulus nasci vo-  
 luit, cū esset immēsus. Præterea q̄ adhuc vteri virginei late-  
 bris inclusus, infantis itē nondū nati gestu, atq; exultatione  
 gauisus est salutari. Deinde q̄ statim innocentīū puerorum  
 sanguine, suā natiuitatē voluit consecrari, vt his quasi veliti-  
 bus, dux inuictus bellū auspicaret̄. Adde his, q̄ instante mor-  
 te triūphali Hierosolimā veniens, puerorū occurſu, atq; offi-  
 cio decorari, puerorū voce suas laudes decātari maluīt. Iam  
 vero q̄ amantē, q̄q; sollicitū puerorū patronū agit̄: cū ma-  
 tribus infantes suas offerētibus, vt IESV contactū cōsecras-  
 rent, discipulis ne possent admitti vetātibus indignās. Sinite  
 (inquit) paruulos venire ad me. Neq; vero pueris benedixit  
 22 tantū, verum etiā negat vllī mortaliū aditū patere in regnū  
 22 cœlorū, nisi qui ad paruulorū formam descenderit. Rurſum  
 22 q̄ amanter & illud: cum tā grauiter deterret ab offendendis  
 22 pusillis, affirmans magis expedire, vt molari saxo collo alli-

gato preceps in mare detur aliquis, q̄ vt vnū quēlibet ex his  
 22 paruuīs offendat. Atq; his q̄ insigne addidit elogiū ad puer  
 22 rorū commēdationem: Amen dico vobis, angeli eorū sem  
 22 per vidēt faciem patris. Gratias agit tibi tuus, tibiq; dicatus  
 grex Iesu præceptor, cui queſo vt ſacras tuas manus ſemper  
 admouere velis, & ab omni ſcandalo procul arceas. Quid il  
 lud; nōne magnū amoris indicīū, cum puerū in medio colla  
 tum, diſcipulis eū exemplū proponit; Niſi inquiens, cōuerſi  
 fueritis, & efficiamini ſicut paruulus iſte, non intrabitis in  
 22 regnū cœlorum, An non eodē pertinet: cum Nicodemo ſci  
 22 ſcitantī, qua viā poſſit ad vitam immortalē pertingere, iubet  
 22 vt denuo renaſcatur, hoc eſt in puerū redeat. Vſq; adeo Chri  
 22 ſto duci noſtro placuit infantia, vt ſenes etiā cogat repuera  
 22 ſcere, ſi modo velint in illius admitti conſortīū, extra quem  
 22 nulla ſalutis ſpes eſt. Neq; vero a Chriſto diſſonat Petrus, cū  
 admonet, vt tanq̄ nuper editi infantes lac concupiſcamus.  
 Neq; diſcrepat Paulus. Filioli mei inquiēs, quos iterū partur  
 io, donec formeſ Chriſtus in vobis. Idem paruulos in Chri  
 ſto lacte potat. Multa ſunt id genus loca in myſticis literis.  
 Omīno Chriſtianīſmus nihil aliud eſt q̄ renaſcentia, q̄ re  
 pueriſcētia quēdā. Magnū igitur pueri, magnū pueritiæ ſa  
 cramentū, qua Ieſus tantopere delectatus eſt. Non contem  
 namus ætatem noſtrā, quam verus ille rerū æſtimator tanti  
 fecit. Tantū demus operam, vt eiufmodi ſimus pueri, cuius  
 22 modi diligit IESVS. diligit autē innocuos, puros, dociles,  
 22 ſimplices, atq; illud interim meminerimus, hāc deo gratam  
 22 pueritiā, non in annis eſſe ſitā, ſed in animis, non in tēpori  
 bus, ſed in moribus. Eſt enim præpoſterū quoddā, nobiſq;  
 magnopere fugiendū puerorū genus, qui mēto leui, mente  
 ſunt hirsuta, & ætate impuberes, vitioſa aſtutia ſenes ſunt.  
 Eſt igit̄ nouū quoddā pueritiæ genus quod a Chriſto proba  
 tur, pueritiā citra puerilitatē, & oīno ſenilis quēdā pueritiā,  
 quæ non annorū numero conſtat, ſed innocētia, ſed ingenij  
 ſimplicitate. An non id palā indicat Petrus, cū ait. Deponen

tes igitur oēm maliciā, & omnē dolū, & simulationes, & inuidias, & detractiones, sicut modo geniti infantes, rationabile, & sine dolo lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutē. Cur addidit rationabile? nempe vt excluderet stultitiā, quæ huius vere ætatis cōsuevit esse comes. Cur detrahit inuidias simulationes, ac reliqua id genus vitia, quæ senū sunt quasi peculiarīa? nimirū vt intelligeremus, Christi pueros simplicitate ac puritate æstimari, nō natalibus. Ad eundē modum & Paulus. Malitia inquit, paruuli estote, sensibus autē perfecti. Quæ est oīno in ipsa puerorū ætate natīua quædā bonitas, ac velut vmbra quædam, ac simulacrū innocentīæ, vel spes potius atq; indoles futuræ probitatis. Mollis, & in quēuis habitū sequax animus, pudor optimus innocētiæ custos ingeniū vitijs vacuū, corporis nitor, ac veluti flos quidā vernātis æui, & nescio quomō quiddā spirītibus cognatū ac familiare. Neq; em̄ temere sit, vt quoties apparēt angeli, puerili specie sese offerāt oculis, quin etiā magi siquādo suis incāta mētis spūm eliciūt, in puerile corpus ferunt accersere, at quāto libentius spirītus ille diuinus, pijs ac sanctis euocatus votis, in hmōi domicilia demigrabit? Ergo ad has naturę dotes si accesserit summi illius & absoluti pueri imitatio, tū demū & grati in illū, & illo digni pueri videbunt. Eteḿ sic promeritū quis possit non amare? Verū em̄ uero ea veri amoris vis est, vt eius qd ames, q̄ simillimus esse cupias. Quod si in nobis efficit amor humanus, quantū æmulādī studiū excitabit amor diuinus, cui ille collatus, vix amoris vmbella est? Proinde si vere atq; ex aīo nō verbo tenus Iesum amamus, Iesum pro nra virili conemur exprimere, vel potius in illū trāformari. Quod si virū assequi nō possumus, saltē pueri puerum imitemur. Quæ hoc ip̄m facinus est haud quāq; puerile, immo senilibus etiā viribus maius, sed quod fere nusq; succedat foelicius q̄ in pueris. Eteḿ quoties negotiū ab humano pendet præsidio, tum robur, ætas, sexus expenditur, verum vbi gratiæ res agitur, non naturæ, tum hoc efficacius exerit

sese miraculū spiritus, quo minus erat opis, ac fiduciae in carne. Denique quid dubitemus, aut diffidamus ipso formante, fingente, ac transformante nos, quem conemur exprimere? Quis Danieli puero statum addidit prudentiae? quis puero Solomoni tantum tribuit sapientiae? quis tribus illis pueris tantum adiunxit tolerantiae? quis puerum Hely dignum diuino fecit allequo? quis Nicolao puero? quis Egidio? quis Benedicto? quis Agneti? quis Ceciliae? quis tot tam teneris virgunculis tam masculam atque inuictam virtutem dedit? Profecto non natura, sed gratia, & ubi minus succurrit natura, ibi mirabilius operatur gratia. Hac igitur freti, magno animo studium amulandi puerum Iesum capessamus, nec unquam oculos ab eo velut a scopo deflectamus. Absolutum exemplar habemus, nihil est quod aliunde petere oporteat. Omnis illius vita, quod nos sequi debeamus, clamitat. Quid autem docuit puer ille purissimus de purissima virgine natus? nisi ut omnem huius mundi spurcitiam & inquinamenta vitemus, atque angelicam quandam vitam iam nunc in terris meditemur, hoc est, id esse meditemur, quod illic semper sumus futuri. Porro spiritus Iesu cum omnes sordes auersatur, & odit, tum praecipue beluinam illam, & prorsus hominem indignam libidine. Quid autem docuit nos, natus peregre, editus in tugurio, abiectus in praesepe, panis inuolutus? nisi ut semper meminerimus nos hic paucorum dierum hospites esse, utque calcatis opibus, spreto mundi falsis honoribus, per pios labores ad coelestem illam patriam expediti festinemus, in qua iam nunc animo viuamus oportet, etiam si corporeis interim pedibus terram contingimus. Rursum quod admonuit in Aegyptum aufugiens? nisi ut iniquatorum commercium modis omnibus deuitemus, qui Iesum in nobis, hoc est innocentiam, ac mundi neglectum conantur extinguere. Quid vero docuit circumcisus? nisi ut omnibus carnis affectibus, ad Christum properantibus obstrepentes amputemus, at tanquam in nobis ipsis mortui, solo IESU spiritu ducamur ac vegetemur? Quid docuit oblati in templo, nisi ut totos nos ab ipsa iam infantia deo, rebusque sacris dedicemus, cōse-



## CONCIO

cremusq; ac protinus recēti adhuc mētis testa IESum imbi-  
 22 bamus: Neq; enim vlla ætas ad discendam pietatē immatur-  
 22 ra est, immo non est alia magis tēpestiua ad discendū Chris-  
 22 tum, q̄ ea quæ mundū adhuc nescit. Iam ipsi apud vos æstis  
 22 mate pueri, puer ille sic natus, sic deo dicatus, q̄ sanctis stu-  
 dijs totā pueritiā transfegerit. Non ocio, non cibo, nō somno,  
 non ineptis lusibus, non stultis fabulis, non euagationibus,  
 quēadmodum puerorū vulgus facit, sed aut parentū obse-  
 quijs, aut sacris orationibus, aut auscultādīs doctoribus, aut  
 pijs meditationibus, aut sanctis ac serijs cū æqualibus pueris  
 colloquijs. An nō hæc, & multa similia summātim cōplexus  
 est sanctus Lucas: cum scribit ad hūc modū. Puer crescebat,  
 & confortabat̄ plenus sapientiā, & gratiā dei erat in illo. An  
 22 nō palā videris nouū pueritiæ genus: De pristinis pueris di-  
 22 ctum est, Stultitiā colligata est in corde pueri. De nouo hoc  
 22 auditis, plenus sapiētia. Quid adhuc ætatis incitiā prætextis  
 22 mus: cū audiamus nō sapientē, sed plenū sapiētia, puerū. Vi-  
 22 dete vt oēm rerū ordinē hic puer inuertit, qui loquit̄ in Apo-  
 22 calypsi. Ecce ego noua facio oīa. Perditi sapiētia senū, ac pru-  
 dentia prudentiū reprobāt, ac pueri implent sapiētia. Nimirū  
 hoc noīe gratias agēs patri. Quoniā inqt, abscondisti hæc a  
 sapiētibus, & reuelasti ea paruulis. Porro ne stultā huius mū-  
 di, ac fucatā sapiētiā affectaremus, p̄tinus adiecit. & gratiā  
 dei erat in illo. Is vero demū sapit, qui mundo desipit, & nil  
 22 nisi Christū sapit. Is non e philosophorū libris, non e scoticis  
 22 argutijs, sed syncera fide cognoscit, spe tenet, charitate deuīn-  
 citur. Iam vero q̄ multa docuit nos: vbi duodecim natus an-  
 nos, a parentibus surtīm subducit sese, ne inter notos quidē,  
 ac propinquos repertus, post triduū deniq; inuētus est. Sed  
 vbi tandē inuētus: Nū in circulis: num in choris: nū in vijs  
 aut foro: Audite pueri, vbi repertus sit IESus, relictis parētī-  
 bus quodāmodo fugitiu⁹, & vbi vos versari cōueniat intel-  
 ligetis. In tēplo inq; inuentus est, in medio doctorū sedens,  
 audiens illos, ac vicissim interrogans. Quid docuit nos IE

sus his tam admirādis factis: Nō dubiū quīn rē magnā, rem  
 seriā, rem imitandā docuerit. Quid autē; quid: nisi vt grādes  
 scēte in nobis Christo, quādoquidē & in nobis nascit, & ha  
 bet suos atātū gradus, donec occurramus in virū perfectū,  
 & in mēsurā plenitudinis eius. Ergo cū grādescit in nobis,  
 docet vt naturales parentū & amicorū affect<sup>9</sup> in deū trāsse  
 ramus, nihil hīc amemus, nihil miremur, nisi in Christo, &  
 Christū in oībus. Meminerimus nos verū patrē, patriā, co  
 gnatos, amicos habere in coelis. Verū ne q̄s imaginē hunc  
 parentū neglectū, fastū, aut inobediētiā sapere, consequit,  
 et erat subditus illis. Immo nemo suos parētes verius amat,  
 nemo magis pie colit, nēo obseruātius morē gerit, q̄ qui sic  
 contēnit. Quid autē est sedere in tēplo, nisi in rebus sacris cō  
 quiescere, et ad discendū animū ab oībus tranquillū curis  
 adferre: Nihil autē vitij est turbulētius, & otij ac quietem  
 amat sapiētia. Iam a quo tandē nos grauemur discere, q̄ at  
 tētas aures p̄ceptoribus p̄bere cōuenit, cū puer ille cōlestis,  
 sapiētia dei patris, in medio doctōrū sedeat, audiēs vicissim,  
 ac respondēs, sed ita rīdens, vt dēs eius sapiētiā admirarē  
 tur. Neq̄ id mirū, cū is esset, ad quem oīs mūdi sapiētia stul  
 ta est. Præclara res legū prudētia, egregia res phiā cognitio,  
 suspiciēda res theologiæ professio, verū si quis IESUM audis  
 at, ilico stultescunt oīa. At n̄a responsio, si sapiētiā miracu  
 lum excitare nō potest, certe sapiat modestiā, sonet innocen  
 tiā. Rursum obsecro, q̄ morigeros, q̄ obsequentes nos esse  
 decet parētibus ac p̄ceptoribus, q̄s potiores velut īgenij pa  
 rētes habemus, postea q̄ ille dñs oīm, cum a parētibus nō in  
 telligerēt, tamē subditus illis redierit in Nazareth. Debetur  
 hoc pietati, debet parentū reuerētiā, vt aliquoties illorū vo  
 lūtati concedamus, etiā si nos meliora viderimus. Sed iam  
 operæ precij est audire, q̄ apto fini Lucas IESU pueritiā con  
 duserit. Et IESUS (inquit) proficiebat sapiētia, atate, & gra  
 tia apud deū, & apud hoīes. Q̄ multa, q̄ paucis nos docue  
 rit. Primū cum atatis accessione, pietatis item accessionem

oportere copulari, ne illud in nos iure dici possit, quod in hominibus  
vulgo diuini dixit Augustinus. Qui maior est aetate, maior est  
iniquitate. Neue in hoc pulcherrimo certamine vniquam restemus,  
aut nos assecutos arbitremur, sed in morem currentium in sta-  
dio a tergo relicta negligentes, in anteriora nitamur, ac spem  
bonis ad meliora, a melioribus ad optima proficere conemur,  
donec ad metam, hoc est huius vitae finem puenitur erit. Socrates  
iam admodum senex pende quasi nihil sciret, ita semper & a quibus discere  
sitiebat. Itidem & nos qui magis in Christo fuerimus, hoc  
minus nobis placebimus, si modo vere in illo fuerimus, progressi  
si, adeo, *ελαντια* pestis est & studiorum, & pietatis, ac iuxta  
Fabium, procox illud ingeniorum genus, non temere puenit ad fru-  
gum vel eruditionis, vel innocentiae. Equidem nec ordinem otiosum  
esse puto apud deum, & apud homines, ut intelligamus in primis  
danda opera, ut vita nostra deo placeat. Id agentes, humanus fa-  
uor vltro consequetur. Nihil enim virtute pulchrius, nihil amabi-  
lius, quam laus hoc magis sequi solet, quo minus appetitur.  
Paucis ut potuimus, vobis expressimus exemplar pueri, quem &  
amare plurimum, & imitari studiosissime debemus. Atque omnino  
non tantum videbimur amare, quantum fuerimus imitati. Rursum  
tanto plenius imitabimur, quanto amabimus ardentius. Proinde  
de hoc ipsum ab illo quotidianis ac puris precibus flagitemus, ut  
nobis donet amore sui flagrare, sui siles euadere, hoc est ca-  
stos, puros, incontaminatos, mites, simplices, tractabiles, ex-  
pertes fuci, ignaros doli, nescios inuidiae, paratibus morigeros  
preceptoribus dicto audientes, mundi contemptores, rebus diuinis  
addictos, pijs literis intentos, nobis ipsis quotidie meliores,  
probatos superis, gratos hominibus, odore bonae famae quam plurimos  
ad Christum allicientes. Haec inquam assidue flagitemus, haec  
manibus pedibusque conemur, dum habilis aetas, breui alioqui  
fugitura. Etenim si recte monuit Fabius, optima statim ac pri-  
mo discenda, quod prius disci debet, quam Christus, quo nihil est  
melius, imo quod aliud discere oportet christianum, quam eum vnum  
quem nosse, vita est aeterna, quemadmodum ipse testatur patrem

drās in euāgelio. Id si curabimus, vtcūq; p virili gratiā referemus, tā singulariter de nobis merito, & illi referendo gratiā, ipsum nobis lucrificiemus. Referemus autē hoc plenius, quo vehemētius redamabimus. Porro hoc magis illum redamabimus, quo magis vita ac moribus exprimemus. Iā quo magis exprimemus, hoc magis ipso locupletabimur.

## TERTIA PARS.

¶ At interim nō nullis forsitan succurret aīo, durā hāc esse militiā, repudiatis oībus, cū Christo crucē tollere. Sed meminēritis fratres dilectissimi, lōge diuersam mūdi & Christi esse naturā. Mūdis ceu fucata meretrix, prima frōte blāndus nobis, & aureus occurrit, postea quo ingrediare altius, quo ppius inspicias, hoc magis ac magis tetra, putida, fellita sunt oīa. Ediuerso Christus procul intuētibus durior apparet, dū cruces videmus, dū voluptatū ac vitæ cōtemptū. Verum si qs fidenti aīo totū sese in illū reijciat, repiet nihil esse mollius, nihil expeditius, nihil dulcius. Nisi forte verū non dixit veritas in euāgelio, cū ait. Tollite iugū meū super vos, & iuenietis requiē aīabus vestris, iugum eī meū suauē est, & onus meū leue. Hac nimirū vere est ardua illa virtutis via, quā & olim tāto ante Christū, vtcūq; somniauit Hesiodus, primo aditu asperior, progressu semp & facilior, & amoēnior. Sed qd tandē asperū videri potest, quo ad tā ingens, tā certū itur pmiū? Si iuxta Sapiētis dictū, spes prēmij minuit vim flagelli, qs in hac momētanea vita, non leue nō dulce iudicet, quo cœlestē illā, & nunq; desiturā sibi pareret vitā, æternū regnare cū Christo assidue, summū illud in tueri bonū, versari in angelorū cōtubernio, ab omni malorū metu, pcul abesse? Quis oro tū hoc pmiū, nō vel sexcentis mortibus emptū velit? Atqui hoc tantū donatiū pollit cēt militibus suis Impator noster Iesus, qui neq; fallere potest, neq; mētiri nouit. Iā apd vosmetipsos expēdite fructus, æternitātē, ac magnitudinē, cōtra q̄ breue huius militiæ tēpus, nimirū haud lōgius ipsa vita, quæ quid aliud est, q̄ va-

## CONCIO

por ad exiguū tēpus apparēs, aut vnus horæ somnū? Sed  
 agedū de hoc interim inæstimabili p̄mio sileamus, atq; ins-  
 piciamus q̄ abunde magna mercede dux noster militū suo-  
 rum labores etiā in hac vita cōpenset, quāq; disparem me-  
 tant messem, q̄ mūdo militāt, & qui merēt sub Christo IES-  
 ſu. Audiamus quid ipsi dicāt impij in libro sapiētīæ. Lassati  
 sumus in vita inīgratis, & pditiōis, ambulauimus vias dif-  
 ficiles, viam aut̄ domini ignorauimus. Illectat mūdus fucas-  
 tis bonorū simulacris, quæ nihil aliud sunt, q̄ mellita vene-  
 na, Mox attractos, & velut inauctoratos, deū immortalē, in  
 quas curas, quas sollicitudines, quas turbas, quæ dispēdia,  
 quæ dedecora, in quā consciæ mētis carnificinā, in quā in-  
 fœlicē exitū miserōs adducit? vt hic quoq; iam abūde ma-  
 gnas impietatis pœnas dedisse videatur, etiā si nulli conse-  
 quant̄ inferi. At qui reiectis mundi fucis, in IESum, hoc est  
 summū bonū oēm amorē, curā, studiūq; transferūt, totiq; ab  
 illo pendēt, ij iuxta promissum euangelicū, non modo vitā  
 æternā possidebunt, verū etiā in hoc seculo centuplū accipis-  
 ent. Quid est aut̄ accipere cen tuplū? Nempe pro fucatis bo-  
 nis vera, pro incertis certa, pro fluxis æterna, p̄ veneno tin-  
 ctis syncera, p̄ curis otīū, pro sollicitudine fiduciā, pro tur-  
 bulētia trāquillitatē, pro dispendijs vtilitatē, pro flagitijs in-  
 tegritatē, pro consciētīæ cruciatu secretū & ineffabile gau-  
 diū, pro turpi atq; infœlici exitu, gloriosam ac triūphalem  
 mortē. Spreuisti diuitias amore Christi, in ipso veros iueni-  
 es thesauros, reiecisti falsos honores, in hoc lōge eris hono-  
 rator, neglexisti parentū affectus, hoc indulgētius fouebit  
 te pater verus, qui est in cœlis, pro nihilo habuisti mūdānā  
 sapientiā, in Christo lōge verius sapiēs, ac fœlicius, asperna-  
 tus es pestiferas voluptates, in ipso multo alias inuenies de-  
 licias, breuiter vbi arcanas illas, sed veras opes Christi dis-  
 pulsa mūdi caligine videris, oīa quæ prius arridebant, quæ  
 sollicitabant, ea non solū admiraberis, sed perinde vt pestes  
 quasdā fugies, reijcies, auersaberis. Fit em̄ mirum in modū,

vt simul atq; celestis illa lux, anōs nōs penitus attigerit, protinus noua quædam rerū oīm facies oboriā. Itaq; quæd paulo añ dulce videbat, nūc amarefcit, qd amarū, dulcefcit, qd horrendū, blandit. quod blandiebat, horrefcit, qd splend didū ante, nūc fōdidū, quod potēs, infirmū, qd forme sum, deforme, qd nobile, ignobile, qd opulentū, egenū, qd sublimē, humile, qd lucrū, damnū, quod sapiens, stultū, qd vita, mors, qd expetendū, fugiendū, & contra. Vt repēte mutata rerū specie, nihil minus esse iudices, q̄ id qd esse videbātur.

” Ergo in vno Christo cōpendio, ac vera reperiunt oīa bona,  
 ” quorū inanes ac mēdaces imagines & vmbas, ceu p̄stigias  
 ” mūdus hic ostendit, q̄s miserū mortaliū vulgus tāto animi  
 ” tumultu, tantis dispēdiis, tantis piculis, per fas nefasq; perse  
 ” quit. Quā obsecro beatitudinē cum hoc aīo cōferre queas?  
 ” qui iā liber sit ab errore, liber ab affectibus, securus; semper  
 ” gaudēs ob testimoniū conscientie, nulla de re sollicitus, alt<sup>o</sup>,  
 ” sublimis, ac cœlo p̄ximus, iamq; supra sortē humanā, qui in  
 ” Christo excelsissima petra nixus, oēs huius seculi fucos, tu  
 ” multus, procellas ex alto rideat, negligat, vel potius cōmiser  
 ” retur. Quid aut̄ timeat is, qui ppugnatorē habeat deū, igno  
 ” miniā? At summa est gl̄ia pro Christo ignominia pati, pau  
 ” pertatē? At opū sarcinā lubēs abiicit, quisq; ad Christū pro  
 ” perat, mortē? At ea maxie in votis est, per quā scit sese ad im  
 ” mortalē vitā esse trāsmittendū. Qua de re sit sollicit<sup>o</sup>, cuius  
 ” pater celestis etiā pilos habet anūeratos? Quid aut̄ cupiat  
 ” is, qui in Christo possidet oīa? Quid em̄ non cōmune mem  
 ” bris & capit<sup>o</sup>? Iam vero q̄ta est hoīs non modo foelicitas, ve  
 ” rum etiā dignitas, viuū esse mēbrū sanctissimi corporis ec  
 ” clesie, idē esse cū Christo, eandē carnē, eundē spūm, cōmunē  
 ” cū illo habere patrē in cœlis, Christū habere fratrē, ad cōem  
 ” cū illo hereditatē destinātū esse, breuiter iā non hoīem esse,  
 ” sed deū? Adde his gustū quendā foelicitatis future, quē piæ  
 ” mētes subinde percipiūt. Hæc nimirū viderat, hæc senserat  
 ” propheta, cū ait. Nec auris audiuit, nec oculus vidit, nec in

cor hoīs ascendit, quæ præparasti deus diligētibus te. Pro-  
 inde charīssimi sodales, si dabimus operam, vt vere Christi  
 mēbra simus, iuxta illud propheticū dictū. Iustus vt palma  
 florebit, etiā in hac vita perpetua quadā adoleſcētia verna-  
 bimus, non anīo tantū, verum etiā corpore. Eteñ quemad-  
 modū floridus ille IESV spūs in nostrum spirītū redunda-  
 bit, ita noster vicissim in suū corpus influet, & quoad fieri  
 potest, in sese trāssformabit. Nec poterit tātus animi ac cor-  
 poris nītor vestiū sordes ferre. Nam animus noster habita-  
 culum est dei, animi domicilium est corpus, porro vestiis &  
 ipsa corporis, quodammodo corpus est. Ita fiet, vt capitis pu-  
 ritati totus homo respōdeat, donec peracta hac vita ad im-  
 mortalitatem traducatur.

### EPILOGVS.

¶ Agite igit̃ optimi cōmilitōes, ad hāc tantā foelicitatē summis  
 viribus enitatur, ducē nost̃ IESVM vnū admitemur, quo ma-  
 ius nihil esse potest, imo sine quo nihil ē oīno magnū. Hūc vnū  
 amemus, quo nihil esse melius pōt, imo extra quē nihil est oīno  
 bonū. Hūc imitemur, qui solus est verū & absolutū pietatis exē-  
 plar, extra quē quisqs sapit, desipit. Huic vni inhæreamus, hunc  
 vnū amplectamur, hoc vno fruamur, in quo est vera pax, gau-  
 diū, trāquillitas, uoluptas, uita, immortalitas. Quid multis: summa  
 bonorū est omnīū. Extra hūc nihil suspiciamus, nihil amemus,  
 nihil appetamus, huic vni placere studeam⁹. Meminerimus nos  
 sub illius oculis, & illius angelis testibus, quicqd agimus agere.  
 Zelotypus est, nec ulla mundi sordes patiūt. Quare purā & angeli-  
 cam in illo viuam⁹ uitā, ille sit nobis in corde, in ore, in omni ui-  
 ta. Hūc penitus sapiamus, hūc loquamur, hūc moribus exprima-  
 mus. In illo negotiū, oriū, gaudiū, solatiū, spem, præsidū omne  
 collocemus. Hic a vigilantīū animis nunq̃ discedat, hic dormiē-  
 tib⁹ occurrat. Hūc & literę nostre, & iustus etiā sapiāt, p hūc & in  
 hoc crescamus, donec occurramus in virū pfectum, & gnauiter  
 obira militiā, ppetuū cū illo triumphū agam⁹ in cœlis. Dixi.

Concionis de puero IESV.

F I N I S.

ERASMVS ROTERODAMVS,  
Beato Rhenano Slestadienſi, S. D.

Cum videamus Beate optime illiteratū etiam hominū  
vulgus, xeniolis vltro citroq; miſſitatis, neceſſitudines ſuas  
viciffim alere, non putauī cōuenire, vt in optimarū literarū  
cultoribus, hæc ciuilitatis & officiū pars ceſſare videas  
tur. Præſertim in nobis, quos cōmunis ſtudiorū ardor, tam  
arcta neceſſitudine copulauit, vt arctiore nō poſſit. Nuper  
igitur cum itineris labore delatſatis equis, diæculas aliquot  
apud diuū Audomarum cogerer ſubſidere, ne tempus hoc  
omnino periret ſtudiis, de parando tibi xeniolo cœpi cogi-  
tare, & cōmodum veniebat in mentē, quod grauiter admo-  
net Seneca noſter, Cum primis eſſe diſpiciendū, nō ſolum  
vti munus dignū ſit eo qui mittit, verum etiā aptum ei cui  
mittitur. Sic enim fieri, vt quæ per ſe viliffima ſunt, hoc ipſo  
reddātur preciōſiſſima, quod cōmode fuerit delecta, Quid  
autē magis mitti decuit ab hoīe Theologo, q̄ eximium ali-  
quē floſculum ex vernantiſſimis diuinarū literarum areo-  
lis decerptum? Quid autē magis cōueniebat mitti Beato, q̄  
ipſam vere Beati formulā, diuini ſpiritus penicillo depictā?  
Diuinū plane cognomē, vt quod hoīs naturā ſuperet. Vn-  
de græci poetæ numinibus hoc ceu peculiare tribuere con-  
ſueuerunt μάκαρος eos appellantes. Neq; prorsus in vllum  
mortalē tam eximij cognominis honor cōpetit, niſi qui ſic  
inſitus ſit Chriſto, vt iam veluti tranſfiguratus & vnū cū  
illo factus, quemadmodū in ipſius immortalitatis, ita & in  
tam egregij cognominis cōſortium aſciſci mereatur. Nihil  
enim magis abeſt a veræ beatitudinis appellatione, q̄ iſti,  
quos ſtultiſſimū vulgus beatos appellat. Sic em̄ illis tribuit  
beatitudinē, vt tribuit & diuinitatē, vel turpiter errans, vel  
turpius aſſentans. Toties in myſticis literis iterat hoc beati  
cognomē. Nec tamē vſq; tributū offendimus opulētō, niſi q̄  
monarchis, niſi q̄ Sardanapalis, Lego beatos qui timēt dos



minum, qui ambulat in viis eius. **L**ego beatū, cui nō impu-  
tauit dominus peccatū. **L**ego beatū, qui intelligit super ege-  
num & pauperē. **L**ego beatos immaculatos in via, qui am-  
bulant in lege dñi. **T**ot sunt beatitudinis ordines, & tamen  
istorum ὡς πρὸς τῶν μεταρτέων οὐδ' εἶσ' λόγος, quemadmodū ha-  
bet græcorū prouerbiū. **P**rimus beatus ille, quē dei timor a-  
peccando cohibet. **R**ursum beatus & is, qui prolapsus quī-  
dē est in vitia, sed ita lachrymis cōmissa diluit, vt ei demens  
dñs non imputet, quod admisit. **N**ec non beatus ille, qui  
pietatis & charitatis officiis, vitæ superioris errata pensat;  
**N**ā hunc in die iudicij a malo liberabit dñs. **S**ed beatior est,  
quē diuinæ legis intuitus, ab omni vitiorū inquinamēto  
custodierit immunē. **B**eatissimus autē, quē hoc psalmo de-  
scribit, cui non solum cōtingit nullis inquinari vitiis, sed ita  
iugiter versatus est in præceptis diuinis, vt cū ipse perpetua  
vitæ floreat innocentia, tum aliis exemplo morū, salutaricq;  
doctrina, fructum pulcherrimū afferat. **M**itto igitur te tibi,  
hoc est **Beatū Beato**. **Q**uid enim illud magis quadrabat?  
**P**raesertim cum tu, vt ingeniū nactus es nullis obnoxiiū vi-  
tiis, ita vitam, pariter & famā ab omni vitiorū labe intactā  
tueri studes, tanq; infatigabili studio versaris in optimis li-  
teris, vt **Christo** tuos pulcherrimos conatus bene fortunante,  
& ciuitatule tuæ, iam tot egregiis ingeniis editis nobili,  
non mediocre lumen, ac decus addas, & spes sit fore vt toti  
**Germaniæ** eū aliquādo virum exhibeas, vt intelligant ho-  
mines **Beati** vocabulū tibi non fortuito, sed diuini numinis  
consilio contigisse. **P**roinde xeniolum hoc non solum te cō-  
monefaciet **Erasmi** tui, verum etiā te ipsum tibi proponet.  
**F**axit deus opt. max. vt sicut hactenus studiorum societate  
dulcissime coniuncti fuimus, ita posthac æternæ, verēq; bea-  
titudinis consortio simul frui promereamur. **V**ale amico-  
rum optime. **A**pod diuum **Audomarum**. **A**nno **M.**  
**D.** **XV.** **I**diibus **Aprilibus**.

ENARRATIO PRIMI PSALMI,  
iuxta Tropologiã potissimũ, autore Erasmo  
Roterodamo, sacre Theologię professore.

**Q**UVMadmodũ diuina sapientia plurimum distinet ab humana sapientia, ita longe alius est sermo diuini spiritus, alius humani pectoris. Nihil cœlesti illa facundia fœcũdius, sed opes suas nõ aperit nisi scrutãti, nisi vestiganti, nisi auido. sed ita curioso, vt adoret, vt veneret oĩa. Proinde qui sacros psalmos prophetarũ volet euoluere, meminerit sese, non in Orphei aut Homeri vesari Hymnis, qui prophanã habent religionem, sed in diuini spiritus oraculis, in quibus arcanas sapientiæ suæ diuitias, piis vestigatoribus voluit esse reconditas. Ad hæc igitur mysteria, nõ nisi purgatus accedat oportet, nec purus solũ, verum etiã orationis ceu victima cõmendatus. Purgatissimis sit auribus oportet, qui hac cœlesti musica velit delectari. Vehementer cõmendatus sit necesse est, qui ad has tam abstrusas æterni numinis delicias sit admittendus. Psalmus hic apud hebreos ἀνεπίγραφος habetur, hoc est inscriptiõẽ carẽs, nec cõputatur in catalago cæterorum, iuxta quorundã opinionẽ, sed velut extra ordinẽ adiicitur, vt vnus sit magis quã primus, & tanquã procerij vice cæteris antepositus. Existimat em̃ diuus Augustinus (si modo eius operis initiũ illi tribuendũ est. Nã mihi quidẽ ex alio quospiã, mutilo & acephalo volumini videt assutum) hunc Psalmum sic esse legendũ, vt ipsius dei voce pronuntietur. Proinde prophetã non ausum vllius p̃notare titulũ, ne quid diuino eloquio preponi videret. Nec primũ ausus est facere, qui fortasse primus nõ est, sed eximius. Sunt qui putet superuacaneum esse, primũ vocare eũ, ante quẽ nullus sit alius. At diuus Hiero. indicat hunc psalmũ & proximũ apud Hebreos eundẽ esse, quãdoquidẽ in eo cuius initiũ est. Quare fremunt gentes, in actis apostolicis quãdã citant titulo primi

## ENARRATIO PSALMI

psalmi. Præterea quemadmodū hic cœpit a beatitudine, ita illic desinit in beatitudinē. Beati omnes qui confidūt in eo. Quāq̄ huius ætatis Iudæi hunc, quē & secundū numerāt, separant a superiore, utrūq̄ tamen ἀνεπιγροσος habent. De numero quidē nihil est, q̄d laboremus. Cæterū quod ad titulū attinet, quid de cæteris dicemus psalmis, quorū alij patris, alij filij loquētis personā habēt, & tamen his non est veritus propheta suos addere titulos? Nec hic quicq̄ video, q̄d cogat nos psalmū hūc diuinæ voci tribuere. Nec ita magni refert, dei ipsius voce pronuntiet, an prophetæ, cuius organo deus sit vsus. Diuus Hilarius putat nec ad patris, nec ad filij personā posse referri, idq̄ palā esse putat hoc argumento, quod additū est. Et in lege domini voluntas eius, & in lege eius. Quæ verba nec patri cōgruūt de se loquenti, nec filio. Ac vere quidē hęc Hilarius. Cæterū nihil prohibet, quo minus oīa dicant̄ sub persona patris de filio, quēadmodū interpretat̄ diuus Augustinus, virū accipiēs Christū, qui nec assensus sit Satanæ ad peccatum sollicitanti, quēadmodum terren⁹ ille Adam, nec steterit in via peccatorū, etiā si natus homo in eā descenderit. Nec in cathedra pestilentiæ sederit, contempto huius mūdi regno, sed innocentia viridis, p̄dicatiōe sua peccatores ad pietatē traxerit, tandē morte, & resurrectiōe, & ascensione fructū dederit in tēpore suo, nihil non præstatūrus eorū quæ p̄miserat, ita vt nec foliū vllū defluat verborum illius, cuius beneficio cūcta fœliciter cessura sint piis. Contra impij quoniam non sint innixi solidę petræ, quæ est Christus, dissipabunt̄. Qui Christi exēplo fugerint peccatū, vna cum illo fruent̄ immortalitate. Qui diabolu & vererē Adam secuti, mūdum amplexi fuerint, pœnis æternis addicent̄. Nam hæc ferme summa Augustiniana interpretatiōis. Quāq̄ Hilarius nec ad Christi personā accōmodari posse putat. Nimirū offensus iis, quæ mox sequuntur. Et in lege eius meditabit̄ die ac nocte, cū ipse legis sit auctor. Nec illa putat in Christū quadrare. Et erit tanq̄ lignum q̄d plan

tatū est. Primū, quod absurdū videat, si arbor vlla sit Christo foelicioꝝ. Siquidē excellere videtur id, a quo sumit comparatio, veluti sic dicas de puella. Est instar niuis cādida. Ni mirū summū niuis candorē vis intelligi, Ad hec incongrue dici, erit, de eo, qui fuerit ante æterna tēpora, primogenitus om̄is creature, in quo & per quē creata sint oīa. Atqui cum Christus in euāgelio sese vitē vocat, num periculū est ne vitis hæc vulgata magis frugifera sit Christo? Aut cū sub persona sapientię terebintho, aut palmæ sese cōparat, num metuendū est, ne res hæc Christo videātur anteponi? Non opinor, non p̄fecto magis q̄ vbi lapis, aut agnus dicit, aut leo. Siquidē in arcanis literis contemptissimarū etiā rerū similitudines adhibent, ad explicandā diuinæ naturæ rationē, Cur autē non cōpetat in eum legis diuinæ iugis meditatio, qui solus hoīm in nullo deflexit a mādati dei, & vt homo seruauit legē, quā ipse vt deus condiderat. An nō ipse sic loquitur in euangelio? Et sicut mandatū dedit mihi pater, sic facio: Eiusdem obediētiam vsq; ad mortem, & mortē crucis attestat Paulus. Cur illi veremur ascribere legis meditationem, cui tribuimus obediētiam? Iam illud, erit, nō ad Christi personā aut naturā est referēdum, quæ nunq̄ esse cœpit, sicut nec vnq̄ est desitura, verū ad gloriā resurrectionis, &

» fidelīū adoptionē, quæ vtiq; cœperunt in tēpore. Postremo  
 » cum fideles, veluti mēbra sint, & idē cum Christo, sit vt alii  
 » quoties q̄d membrorū est, ad ip̄m trāsserat. Quod genus est  
 » illud, lōge a salute mea verba delictorū meorū. Rursum q̄d  
 » capitū est propriū, membrīs cōmunicet, velut illud, Ego dixi  
 » xi dii estis, & filij excelsi oēs. Proinde non ita magni refert,  
 hæc ad Christū, in quo continētur oēs p̄ij, an ad illius membra referant. Atq; hæc dixerim, nō quo sententiā Hilarij refellā, sed vt diuersam secutos interpretationē excusem. Nobis tamen tropologicā enarrationē in hoc psalmo potissimū visum est sequi, vel quod ea molli⁹ quadret, vel quod magis conducat ad vitæ correctionē, quam præcipue spectamus.

## ENARRATIO PSALMI

Nam frigidū est quod Iudei psalmū hūc ad Iosse regis personā torquent, qui solus prophanorū regum non abierit in consiliū impiorū, sed secur⁹ sit legē dei, frigidius etiā q̄ Terullianus ad Ioseph referendū putat, qui corpus Iesu sepeliuit, aut ad eos qui ad spectacula gentiū nō concurrunt, iam opere preciiū est videre, breuissimus licet psalmus, q̄ absolutum, q̄ ingens argumentū complectat̄. Magno statim p̄mio, nempe beatitudinis, puocat mortales vniuersos, vt a vitiis desciscant, ad innocētīæ studiū se conferāt, sed obseruatione legis diuinæ renouētur & reflorescāt in Christo, cui iam inſitis sint per baptismū. Deinde quo piorū fors fiat illustrior, impiorū longe diuersam cōditionē apponit, etiā in hac vita mortali. Deniq; in supremo illo iudicio, quæ foelicitas maneat pios, quę pœna impios, aperit. Nunc ad ipsa prophetae verba, p̄ viribus exponēda accingemur. **BEATVS VIR,**

” haud potuit foeliciore auspiciari omine q̄ beatitudinis, quā  
 ” nemo non expetit mortaliū, ad quā oēs ex æquo & conditi  
 ” sumus & aspiramus, Siquidē huc oīm hominū studia ten  
 dunt, vt aliquid sibi parēt in quo animus acquiescat. Et con  
 natus quidē cōmunis oīm. Verū in deligēdo varius illudit  
 error, dum maxima pars falsas bonorū vmbas, & inania si  
 ” mulachra pro veris ac summis bonis amplectitur. Quidē  
 ” aliud quæsitū est olim a tot philosophorū populis, quid tot  
 ” editis libris agebant, nisi vt peruestigarēt, in quo esset hoīs  
 ” sita beatitudo? Cōprobo studiū, laudo conatū quod annisi  
 sunt, q̄d scrutati sunt, & pudet quorundā Christianorū, qui  
 opibus, qui voluptatibus immerſi, qui dominandi libidine  
 ebrij, ne querūt quidē de re tanta. Verū vt horū admiror so  
 cordiā, ita illorū miseret, qui quod tanto studio quæsierunt,  
 non inuenerūt. Et ideo nō inuenerūt, quia defuit vnicus il  
 le verę sapientiæ doctor, Christi spūs. Ingens em̄ olim inter  
 philosophorū familias ardebat digladiatio, quibus in rebus  
 posita esset hoīs foelicitas, atq; alij quidem in ipsa virtute, alij  
 in vsu virtutis, alij in tribus bonorū generib⁹, alij in scientia

alij in indolentia, alij in voluptate constituerunt foelicitatē.  
 Alij alijs in rebus. Nam oēs omniū opiniōes hoc loco recen-  
 sere per longū fuerit, refellere longius. Cūctos tamē a vero  
 aberrasse, vel illud sat argumēti est, qđ nihil inter ipsos con-  
 uenit. Sed multo crassius errat vulgus, cui ne per somnium  
 quidē licuit foelicitatis rationē perspicere, dū hic sordidissis  
 mis opib<sup>9</sup>, ille foedissima voluptate, alius ridēdo vitæ splen-  
 dore, alius anxio miserocq; imperio, in summa alius alijs nu-  
 gis foelicitatē metitur. Cōmiserādū hoc in Ethnicis, quibus  
 hanc sapientiā non impertierat Christus, & non assequebat  
 ratio, non merebat vita. At multo magis deplorandū in ho-  
 rum tēporum Christianis, imo in principibus, qui dei vicē  
 in terris referūt, in Sacerdotib<sup>9</sup>, quos Christus in sortē suā  
 semouit peculiarius, in episcopis, qui Christum ipm nobis  
 representāt, qđ ij quoq; nō in alijs fere rebus beatitudinem  
 cōstituunt, qđ in quibus olim Idioteq; gentiles. Quid em aliud  
 nūc destinamus, quid tumultuamur, quid digladiamur in  
 toto terrarū orbe, nisi vt suæ quisq; tyrānidis proferat pome-  
 rīa, vt census augeat, vt alios suo splendore pmat, vt suauis-  
 ter viuat, & quod libet, idē liceat. Audiant igitur oēs, audia-  
 mus saltē Christiani, expergiscant principes, attendāt epi-  
 scopi, quid nobis de vera beatitudie per os sanctissimi pro-  
 phetæ pnuntiet ille spiritus, qui nihil nescit, qui nihil mēti-  
 tur. Dimicāt inter se philosophi, delirat vulgus, cecutiunt &  
 Christiani, & tamen oēs beatitudinē quandā somniāt. Pro-  
 inde in ipsa statim fronte, doctor ille coelestis ostenso vere  
 beatitudinis scopo, praescriptaq; formula, omneis oīm erro-  
 res cōpendio refecat, ita pnuntiās, in vna pietate vitæq; in-  
 nocētia, foelicitatē hoīs esse positā. Quid em est illud, quod  
 vere trāquillat animū, nisi summum bonū? Quid autem est  
 aliud summū bonū, immo quid aliud oīno bonū est, nisi de-  
 us ipse? Ad cuius imaginē quoniā sculptus est hoīs animus,  
 nō alia re potest expleri, qđ ipso. Congere q̄tum vis opū, vin-  
 ce Croesos, supera Crassos, aliquid desyderabit anūs tuus.

## ENARRATIO PSALMI

» Immerge te voluptatibus, obunge delitiis, vince Sardana  
 » palos, supera Epicurum, aliud quiddā adhuc flagitabit ani  
 » mus. Quantūuis profer imperij metas, vt vel vnīuerfum or  
 » bem subegeris, aliū quēret orbis, quē superes. In ceteris o  
 » mnibus, aut nō assequimur quātum volumus, quā imēnsa sint  
 » cupiditates, aut poenitet assecutos, adunasse quod erat fugien  
 » dū. Vnicū est margaritum, vnum bonū, in quo humanus ac  
 » quiescit animus, cuius dulcedinē qui semel gustarit, degu  
 » statur em̄ & in hac vita, etiāsi non ad plenū, is protinus oīa  
 » ista fastidit, quē miserū vulgus tātopere mirat. Verū vt huc  
 » perueniat, id sola pietas praestat, quae nos mire deo copulat,  
 » & ita copulat, vt vnū efficiamur cū illo. Contra, malos im  
 » pietas segregat, & ita segregat, vt a summo bono alienati,  
 » diaboli mēbris aggregent. Quid em̄ boni desyderet is, qui  
 » Christū habet, qui fons est honorū oīm? Aut quo bono frui  
 » queat is, qui sic coniunctus est ei, qui pater est malorū oīm?  
 » Quid te maceras frustra? Quid inani labore conficeris? A  
 » lius suspirat, ac dicit. O me beatū, si praediū illud lite euice  
 » ro. Alius si regionē illam armis mihi subegero. Alius, si sa  
 » cerdotiū illud assecutus fuero. Audis, quod tibi tuus dicat af  
 » fectus, magis audi, quid tibi Christi spīritus. Beatū dixerūt  
 » populū cui haec sunt? Quae nam haec? Nempe praedia, fa  
 » mulicia, regnū, caeteraq; quae mundus vt ingentia bona sus  
 » spicit. Sed qui nam hoc dixerūt? Primū Ethnici, qui deum  
 » nesciebant, ne hi oīes, sed inter hos crassiores, & hoīs in  
 » digni vocabulo. Sed vnde vox eadē auditur inter Christia  
 » nos? vnde rerum earundē studiū acrius prope quā vnquā fuit  
 » Ethnicis, etiā inter clericos, etiā inter monachos? etiā inter  
 » episcopos? Etem̄ dum pro hisce rebus sic armis oīibus dis  
 » gladiamur, sic omnē mouemus lapidem, satis declaramus,  
 » quātum tribuamus vulgaribus comodis. Vnde paganissimus  
 » iste in Christianitate? Aut vn̄ nobis mūdanus iste Christus?  
 » nō de cōelo loquēs, sed de terra. Absit haec vox ab ore Chri  
 » stiano, sed longius absit haec opinio a corde Christiano, vt

hmōi rebus cōstet hoīs beatitudo. Si vere christiani sumus,  
 hoc est si Christi ducimur spiritu, cū illius spiritu sentiam⁹.  
 Beatū esse populū, cuius dñs deus eius. Hoc cuiq; deus est,  
 in quo præcipuā beatitudinis spem reponit. Qui diuitiāz  
 gratia, nihil non & facit, & patitur, huic dñs non est deus,  
 sed māmona. Qui voluptati seruit, huic vēter est deus. Qui  
 imperij causa miscet om̄ia, huic dñs non est deus. Sacrificat  
 suo deo, nempe ambitioni. Proinde hic quoq; Beatus pro-  
 nuntiat, non quibus ista suppetant, quæ vulgus hoīm mi-  
 ratur, sed quibus adest innocētia vitæ, nec abierūt in consi-  
 lio impiorū, ad ista per fas nefasq; grassantium. **BEATVS**  
**VIR** &c. Sed cum virū nominat, nū mulierē a foelicitatis  
 cōsortio sedusit. Minime vero. Nec em̄ in regno cœlorum  
 sexus cōditioe expendit. Et in Christo neq; dominus, neq;  
 seruus est, neq; vir, neq; mulier, neq; pauper, neq; diues, sed  
 noua creatura. Verū in arcanis literis viri symbolo, potior  
 animi pars significari solet, quā philosophi rationē, Paulus  
 spiritū appellat. Rursum mulieris vocabulo, infirmio-  
 mentis nostræ portione indicat, quā affectum illi, nostri car-  
 nem vocant. Nam huc pertinet, q̄ initio conditi orbis, mu-  
 lier viro parere iubetur, & eum sequi ad pietatis officia, cui  
 præierat ad exemplū peccandi. Huc pertinet auctus Abra-  
 ham ex Abram, ac d̄minuta Sara ex Sarai. Item illud euā-  
 gelicū. Vade voca virum tuū. Plane masculū ac virile faci-  
 nus est, spretis, repudiat, calcatis omnibus quæcunq; vel  
 irritant, vel territant, vel blandiūtur in hoc mūdo, per arcā  
 illā virtutis viam ad Christū grassari. Non est hoc mihi cre-  
 de molliū, nec imbelliū. Si te nec opū fulgor, nec voluptatū  
 illecebre, nec amicorū affectus, neq; pudor hūanus, postre-  
 mo neq; gladius, neq; fames, neq; mors, neq; vita, nec ange-  
 lus potest separare a charitate Christi, plane vir es, etiam si  
 mulier es. **BEATVS IGITVR VIR, QVI NON**  
**ABIIT** &c. Dissimilitudine discedimus a deo, similitudi-  
 ne accedimus, affectibus ceu pedibus, vel admouemur illi,



## ENARRATIO PSALMI

vel semouemur ab illo. Hoc nimirū pacto filius ille prodigus digressus a patre, abiit in regionē lōginquā. Sic Adam subduxit se a facie dei. Tum abibat a deo, cū illius præceptū  
 20 oblitus, adhæsit serpēti. Quanc̄ iuxta græcā editionē, non tam abiit habetur, q̄ ambulauit, siue ingressus est. Est enim  
 δουκ̄ ε̄πορεῡθ̄κ̄. **IN CONCILIO IMPIORVM.** Tria sunt hoc annotādo loco. Impius, peccator, & pestilens, quorum primus ambulat, alter stat, tertius sedet in cathedra. Cum iuxta cōmunem morē, in consilio sedeamus potius q̄ ambulemus, & in via ambulemus magis quā stem⁹. Porro cathedra quietē habere solet, nō pestilentia. Impietas in deū  
 20 cōmittitur, peccatur in quoscūq̄. Quisquis igit̄ impius est, 20 idem peccator sit oportet. At non cōtra. Nam fieri potest vt  
 20 qui parentē obseruet, ebriosus sit aut prodigus, & crimine 20 nō careat, qui tamē careat impietate, vt Hilarij verbis vtar.  
 20 Is ip̄os vocari putat, qui perperā de deo sentiunt, veluti qui 20 negāt esse deū, qui negāt hunc mundū ab illo conditū, qui  
 20 beneficū negāt ac iustum. Atq; hoc qui sentiunt, a naturali 20 quoq; iudicio abierūt in consilio impiorū, cum cōmunis natura sensus doceat, numē esse quod ista tā mirifice condiderit, quod tam sapienter gubernet. Hi quoniā non habēt in quo consistāt, sed variis opinionū erroribus huc, illucq; circumferunt̄, apte dicūtur non stare, sed ambulare. Ac prima quidē pietatis pars est, de deo sentire quæ deo sunt digna. Id autē fidei donū nobis præstat, quæ ianua vocat̄ ad Christum. Hac iuxta Paulū stamus, & stamus in solida illa petra, quæ est Christus, cū impij diuersis erroribus, vt animi somniis circūagant̄, aliquoties & inter se pugnātia dicētes.  
 20 Et conciliū quidem habent, sed ambulat̄ in eo, non sedetur. 20 Neq; vero minus quadrat impij vocabulum in istos, qui in hæresim prolapsi, nullis diuinæ scripturæ decretis cōtinentur, sed variis animi somniis nunc huc ferunt̄, nunc illuc ac deū non ex ipsius natura, nec ex arcanarū testimoniō literarum, sed ex arbitrio suo metiunt̄. In hoc nimirū concilio ob

errarunt gnostici, qui deū fecerunt eiusdē substantiā, cuius  
 sunt animæ nostrę. In hoc obambularūt Arriani, qui patrē  
 & filiū, & spiritum sanctū negant *ὁμοουσίους*, hoc est eiusdem  
 essentiæ, sed solum patrē volunt esse creatorē, filium a patre  
 creatū, non genitū. Spiritū vero sanctum creaturā esse crea-  
 turæ, hoc est ab ipso creatū filio. In hoc Valentiniani, qui ne-  
 gant Christo fuisse corpus humanū, sed cœleste, quod e su-  
 pernīs secū attulerit, non de virgine sumpserit. In hoc, qui  
 animā humanā illi detrahūt, qui patre minorē faciunt, qui  
 spiritus sancto superiorē. Et quis percenseat omnes sectarū fle-  
 xus & anfractus, in quibus in fœlices variis erroribus va-  
 ganē, dum semel a solida veritate deflexerūt. Quos si vrge-  
 as disputatione, mussant, dissimulant, tergiuersant, tentant  
 elabendi aditū, & Protei in morē, semet in oīa vertūt. fœlix  
 igit, qui semper constitit in Christo, semp adhæsit diuinę scri-  
 pturæ testimoniis, semper ecclesiæ decretis assensus est, nec  
 vnq̄ ambulauit in hoc impiorū cōsilio, a quo Paulus monet  
 esse fugiendū, ne corrūpant mores bonos colloquia praua.  
 Nam de deo q̄ impius sit, vel audire molestū est pio, vel cogi-  
 tare piaculū, tantū abest, vt sit assentiendū, Neq; vero si-  
 ne causa veterib<sup>9</sup> illis tātopere fuit inuisum hæretici cogno-  
 men. Hincem velut e fontibus oīs vitæ pestis nascit. Ex opi-  
 nionibus oēs vitæ scatent actiones. Q; si semel eo ventum  
 fuerit, vt ad meam vitam arcanas accōmodem literas, easq;  
 meis vitiis cogam patrocinari, per quas oportuit emendari  
 quæ iam spes superest, ad meliorē mentē redeundi. Aut qd̄  
 superest pharmacū, si quo solo morb<sup>9</sup> pelli poterat, id mihi  
 verto in venenū. Verum haud satis est non dissentire ab ec-  
 clesiæ decretis, hoc est non sufficit recta fides, nisi vita fide  
 digna accesserit. Alioqui dæmones quoq; credūt, & contres-  
 miscunt. Proinde quod proximū erat subiicit. **ET IN VIA  
 PECCATORVM NON STETIT.** Quam multi sunt  
 hodie Christiani qui malint & ceruicē porrigere, q̄ ad here-  
 tiorū dogmata desciscere. At iidem Māmone seruiūt, frau-

## ENARRATIO PSALMI

dant, fallūt, peierant, rapiunt. Cœno voluptatū immergun-  
 tur. Ambitiōe præcipites in oīa facinora rapiunt. Laudans  
 22 di sunt hi, quod ab impiorū declin arūt concilio, at iidē des-  
 22 plorandi, quod in viā peccatorū non steterint solum, verum  
 22 etiā iacuerint. Stat qui cōmorat, iacet qui sic vitis illigatus  
 22 est, vt Christo sit opus qui soluat paralyticū. Annota lector  
 sermonis proprietatē. In concilio impiorū nec ambulandū,  
 quod impij de deo sermones nec audiēdi sunt. Statim expur-  
 endū, statim abominandū, quod impietatem sapit. At in viā  
 peccatorū satis est ad beatitudinē, non stetisse. Quādoquī-  
 dem in hanc velimus nolimus, aliquando veniendum est. In  
 hanc nos pene detrudit instīctus naturæ, ex Adę peccato  
 relictus in nobis. Sentit & Paulus legem peccati in mēbris  
 suis, repugnantē legi mentis, sic vt exclamare cogat. Infes-  
 lix ego homo, q̄s me liberabit de corpore mortis hoc? Quid  
 de nobis homūtionibus fieri credendum est? Sed q̄s in hanc  
 viā impellit naturæ infirmitas, eos cito referat religio. Solli-  
 citat aīm tuū morb<sup>o</sup> auaritiæ, cogita pauperē Christū. Solli-  
 citat carnīs illecebrę, cogita Christū crucifixū. Sollicitat  
 ambitio, cogita Christum abiectū & contēptum, ac vermē  
 potius q̄ hoīem. Ita fiet vt non solū non corrūparis peccato-  
 rum contagio, verum etiā naturæ malū tibi vertas in lucrū  
 22 bonæ mentis. Tantū ne te ipm in hanc viā præcipites, tantū  
 22 ne cōmoreris. In viā mandatorū dei currendū est, in viā pec-  
 22 catorū adeo non progrediendū, vt ne standū quidē. Matus  
 22 re recurrentū, statim referēdus pes, & illidendū ad petrā Ba-  
 22 bylonis filij, dum adhuc pusilli sunt. Annotandum & illud,  
 quod stare dicit, qui cōscius sibi, non se tamē submittit deo  
 quē offendit, sed erectus & elatus resistit diuinæ clemētiæ.  
 Et vos quidē, inquit Paulus, elati estis, ac nō magis luxistis  
 Ergo orthodoxus es, non abiisti in cōsilio impiorū, integre  
 viuis, & præstas innocentē, hoc est non stetisti in viā pecca-  
 torū. Iam & pfessione Christianus es, & morib<sup>o</sup>. Quid igitur  
 adhuc superest? Nempe tertū illud ne sedas in cathedra

pestilentia. Videtur admonere propheta Christianos deo militantes, ne se implicent negotiis secularibus. Atque hinc integris etiam viris periculum. Videas pie sentientes de deo. Videas abhorrentes a turpitudine, quos tamen pudet esse priuatos, pudet humiles haberi, cum hic tutissima sit innocentia. Affectant aut certe accipiunt magistratus, amplectuntur preesturas, ambiunt quoque nonnunquam episcopi munus. Quid igitur inquiet aliquis? Tu munerum huiusmodi publicam functionem danas? An non omnis potestas a deo est? Nonne bonum est, quicquid a bono proficiscitur? Cur autem cathedra pestilentiae dicitur, in qua sedit Moses, in qua Petrus, in qua hodie quoque sedent episcopi? Non danatur cathedra, sed sessio. Pestilentia morbus est, qui secreto contagio facile serpit in omnes. Habet omnis publica functio, praesertim cum dignitate coniuncta, suam pestem, nisi caueris. Ad quam si malis artibus fuerit penetratum, ut vulgo fere fit, iam his pestilens incipit esse. Quisquis enim affectat magistratum, is indignus est magistratu, & inutilis reipublicae. Inuitus trahatur ad cathedram oportet, quem illa suo contagio non inficiat. Corrupti integros etiam animos ambitio, & loci strepitus, ac bonas quoque mentes secularium negotiorum procellae, transversum rapiunt, & ab honesto deducunt. Vnde Socrates inter Ethnicos optimus, censuit non esse sapientis in publicis reipublicae, muneribus versari. Accipimus & praesicos illos, ac vere Christianos viros mirum in modum ab ecclesiasticis etiam functionibus abhorruisse. Insuper erant illaqueandi, qui ad diaconi gradum pertraherentur. Iniectionis manibus, obtorto collo compellendi erant ad episcopalis honorem muneris, qui videbantur eo digni munere. Audimus & hodie pios homines, si quando ad huiusmodi cathedras pertracti fuerint, deplorare sortem suam, odisse quod congrunt esse, desiderare tranquillum illud ac felix otium, in quo sibi, Christo quoque vivebant. Quod si ipsa cathedra, suum habet contagium, etiam si quis integer accesserit, quid mirum idem accidere, cum ad eam vi, pecunia, caeterisque malis artibus penetratur, & penetratur a

## ENARRATIO PSALMI

stultis, ab improbis, a male educatis, a vacuis om̄i virtute,  
 infectis omni vitiorū genere? Et tamen videmus hodie pas-  
 sim episcopos non solū ambire cathedras ecclesiasticas, ver-  
 rum etiā regum & Satraparū vicē in se recipere, pro ditiōe  
 tyrannica, pro vectigalibus, pro prædiis oīa cede ac sanguis-  
 ne miscere, & reuerendos in Christo patres, nihil aliud per  
 omnē vitam agere. Non istis pestilens est cathedra: qui pes-  
 tilentiā ad cathedrā secū attulerunt. Nisi q̄ conduplicatur  
 pestis, quoties stulti homis improbitas, autoritate muneris  
 ornat. Sedit in hac cathedra Pilatus, iudex alioqui incorruptus,  
 & tamē quia metuīt Cæsarē, infectus est cathedra pes-  
 tilentiæ. Sederūt scribæ & pharisei, legis præcepta tenētes,  
 verū ob auaritiā & ambitioem sibi gerentes magistratū,  
 non populo. Sederat in hac cathedra Samuel cōplures an-  
 nos, & tamē alienus fuit a contagio. Sed vnus, sed educatus  
 a puero in templo dei. Q̄ si quē hac offendit interpretatio,  
 diuo Hilario, non mihi succenseat. Quanc̄ vt fateor illius  
 interpretamentū esse verissimū, ita haud reticendum, illud  
 magis ad illorum, q̄ ad nostrorū temporū rationem pertine-  
 re. Nam tum quidē vti hoīes ipsi, ita & negotia gentiliū &  
 Christianorum erant confusa, vt difficillimū fuerit, simul &  
 Christianū tueri innocentia, & publico satisfacere munerī.  
 Quanc̄ hodie quoq; sic corrupti sunt mores Christianorū,  
 & maxie principū, vt prope difficilius sic hac tēpestate inte-  
 grum præfectū, aut pium episcopū agere, q̄ olim fuerit. Sed  
 dixerit aliquis: Quorsum ista tendunt, an vt vacent oēs epi-  
 scoporū sedes? Quandoquidē bono periculū est, ne pestilen-  
 tia affletur, malus pestilentiam pestilentia duplicaturus est.  
 Quasi vero metuēdū sit, ne cuiq; cathedræ suus desit sessor.  
 cum videamus passim, tā multos inter se de singulis diglas-  
 diari. volo sessorē, non occupatorē. volo qui coactus acces-  
 dat. volo qui probatus & exploratus adeat. Volo sobrium  
 & vigilantē, ac cæteris insignē dotibus, quas Paulus cōme-  
 morat. Nolo malū qui pestē adfert secū, Nolo mediocrem,

ne per occasionē inficiatur. Atq; hi fortasse ne sedent quidē  
 in cathedra. Sedent ij, qui sibi gerunt honorē, qui in his bonis  
 anio conquiescūt. Non sedet autē qui sic existimat, ones  
 raturum esse sese non honoratū, & loci sollicitudinē sentit, dis  
 gnitatē non sentit, aut odit etiā. Quæ etiā si consequitur, ta  
 mē habet eam tanq̄ non habēs, & suspectū habet, quod am  
 plectunt alij. Q; si quibus non probat hęc subtilis vecum  
 distinctio, is sic accipiat. treis gradus a propheta notatos, p  
 quos ad extremā impietatē deueniat. Primū abitur in cons  
 cilio impiorū, idq; fit, quoties impiis demonū instinctibus  
 paulatim assentit animus, aut cum improborū hoīm con  
 uictu & cōsuetudine, sensim ab innocētis vitæ studio labas  
 scit. Nec em̄ perinde inficit corpora vicina pestis agrotans  
 tiū, vt oratio flagitiosorū corrumpit familiares. Sed lōgius  
 a salute seiungit, quisquis in viā peccatorū stare iam assue  
 uerit, & diutius immoratus vitiis callū duxerit. Porro lon  
 gissime absunt a spe beatitudinis, qui sederint etiā in cathe  
 dra pestilentia, iamq; victa prorsus & obruta conscientia,  
 ex turpibus factis laudē etiā sibi quærunt, inq; summis ma  
 lis, perinde vt summis bonis acquiescūt, atq; vndiq; conta  
 minata vita, pestilētibus exēplis, pestilenti oratione, proxie  
 mum quēq; veluti cōtagio morbi inficiūt. Hi nimirū sunt,  
 quos adeo non pudet impia vitæ, vt glorient in malitia po  
 tentes iniquitate. Deniq; eo demētē redigunt in foelices, vt  
 non vereant irridere diuinās literas, vt a quibus intelligant  
 oēm vitam suā *ἀὶς διαπασῶν* abesse. Non vereant picq; hoīm  
 simplicitatē ludibriis incessere, nec a cōuitiis interim i Chri  
 stū, nec ab impiis & hæreticis sermonibus tēperantes. Atq;  
 adhunc quidē sensum probe quadrat, quod indicante Hier  
 ronymo habet Hebraica veritas vbmefab Iehsim, hec est  
 in cathedra delusorum. Iuxta quod & beatus Hieremias  
 gloria se non sedisse in consilio ludentiū. Horum illa vox  
 est. Ascende calue, ascende calue. Et, Si filius dei est descen  
 dat nūc de cruce. Item illa in libris sapiētia, quos aliquādo

ENARRATIO PSALMI

habuimus in derisum, & vitā illorū existimauimus insaniam.  
 Auertat deus a suis cultoribus, vt quisq̄ in hoc barathrū de  
 ueniat, vt pro cōfessione criminū iacet se pro lachrymis,  
 quibus erāt abluenda cōmissa, insanissimo risu fruatur. Etiāsi  
 id quoq; nō raro videre cogimur. Abire igit̄ in concilio im  
 piorū, humanā est infirmitatis, stare in via peccatorū, cor  
 ruptā volūtatis, sedere in cathedra derisorū, deploratā ma  
 litia, & imedicabilis cuiusdā prauitatis. Nec abhorret ad  
 modū ab hoc sensu, q̄d attigit Augustinus, aut quisquis is  
 alius fuit. In cathedra pestilētia sedere, qui loci abutētes au  
 thoritate, perniciosa doctrina corrūpunt aīos simplicium.  
 Nā quā maior pestis accidere potest Christianā religioni,  
 q̄ si doctrina sua a Christo auocent, qui Christianā religio  
 nis magisterium profitent̄. Quid enim spei de populo, si sal  
 ipse fuerit insipidus? An nō hoc faciūt sacerdotes quidam,  
 qui superstitionem plebeculam Cerimonis inuoluūt, vt his  
 freti, veluti nare ducant, nec vnq̄ ad veram Christi doctri  
 nam adolescāt, semper infantes, semper imbecilles in Chris  
 20 sto. An nō id faciunt, qui suo studentes emolumento, suā tu  
 20 entes tyrānidem, diuinas literas suis affectibus seruire cog  
 20 gunt. Qui cōstitutionibus irretiunt & onerāt populum, nō  
 20 quā Christum sapiant, non quā publicā spectent vtilitatē,  
 20 sed merā φιλαυτίαν. An nō videmus quotidie ad huiusmo  
 20 di cōstitutōes, pios & verecundos ingemiscere, infirmos of  
 20 fendi, simplices decipi. Nam est & illud obiter admonens  
 20 dum, pestilētiā nō solum referri ad corruptū sessorem, qui  
 p occasionē negotiorū fit deterior, verum multo magis ad  
 eos ad quos pestilentis episcopi, seu principis serpit conta  
 gium. Omne vitium suum habet cōtagionem, verū impietas  
 non alia via neq; perniciosius, neq; celerius, neq; latius ser  
 pit in multitudinē, q̄ per stultos & malos principes & epi  
 scopos. Ille demū pessimus sit oportet, qui cū plurimum pro  
 desse possit, si bonus sit, summo cōm malo, malus est. Tantū  
 autē est in his, de malis loquor, ambitionis, tantū auaritia,

tantum stultitiæ, tantū impietatis, vt qui magistri pietatis esse debuerāt, apud hos pene sit hæreticus, qui pure studeat esse Christianus. Abit igitur in consilio impiorū, qui mala cogitat, stat in via peccatorū, qui mala facit, sedet in cathedra pestilentia, qui mala docet. Neq; desunt qui sic distinguāt, vt primū gradum referāt ad Iudæos, secundū ad gentiles, tertium ad hæreticos, quæ quidē postrema interpretatio mihi videtur affectatior q̄ verior. Sed illud interim mouere poterit quēpiam, cum iuxta Paulū concluderit deus omnia peccato, nec quisq; mundus sit a crimine, nec infans modo natus, in quē alium competet hæc claus, nisi in vnum Christum: aut certe pauculos alios, quos a cōmuni mortaliū sorte recentior eximit theologia: Proinde quosdā arbitror adductos, vt hunc sermonē ad Christi personam accommodare maluerint. Verū vt ipse Christus a vitis oibus fuit immunis, ita præstat in se renatis, ne peccēt. Quatenus ex Adā sumus propagati, peccamus oēs, quatenus in Christo renati per baptismū, nō peccamus. Et ideo non peccat Christus, quia patrē refert nō peccantē. Ideo peccabāt olim oēs, quia parentē reddebāt peccatorē Adā. Per naturā nascimur ad vitia p̄pensi, per fidē renascimur ex deo, & noua creatura facti, nouū parentē referimus. Nā quēadmodū scripsit Ioānes, qui ex deo est, non peccat, de peccato loquor, q̄d mortē adducit. Alioq; qui capitale cōmittit flagitiū, is iam excidit ab adoptionis honore, & excidit a Christi corpore, insitus est corpori Saranæ. Ergo non peccat ille beatus, sed ex quo renatus est in Christo. Ab hoc tpe illū perpēdit cēsura p̄phetica. **SED IN LEGE DOMINI VOLVNTAS EIVS.** Ostēdit quid sit fugiendū, indicauit periculū, demonstraui p̄cipitiū, nisi statī a primo lapsu pedē referri studuerim. Siquidē vt prima, ita & magna pietatis pars est, vitasse impietate, atq; haud scio an hic hoi multo acerrima cōflicatio. Primus gradus est vitasse malū, secundus accingi ad bene agendū. Quādoquidē hoc p̄stat in oētia, ne qd peccemus, hoc iubet charitas, vt



## ENARRATIO PSALMI

oibus beneficiamus. Hoc docet lōganimitas, vt malos tole-  
 remus. Atq; in his tribus rebus absoluit Christianę perfe-  
 ctionis circulus. Nihil aliud est Christiana sapiētia, q̄ vera  
 pietas, Initiū autē sapiētiaē est timor dñi. Porro timor coer-  
 cet quidē a peccando, verū nō in hoc sita est absoluta pietas.  
 Multū p̄fecit, quē poenę metus docuit inocētā. Verū vt per-  
 fectus sis ac beatus, charitas accedat oportet, quæ foras pel-  
 lat timorē. Parū est odisse Satanā cum suis vitiis, nisi Chris-  
 tum amare cōperis cū suis virtutibus. At amoris certissi-  
 mum est argumentū, legis obseruatio. Sic em̄ ipse loquitur  
 in euāgelio. Si diligitis me, mādata mea seruate. In lege igi-  
 tur dñi voluntas eius. Non in opibus, nō in imperiis, nō in  
 voluptatibus, nō in cæteris, quæ miserū vulgus sine fine se-  
 ctatur, sed in lege dñi voluntas huius beati. legem autē vos-  
 cat vniuersam scripturā diuinā, cuius ardens studiū potissi-  
 mum præstat, vt a peccando tēperemus. Vis non amare car-  
 nis vitia? ama literarū studia, sacrarū inq̄ literarū. Nam lras  
 alienas a Christo, quis appellet literas? Hoc est vnicū, ac tu-  
 tissimū aduersus oēs dæmonū assultus munimentū, si quis  
 in his totus & sincero verset anīo. In hac volūtas iusti quo-  
 ties spretis ac reiectis cæteris oibus, vnicum hoc margaritū  
 mirat, ac deamat, iuxta illud euāgelicū. Vbi thesaurus tuus,  
 ibi & cor tuū. & qd̄ alibi legimus de eodē. In mādatis eius  
 volet nimis. Sic natura cōditus est hoīs anīus, aliquid amet  
 necesse est vacare non potest. Cæterū cuiusmodi sunt quæ  
 amat, eiusmodi & ipse efficit. Si diuinas amat literas, rapit,  
 afficit, transfiguratur in deū. Porro cum ait, volūtas, exclusit  
 metū, & indicat adesse charitatem, quæ facit vt nihil iam sit  
 difficile, nihil molestum. In primis illis gradibus timor erat,  
 periculū erat, certamē erat. Hic audis volentē, audis alacrē  
 ad currendā viā mādatorū. Nō em̄ istorū volūtas in lege est,  
 q̄ quod ait Flaccus, Odere peccare formidie fustis. Qui iam  
 odit vitia, non horum comes sit inſœlicitas, sed quod dissis-  
 deant ab illo pulcherrimo honesti archetypo, cuius amore

iam rapit, eius voluntas est in lege dñi. Lex dei spiritalis est. Porro vbi spiritus dñi, ibi libertas. Hæc est vnica lex Christi, nempe charitatis, hoc est inquit, mādatum meū, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Infinitæ sunt Moysi leges de ritu sacrificiorū, de cibis mūdīs & immūdīs, de lepra, de vestitu, de festis diebus ac prophanis, de ieiuniis, de votis. Innumeræ sunt philosophorum, & aliorū principū leges. Ego inquit, non nisi vnā fero legē, vt diligatis inuicē. Hanc vnā si seruetis, nihil opus fuerit aliis legibus, hæc vna si negligatur, frustra leges legibus cumulabitis. Nec simpliciter dixit in lege, sed in lege dñi, non in legibus principū, in quibus multū est falsitatis admixtū, plurimū adulationis, quæ mūdā danā dumtaxat habent prudentiā, quæ diuitē aut splendorem dum fortasse facere possunt, beatū nō possunt. Denique quæ velut remedia, vel pro tēporum habitu, vel pro principum arbitrio subinde mutant. Non in his voluntas eius, qui quærit æterna, qui sitit coelestia. Vna lex dñi immaculata, sapientiam præstās paruulis. Hoīm leges etiā si iustæ sunt, tamen quoniā crassi vulgi moribus cohibendis adhibent, non possunt nō aliquid habere crassum, ac sordidū, si ad dominicā legē conferant. Qui de terra sunt, terrena loquuntur, qui de cœlo venit, huius coelestis est lex. Vt ille pro tēpore sint necessaria, certe hæc sola beatū reddit. Ausim & illud addere, huius beati voluntatē non esse in quodlibetis, & argutiis sophisticorū theologorū, non in quæstionū labyrinthis, quæ pariunt contentionē, nihil vtilis ad pietatē, non in decretis, aut cōstitutionibus pontificū hoīm. Non quæ eas contēnat pius, maxime si Christianū, & apostolicū respiciant spūm, si ab vna illa charitatis lege profectas appareat, quæ non alio spectant, q̄ ad publicā vtilitatē. Atq; hanc vtilitatem non harum rerū accessiōe, quas vulgus mirat, metitur, sed verę pietatis incrementō. Ceterū vbi constitutiōes huiusmodi p̄ter titulos, nihil habēt apostolicum, sed totæ pertinet ad priuatū cōmodū, vel parandū, vel tuendū, vel augendū, vbi nihil respicit

## ENARRATIO PSALMI

præter mūdānā quandā prudentiā, quā in ethnicis etiā tyrā  
 nis cernimus, vbi meris minis ac terriculis, nō spiritu leni  
 tatis & māfuetudinis res agit, quid aliud efficit his sine fine  
 multiplicandis, q̄ vt pluribus laqueis irretiat libertas Chri  
 stiana? Postremo ad id periculi tendit, ne iuxta grēcā paroes  
 miā, plus æquo tensus funiculus rūpat. Huc igit̄ potissimū  
 admittant boni pontifices, vt illa vera charitas suscitetur in  
 mentibus hoīm, vt vigeat illa lex nō hominū, sed domini. Si  
 flagrarit diuina charitas, quorsum opus tot minis, tot vno  
 culis, tot cōstitutionibus? Sin ea friget, nec syncerū est, nec  
 diuturnū, quod metus extorquet. Quid non factū est a pri  
 scis illis tyrannis? Quæ non leges in hoc excogitatae, vt op  
 presso populo suam cōmunirēt potentiā? Nulli horū impes  
 ritū diuturnū fuit. Si tractabiles sunt qbus imperas, pauciss  
 mæ leges sat erūt, reliqua ad charitatis regulā exigent. Sin  
 immorigeri, nihil inutili q̄ plures iduci leges, quas vtcūq̄  
 institutas, malorū pueritas fere semp in magnū reip. malū  
 cōsuevit vertere, vt est ad male agendū ingeniosa mortali  
 tas. Si quid noui constituendū, eiusmodi leges ferāt princip  
 pes Christiani, nō ad quas suspirent piæ mentes, mullent t̄  
 mīdi, maledicant improbi, sed in quibus Christū illum mani  
 fuetissimū, & quouis potius q̄ ad suam spectantē cōmodita  
 tem, possimus agnoscere. Non est plebis de principū decre  
 tis temere iudicare, fateor. sed vicissim principū est in con  
 dendis legibus meminisse, cæteris quoq̄ mortalib⁹ sensum  
 esse cōmunē, & hoies esse qui lecturi sunt, non pecudes. Po  
 stremo liberos esse nō seruos. Vt nihil horū. contingat, tamē  
 optandū est, vt vnica lex sit, quemadmodū vnus est dñs, &  
 vna fides. Ea dictabit quid in omī re sit agendū, nusq̄ enim  
 cessat charitas. Alias nō aspernabit, sed in hac vna voluntas  
 beati. Mouet quosdā, cur hoc de beato dictum sit, Et in lege  
 dñi, cum iusto nō sit lex posita, & iuxta Paulū, qui per Chri  
 stum adepti sunt adoptionē filiorū dei, iā sub lege non sint,  
 sed sub grā. Verū aliud est sub lege esse, aliud in lege, Iudēi

sub lege erant, qui legis præceptis veluti cancellis quibus-  
 dam coercebant, & ceu pædagogico seruiiebant, non sponte,  
 sed metu. Christiani in lege versant, qui sponte secundum le-  
 gem viuunt, non cogente supplicio, sed inuitante charitate.  
 Sub lege sunt serui, in lege liberi, Iudæi qui triticeos portant  
 panes, nihil habentes præter inspidam literam, legis onere  
 grauant. Nos qui spiritum tenemus legis, exonerati & ala-  
 cres, non ducimur, sed currimus, quemadmodum alibi dicit  
 propheta. Viam madorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor  
 meum. Superstitio literæ contrahit animum, spiritus & charitas  
 dilatat. Qui literæ seruit, ad omnia trepidat, non audet vesci  
 cibis communibus. At spiritalis. Omnia inquit munda, mundis.  
 & rursus, Omnia mihi licet, sed non omnia expediunt. Item omnia  
 factus sum omnibus, ut omnes lucrifacerem. Vide quæso quanta  
 sit amplitudo spiritus. Bona igitur profectus pars est, vehementer  
 velle id, quod cupis assequi. At qui non satis est velle, sed accedat  
 oportet meditatio, ut ad diuinæ legis regulam, mores ac  
 vitam coneris accomodare. Nam id demum significat latinis me-  
 ditari, non animo voluere, sed exercere, reque ipsa præparari. Qui  
 quicquid diciturus est, quicquid acturus, ad charitatis præscriptum  
 dicit ac facit. Is vere legem domini meditat, idque die ac nocte, hoc  
 est in prosperis pariter atque aduersis. In prosperis ne insolescas,  
 sed magis gratias agas, in aduersis ne deiciaris animo. Ad  
 utrauis enim fortunam vna lex abunde presidio est. Nisi manus  
 accipere die ac nocte, pro eo quod est assidue, citraque intermissi-  
 onem. Etenim si omnis vitæ ratio ad diuinæ legis scopum dirigatur,  
 quicquid agemus, siue edemus, siue bibemus, siue dormie-  
 mus, legis erit meditatio. Quemadmodum & iuxta Pauli  
 præceptum, indefinenter orat, cuius omnis vita tedit in Christum.  
 Non est igitur beatus, qui varius, & sui dissimilis, aliquando  
 spectat mundum, aliquando non nihil tribuit Christo. Nec ocio-  
 sam arbitror legis repetitionem, cum sit vna eademque. In lege  
 domini, & in lege eius. Ut intelligas ab vna hac petenda esse omnia,  
 quæcumque ad beate viuendum pertinent. Si quid hesitabis, ab ea

## ENARRATIO PSALMI

quærendū consiliū. Si fortuna fauier, ab ea petēdum auxiliū, si quid uoles discere, nō alio confugiendū. Deniq; quies  
 quid cōmoditatū reliqui ex rebus tam multis aucupant, id  
 sola sacrarū meditatio literarū, affatim ac vere præstat. Iam  
 & illud mihi perpende lector. Num sit ociose dictū, in lege  
 voluntas eius. Si quidē eius volūtas non est in lege, qui cor  
 git legem uelle, quod ipse uolebat, sed qui non aliud uult, q̄  
 ipsa dicit lex. Proinde obiter ferit istos quosdam illotis per  
 dibus ac manibus theologos, qui scripturā diuinā reluctan  
 tem & inuitā, uolentis interpretationibus ad suā applicant  
 voluntatē, eamq; pro lydia, q̄d aiunt, habent regula. Nā huius  
 iuscemodī doctoribus mos, primū apud se statuere quid ue  
 lint, idq; ex affectu suo metiētes, qd expediat. Deinde postq̄  
 decreuerint, uenant aliquid scripturæ locū, quē uel obtorto,  
 quod dici solet, collo, ad suū pertrahant decretū. At æquum  
 erat, ut nostri affectus diuinæ legi obseruaret, non lex affectu  
 bus. Et ab illa decretū erat petendū, non ea subornanda ad  
 humanæ cupiditatis patrociniū. At qui hoc est oēm diuinæ  
 scripturæ fidē & autoritatē cleuare, si in aliū torqueat sen  
 sum, q̄ oportet. Postremo qd ait, in lege eius meditabit, ad  
 monet nos, non leuiter attingendā diuinā legē. Nam a cura  
 dicuntur græcis μελέται, hoc est meditationes, siue exerci  
 tamēta. Quin potius attentissimo studio penitus incumbē  
 dum. Qui cotidie psalmos nō intellectos remurmurāt, non  
 meditant in lege dñi, sed aerem uerberāt. Qui hoc anio ac  
 cedunt ad arcanas literas, quo se muniāt aduersus friuolas  
 disputatiōes, non meditant in lege dñi. Qui curiosi & an  
 xiis, nec vnq; finiēdis quæstiōibus īsenescūt, non meditantur  
 in lege dñi. Sed qui omissis oibus, uacuis ad ipsos sacrarū  
 scripturarū fontes accedit, tantū illud captans, ut se ipso red  
 datur melior, ut transformet in Christum, ut illius imbibat  
 spūm, hoc vndiq; circūspectans, hoc vnū ubiq; sitiens, is de  
 mū meditat in lege dñi. Itē qui summo legis cortici insisit,  
 non meditat in lege domini. Cortex insipidus est plerūq;

tum adeo nō frugifer, vt pestilens, etiā ac letalis, teste Paulo. Proinde multa ruminatiōe ad medullā penetrandum est, atq; ibi demū inuenies verum animi cibum, cuius esus te in Christi transfiguret imaginē. Hinc est q̄ alio quodā in psalmo beatos legimus, qui scrutāt testimonia dei. Nec em̄ hoc cognemini tribuit ihs, qui legē dei legunt, qui memoria tenent. Nam & Phariseus ille probe tenebat, cū incontanter respōderet. Diliges dominū deū tuum &c. Quin hodie q̄q; Iudei legē suā prope melius tenent ipsis theologis Christianis, & qnq; panes illos ordeaceos famelici circūferunt. Veris demū beatus, q̄ pio scrutinio ad arcanū illud sacri spiritus mysteriū premeruit admitti. Atq; vt magis intelligam⁹ mysticā scripturā fecunditatem, videmur & illud ex hoc loco admoneri. Iugī meditatiōe sic a pueris imbibēdas esse diuinas literas, sic multo vsu, multaq; iteratiōe inculcandas, vt eas memoriter, non secus ac digitos nostros teneamus. Ita collatis hinc & hinc locis, facile sensum verum assequemur. At nūc bonā vitā partē in sophisticis inuētiunculis, in Aristotelis voluminibus, immo in nostris somnijs cōsumimus, ita vt vix vnq̄ sit otium magnis etiā theologis, ex ipsis hauriendi fontibus. Deinde si quid citandū, ad indices & canones currit. Citra triū linguarū peritiā, diuinę literę nullo modo p̄cipi possunt. Citra Physicē, ac Metaphysicē Aristotelicā possunt. At nos id quod est necessariū omittimus, id q̄d officit etiā, solū amplectimur. In fontibus versē oportet, qui velit esse vere theologus. Neq; vero theologiam proficientiū dūtaxat est meditari in lege domini, nisi his solis beati nomē tribuēdum esse putamus. Omnibus qui beati velint esse meditandū est in lege domini. Legāt & idiotę legē domini, quacūq; lingua, legant & Scythę, meditentur in ea pro sua virili. Scrutent̄ pro suo quisq; captu, de hac inter se confabulētur, de hac colloquantur. Qualis vir, talis oratio, immo tales reddimur, qualis est nostra cotidiana confabulatio. Si Christiani sumus, de Christo sit nostra cōfabulatio.

Si nihil nisi de mundo loquimur, mundani simus oportet. At  
 nunc sunt q̄ summope cauēdū putāt, ne quid vulgus attin-  
 gat de literis sacris, in popularē verfis linguā, clamāt eos nis-  
 hil intelligere, prolabi in hereses. Quasi vero ea sit doctrina  
 Christi, vt non nisi a paucis theologis possit intelligi. Immo  
 vt ipso Christo nihil fuit cōmuni⁹, ita doctrina illi⁹ nihil pos-  
 22 populari⁹. Legat arator, erit quo pascat, legat eruditissim⁹, erit  
 23 qd̄ discat. Postremo non tam ingenio q̄ pietate p̄cipiuntur.  
 24 Spiritus eas docet, nō Aristoteles. gratia, non ratio. afflatus  
 25 nō syllogismus. Si mystici sensus cognitio, diuini spūs mu-  
 26 nere cōtingit, quod Paulus p̄phetiā donū appellat, cur ple-  
 27 hem Christianā vniuersam, ab hui⁹ muneris cōsortio sedu-  
 28 dimus? An nō potest Christi spiritus imp̄ire semet ip̄m cui  
 29 velit? Immo in quē potius solet descēdere, q̄ in humilem &  
 30 mansuetū? Non in falsa sciētīe p̄suasione turgidū ac ferocē,  
 31 non in fidentē sophisticis captiunculis, non in Aristotelicis  
 32 ratiunculis inflatū. Christus ipse gr̄as agit patri, q̄ cōlestis  
 33 sapiētīe mysteriū, absconderit a sapiētibus, & reuelarit par-  
 34 uulis. Habet mihi crede, diuinus ille spiritus suū fastidiū, ha-  
 35 bet suas delitias. Nec adduci possum, vt credā eum dignari  
 36 quenq̄ cōmunionē sui, qui tot p̄phanis disciplinis, qui tot  
 37 Aristotelicis syllogismis, qui tot gentiliū philosophorū des-  
 38 cretis, immo qui harū rerum nō cognitiōe, sed falsissima sci-  
 39 entīe p̄suasione freti, irreuerēter ac cōfidēter, ad arcanarū  
 40 literarū adyta accesserit. Verū enimvero, vereor, ne isti qui  
 41 velint populum nihil attingere, non tam periculo cōmoueā-  
 42 tur illorum, q̄ sui respectu, videlicet vt ab istis solū, velut ab  
 43 oraculis petantur omnia. Quid hac de re scriptū est? hoc scri-  
 44 ptum est. Quē habet sensum, quod scriptū est? Sic intellige,  
 45 sic senti, sic loquere. Atqui istuc est Bupalum esse, non ho-  
 46 minē. Fortassis mouet & hoc non nullos, quoniā an̄ aduerso-  
 47 runt diuinā scripturam parum quadrare ad vitā suam, ma-  
 48 lunt eā antiquari, aut certe nesciri, ne qd̄ huic iaciatur in os.  
 Et ad humanas traditiunculas populū auocāt, quas ipsi ad

suã cõmoditatẽ probe cõmentĩ sunt. Quid igitur sic? Au-  
 22 diat populus pios doctores, hoc est episcopos, quoties dabi-  
 23 tur. Vbi non dabit, legẽdo, cõfabulando, qua possunt medi-  
 24 tenẽ in lege domini. Rursum episcopi tales sese ipos reddãt  
 25 iugi diuinã legis meditatiõẽ, vt ex diuinis literis habeãt qd  
 26 respondeant interroganti. **ET ERIT TAN QVAM**  
 27 **LIGNVM.** Huc vsq; recensuit meritum beati viri, nunc  
 ostẽdit præmium. Prius ostẽdit apparatus, nunc ostendit fru-  
 ctum. Vitauit consiliũ impiõrum, non stetit in via peccato-  
 rum, etiam si in spetiẽ amœnissima, spreuit cathedrã pestis  
 lentia, infatigabili cura exercuit sese in lege diuina, nec eã  
 verbo tenus modo tenuit, verum ipsa vitẽ innocẽtia expres-  
 sit. Quod itaq; præmium? Et erit inquit, veluti lignum qd  
 plantatum est secus decursus aquarum. Lignum arborem  
 appellat, ex schemate, quod Synecdochen vocant rheto-  
 res, quomodo & ferrũ pro gladio dicunt, id si ad Christi per-  
 sonã referatur, hunc habebit sensum. Filius dei assumet cor-  
 pus humanum, & e cœlo translatus plantabitur in terra, iux-  
 ta decursus aquarum, non in sitiẽtibus harenis, sed iuxta  
 plenitudinẽ diuini spiritus, & æternã sapiẽtiã. Nam aquas  
 accipi p spiritũ, testat & euãgelicus sermo. Flumina de ve-  
 tre eius fluent aqua viua. Hoc autẽ dixit de spiritu, quem  
 Accepturi erãt credentes in eum. Et iuxta alium psalmũ.  
 Fluminis impetus letificat ciuitatem dei. Non potest esse ar-  
 bor frugifera, neq; perpetuo virore læta, nisi cuius radicem  
 huiusmodi aquarum decursus irriget, ac foecundet. Sunt qui  
 decursus aquarum ad populum referant, quod legimus ali-  
 bi. Aqua multã, populi multi, vel q; semper prolabantur in  
 pronũ, hoc est in vitia, vel quod assidue deuoluãtur in mors-  
 tem. Hos igitur populos ad peccata prodiues, in suam radi-  
 cem traxit Christus, ac traiecit in se, vt erumperẽt in fructũ  
 ecclesiarum fidelium, idq; suo tempore. Nempe cum mors-  
 te sua, deuictis potestatibus & principatibus, tradiderat res-  
 gnum patri, ac per resurrectionem & ascensionem, iam il-



ENARRATIO PSALMI

lustrata gloria Christi, iā misso cœlesti spiritu, qui illos no-  
 uis dotibus armaret aduersus mūdānā tum sapientiam, tū  
 potētiam. Hic erat fructus illius admirandæ arboris, vt tot  
 23 hoīm milia reuocata ab hoc mūdo, per Christū efficerentur si-  
 23 lij dei. Nec vllum huius foliū defluxit, propterea q̄ cœlū &  
 23 terra transibūt, verba aut̄ eius non transibunt, donec oīa fi-  
 23 ant, & secundū Esaiam, Verbū domini manet in æternum,  
 23 Verba regū sæpe defluūt, & omnis homo mēdax, siue q̄ nō  
 perstet in sententiā, siue q̄ aliquoties præstare nō queāt qd  
 promiserūt. At diuina mens nunq̄ mutatur, & cū sit solus  
 oīpotens, nihil tam arduū, qd̄ non facile p̄stet, vbi voluerit.  
 Nec id solū, verū etiam oīa quæcunq̄ dixerit, aut fecerit pro-  
 sperabunt, siue quæadmodū legit Hilarius, bene dirigētur.  
 Nam græce est *κατενοδωθησεται* quasi dicas prospero itinere  
 succedēt, Nihil nō effecit Christus eorū, quæ pmiserat. Mor-  
 tuus est, resurrexit, ascendit, misit paraclētū. Hæc foeliciter  
 successerūt, neq̄ dubitandū, quin cetera quoq̄ sit p̄staturus  
 quæ pollicitus est de supremo iudicio, de premijs piorū, de  
 poenis impiorū. Ac iuxta cōmunē quidē sensum fortassis  
 humiliter videri possit Christū arbori cōparari, cū vulgo stu-  
 pidos hoīes, ac vix hoīes, trūcos & caudices appellemus. Ve-  
 rū in mysticis literis, magna hui⁹ Symboli dignitas. In para-  
 diso collocat̄ omne lignū specie pulchrū, & vsui accōmodū,  
 stat in medio paradisi lignū vitæ, arbor sciētiae boni & ma-  
 li. Huius radix irrigat̄ foelici illo flumine, quod in q̄ttuor  
 amnes dissectū irrigat facie vnīuersę terrę. Multę sunt arbo-  
 23 res aspectu iucūdæ, foetu salutare & vtilis, sed vna est vitæ  
 23 tæ, sita nō post decursus aquarū veluti cæteræ, sed secus de-  
 23 cursus, hoc est iuxta fontē, & caput oīm fluminū cœlestis sa-  
 piētiae. Et quod nā hoc lignū paradisi? Solomō interpretatur  
 æternā sapientiā, quæ est ipse Christus, lignū inqt, est vitæ  
 omnibus amplectētibus eā. Ab hac arbore, virorē ac fructū  
 habēt cæterę quoq̄ oēs. Vidit hanc arbore mysteriorū cons-  
 sciūs, Ioānes in Apocalypsi. Et ostēdit in, gens mihi lumē as

que vite splēdidū, tanq̄ crystallū egrediēs de throno dei &  
 agni, & ī medio plateę eius, & ex vtraq; parte fluminis arbo  
 rē vite, q̄ fecit fructus duodecies, singulis mēsis reddens  
 fructū suū, & folia arboris illius sunt ad sanitatē gentiū, Iux  
 ta literā, qui potest vna arbor, in vtraq; parte fluminis sta  
 re, nisi forte tāta, vt radice vtracq; marginē cōplectat: Verū  
 arbor vna, vnū significat Christū. Vnic<sup>o</sup> est filius, vnica est  
 sapiētia. Multiplex est huius mūdi sapientia, diuina simplis  
 cissima est. Arbor autē vocatus est Christus iuxta mysteriū  
 assumpti corporis humani, cui plātari fuit ex virgine nasci,  
 irrigari, impleri diuina gratia, fructum ferre, gloria resurre  
 ctiois ad imortalitatis spem colligere fideiū multitudinē.  
 Quin & alias diuina sapiētia comparat arbori, nunc cedro  
 in libano, nunc Therebyntho porrigēti ramos suos, nūc pal  
 mæ exaltatę in Cades. E terra nascit oīs arbor, e minimo se  
 mine, ad maximā molē assurgit, amat irriguū, & quod acce  
 pit in radice, reddit in fructu. Multā ex se prabet cōmoditas  
 tem mortalibus. Trūco licet inniti. Aspectus amoenitas pas  
 scit oculos, frondes & rami late passi tēperant æstū, & vmb  
 ram ministrant fessis, fructus alit & saginat. Horū singula  
 pulchre quadrāt in Christū. Quin & in euāgelio ipse se vitē  
 vocat, & patrē agricolam, discipulos palmites. Rursus vbi  
 Iudei calūniarent eū in nomie Beelzebub eijcere dēmonia,  
 semet ipsum arborē vocat. Aut facite inquit, arborē bonā,  
 & fructus eius bonos, aut facite arborē malā, & fructus ei<sup>o</sup>  
 malos. De fructu enim arbor cognoscit, Fatebātur optimū  
 esse fructum eijcere dēmonia, & tamē illud Beelzebub tri  
 buebant, cuius fructus pessimi sint oportet, cū ipse sit pessim  
 us. Iterum crucem baulās, innocentia suā sub arboris ty  
 po demōstrat. Si in viridi inquit ligno hoc faciunt, in arido  
 quid fiet: Lignū aridū, quoniā iā vitis cōputruit, a diuina  
 gratię succo destitutū, nec vmbra gratū, nec aspectu iucun  
 dū, nec fructu cōmodum est, incendio destināt. At Christus  
 lignū fuit nō syluestre, nec quouis loco temere natū, sed plā

## ENARRATIO PSALMI

tatū a patre, a quo iuxta vocē euangelicā, quicquid plantatū  
 nō fuerit eradicabit, & in ignē mittet, & plantatū in paras  
 diso, iuxta fontē vnde deriuāt oīa dona cœlestia. Nec ocio  
 se dictum est, dedit fructū. Cum alias arbores legamus fru  
 ctum facere, nō dare. Non potest arbor bona fructus malos  
 facere. Itē Esaiās, Expectaui vt faceret vvas, & fecit labrus  
 scas. Hęc autē dedit, nō solum produxit. Alijs sui foetus des  
 cidunt, Alijs decutiunt, aut decerpunt. In Christo spōtaneū  
 & dispēfatiōis fuit, nō casus neq; necessitatis, quicquid actū  
 est. Rationalis arbor est, dedit qbus voluit, qmodo voluit,  
 & in tēpore suo, id est in tēpore qd ipse sibi præscriperat. In  
 tēpore suo docuit regnū, suo tēpore & sua spōte teneri, iudi  
 cari, occidi voluit. Suo arbitratu resurrexit, descendit ad in  
 feros, ascēdit in cœlum, misit spiritum sanctū, in quo coalue  
 rūt p vniuersum terrarū orbē tot fidelīū ecclesiæ. Verū excu  
 tiēdum est, q pacto quadret illud in psonā Christi, qd dicit.  
 meditat<sup>o</sup> in lege dñi, die ac nocte. Deinde veluti premiū ho  
 nestorū laborū accepisse, iuxta similitudinē arboris frugife  
 ræ. Nisi forte sic accipimus Christū meditatū in lege domi  
 ni, quēadmodū legimus eundē apd Lucā p̄fecisse etate, gra  
 tia, & sapiētia, corā deo, & corā hoībus. Et si meditat<sup>o</sup> in lege,  
 q diligētē obseruat legē, nemini potius tribuēdum est hoc  
 laudis, q Christo, q sol<sup>o</sup> hominū nūq; deflexit a lege domini  
 Ergo cū talis sit arbor, nō solū fruct<sup>o</sup> nō gignit acerbos, aut  
 noxios, sed ipse q genuit, porrexit oībus fruct<sup>o</sup> suos salutife  
 ros, e qb<sup>o</sup> adeo nihil p̄iit, vt nec folium vllū defluat, i. ne ver  
 bū quidē irritū fuerit, aut futurū sit, quod ab illo sit p̄fectū.  
 Horū foliorū semper virentium vmbra spem nostrā alit, his  
 aīm iam estu seculi laborantē refocillamus. Certe futurū, vt  
 oīa cætera quoq; quæ fecerit, fœliciter eueniāt, ihs qui in illo  
 p̄manserint. Illud adijciēdū iuxta sensum allegoricū. Decur  
 sus aquarum nō absurde posse intelligi sacrum illum amnē,  
 quo renascimur in Christo, per hunc em̄ in illū trāsferimur.  
 vt simus & ipsi lignū frugiferū, p̄petuoq; virēs. Nūc ad tro

pologiã redeamus. Poterat crassis aliquibus in mentẽ veni  
 re, qui sibi omnibus huius vitæ voluptatibus interdixerit, q  
 honores aspernatus sit, q renunciarit oibus affectibus, q na  
 turã ipsam religiõẽ vicerit, qui cū paucis sentiens, vni diuina  
 nã legis meditatioi dederit sese, eũ & insuauẽ quãdã age  
 re vitã, & veluti supuacaneũ hois idolũ, potiº q̃ hoẽm, nec  
 sibi nec alijs esse vsui. Sic em̃ audimus & hodie loquẽtes q̃s  
 dam in eos, q Christianã vitã meditant. Somniũ hois, quid  
 agit: quid sapit: quid potest: cui prodest: Sed audi fœlicitatẽ  
 rem huius cõtẽpti, audi p̃miũ, quod mũdus suis non potest  
 largiri. Cũ ceteri qui terrenis, fluxisq; rebus addixerũt anis  
 mũ, & vitis suis cõputrescũt, & miseris illis suis curis extas  
 bescũt, iamq; non solũ inutiles, sed etiã pestilẽtes æterno pa  
 rantur incẽdio, interim beatus hic meus, velut arbor iuxta  
 p̃fluentẽ in irriguo posita loco, leto quodã bene sibi cõscia  
 mentis, famã illibataẽ virore, p̃petuo florebit, ac fœlicibus  
 gratiã coelestis incremẽtis, indies in maius ac melius auge  
 scet, donec occurrerit in virũ p̃fectũ, in mẽsurã plenitudinis  
 Christi. Neq; q̃o crediderim temere dictũ lignũ, potiº q̃ ar  
 borẽ, vt intelligas hic laudari, nõ tẽporarias instabiliũ aĩo  
 rũ herbas, q̃ simul atq; tẽptationũ ingruerit rigor, cõfestim  
 emoriũtur, non arundinẽ vento agitatã, nõ fruticẽ quouis  
 flexilem, & humi repentẽ, sed solidũ ac firmũ, pia vitæ pro  
 positũ, quod tam alte actis nitat radicibus, vt ne mortis qui  
 dem pauor hominẽ possit a mentis erectę statu dimouere.  
 Qua de causa & in hebraicis mansionibus palmeta martyri  
 bus tribuũtur, quod hæc arbor & p̃petuo vireat, & oim̃ so  
 la imposito onere, sursum nitat, & fructũ ferat longe suauis  
 simũ. Lignũ aut̃ nõ quodlibet, neq; fortuito natũ, sed plãta  
 tum. Et vnde plantatũ: nisi a patre agricola, q nisi traxerit,  
 nemini licet ad Christũ puenire. Ab eo iquã plantatum, qui  
 Christũ ip̃m plãtauerat, in quo nos iuxta Paulum, sumº cõs  
 plantati. Quãq; vt indicauit diuus Hiero, pro sathul. quod  
 septuaginta verterũt *ωφύτρουμίνου*, i. plantatum. Aqla vertit

## ENARRATIO PSALMI

transplantatū. Quod ipsum belle quadrat, vel in Christū a  
 cœlo in terrā demissum, vel in nos in nouitatē vitę per Chrī  
 stū traductos. Trāsplantatū a gētilitate ad fidē, a iudaismo  
 ad euāgelīū, a lītera ad spiritū, a seruitute legis, ad libertatē  
 gratiā, a mūdo ad regnū cœlorū, a vitīis ad innocētiam. Ab  
 ægypto in terrā lacte & melle manantē, a tumultu ad pacē,  
 a seculi negotiis ad studiū pietatis traductū. Quod male plā  
 tatū erat in Adam, fœliciter transplantatum est in Christo:  
 qđ erat infrugiferū natura, coepit esse frugiferū per gratiā.

» Reddunt enim meliores arbores in aliud translate solū, cul  
 » tuq; discūt mitescere, & syluestre exuūt īgeniū. An nō Pau  
 » lus lignū fuit fœliciter trāsplantatū, e psecutore factus Apo  
 » stolus? An non lignū bene transplātātū, Cyprianus, ex mā  
 » go martyr? An non Mattheus lignū trāsplantatū, ex telona  
 » Apostolus? An non Ambrosius, ex gentili iudice, sanctissī  
 » mus episcopus? An non Augustinus, ex inflato rhetore, do  
 » ctor ecclesię? An nō Franciscus, ex auaro negociatore, pau  
 » ptatis p̄fessor? cūq; his innumerabiles alij an nō fœlicissime  
 trāsplātati sunt in Chřo: **SECVS DECVR SVS AQVA**  
**RVM.** Transplantatū inquā, nō in ambitiois & arrogan  
 tię scopulis, nō in fluidis, ac sine fine sitiētibus harenis auā  
 » ritia, nō in libidinis cœno, nō in desidīę paludibus, sed iu  
 » xta aquas, atq; eas quidem nō pigras, sed decurrentes ac vi  
 » uas, quę in cōuallibus, ac locis humilioribus manare solitę,  
 » oīa lęta quadā hubertate reddūt luxuriātia. Nihil gigni thec  
 » humus, quod non arcano quodā alaī, ac vegetes succo. Cæ  
 » terum arboribus pomiferis plurimo opus est humore. Vn  
 » de grammaticis quoq; visum est, poma a potu dicta, q; mā  
 » gnā vim humoris cōbibant. Atq; hunc quidē humorē attrā  
 » ctum vndiq; radix per occultissimos meatus, in vniuersam  
 trāssundit arborē, donec erūpant frondes. Deinde fructuū  
 spes flores, postremo fœtus illi gratissimi, pariter ac saluber  
 rimī. Q; vides truncū solidū, & null' etiā vētor; turbinib<sup>9</sup> ex  
 pugnabilē, q; ramos late porrectos, q; amabili frondisū viro

re comātem arborem. q̄ fragrantissimis picturatā floribus,  
 q̄ suauissimo prouentu fructuū onustā tantā pōpā, tot opes,  
 sola radix occulto irrigata succo, sūministrat. Nihil est hoīs  
 mēte occultius. Et tñ ex hoc ceu fonte, scatent oēs illę dotes,  
 ” q̄s in piis videmus hoībus. Verū ea radix diu plurimo diluī  
 ” nā gratiæ succo irriget̄ oportet. Proinde qui literas profiten  
 ” tur hebraicas, negant esse decursus, sed palge, quod pelagus  
 interpretant̄, quæ vox ppemodū valeat, quasi dicas gurgis  
 tem, & immēsam aquarū profunditatē. Nam nostræ q̄dem  
 arbores non raro sit, vt imodica humoris copia suffocētur.  
 At rōnalis arbor, quā hic describit propheta, quo copiosius  
 ” expletur ac proluī, a cœlesti illo fluuio, qui lætificat ciuitatē  
 ” tem dei, hoc lætior, ac magis frugifera reddī. In Christum  
 ” totus hic fluuius inundauit, ideoq; & floruit foelicissime, &  
 ” copiosissimū attulit fructū. Largiter hinc hauserat Paulus  
 ” Apostolus, & idcirco plus fructus p̄duxit vnus, q̄ aliquot  
 Apostoli ceteri. Sunt mēsurę donorū sp̄ritus. Est & modus  
 fructuū. Omnes hinc hauriāt oportet, qui cupiāt viuæ arbo  
 res esse in Christo, qui virentes, qui floridæ, qui frugiferæ.  
 Non ex platoniciis, aut Aristotelicis l̄is, non e rhetorū aut  
 poetarū libris hauri h̄c succus, ex illo fonte trahat̄ oportet,  
 quē vidit̄ Ioānes scatentē de throno dei & agni. Iam video  
 quosdā esse, qui lignū interpretent̄ crucē Christi, flumē bap  
 ptismū, quod per sacrosanctā illius mortem, & mystici laua  
 cri munus, viuat ac vegetet̄, totq; cœlestibus dotibus flores  
 ” at ecclesia. Quapropter & elegāter in crucis laudē mysticā,  
 ” hymnū canit chorus ecclesiasticus. Crux fidelis inter omēs  
 ” arbor vna nobilis. Nulla talē sylua profert fronde flore, ger  
 mine. Tot in vniuerso terrarū orbe Christianas ecclesias, tot  
 martyrū agmina, tot monachorū examina, tot virginū cho  
 ros, tot confessorū turmas, tot sacramēta, tot charismata, no  
 bis hæc arbor peperit. Verū si Christū ip̄m in cruce mors  
 tuum arborē accipis, & aquas decurrentes, baptismū, nimi  
 rū non aquæ fœcunditatē largiunt̄ arbori, sed arbor aquis.

## ENARRATIO PSALMI

**QVOD FRUCTVM SVVM DABIT IN TEMPORE SVO.** Neq̄ em̄ fieri poterat, vt ifrugifera foret arbor, ab eo plantata Agricola, sic pofita, sic irrigata. Vera pietas nunq̄ eft ociofa. Erūpīt aliquādo, & bonū suum aliis quoq̄ cōicet, vel dū sancta p̄dicatione Christū inserit anīs fidelīū & infidelīū, vel dū bono odore vitæ, illectat ad studiū pietatis. Hunc fructū parturiebat Paulus scribēs ad Rom. vt aliis quē fructū habeā & in vobis, quē admodū in cæteris gētib⁹ & de vitæ exēplo meminit idē. Bonus inquirēs odor sumus deo in om̄i loco. Hunc fructū esuriebat Iesus, cū ait Apostolis. Ego aliū cibū habeo māducare, quē vos nescitis. Hūc ardebat amatrix illa mystica, ī ep̄thalamio cū inqt. Ascendam in palmā, & apprehendā fructus eius. Dat igit̄ hęc arbor fructū, non solū gignit. Siqdē vera charitas, totā sese effūdīt in vsus alienos, aliorū inseruit cōmodis, non suis. Auarus sibi fructificat, sibi parit ambitiosus, sibi querit libidinosus, sibi
   
 » malus oīs fructū adfert, si qd̄ tñ adfert. Huic arbori gignere
   
 » dare est. Neq̄ vero quēlibet dabit fructū. Sunt em̄ & arbor
   
 » res malæ, quarū fructus gustatus, mortē adfert. cuiusmodi
   
 » sorborū gn̄a quædā. Suntrursus qui per inanē gloriā aliena
   
 » sibi vēdicant, verū hęc arbor suū dabit fructū, idest verū ac
   
 » genuinū, qui succum illū radicis altorē odore, saporeq̄ rese
   
 » rat. Si carnalis est arbor, carnales adducit fruct⁹, sin spirita
   
 » lis, spirituales fœt⁹ edit. Vis audire diuersarū arborū, diuer
   
 » sos itē fructus? Fructus inquit spūs sunt, gaudiū, pax, patiē
   
 » entia, benignitas, bonitas, lōganimitas, mansuetudo, fides,
   
 » modestia, continētia, castitas. Nunc cōtra malæ arboris fru
   
 » ctus accipe. Manifesta aut̄ sunt opera carnis, quæ sunt forni
   
 » catio, Immūditia, impudicitia, luxuria, idolorum cultus, ve
   
 » neficia, inimicitia, contentiōes, æmulatiōes, iræ, rixæ, dissen
   
 » siones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, cōmessatiōes,
   
 » & his similia. Audis nimiū fœcūdā arborē, sed fructu mor
   
 » tifero. De fructu cognoscit̄ arbor bona sit, an mala. Vt radix
   
 » est mētis, ita sunt fructus operū. Si peruersis opiniōibus, si

malis cupiditatibus fuerit corrupta mens, hmoi loquitur, huiusmodi facit, cuiusmodi modo commemorauit Paulus. Cor.  
 22 tuū radix est arboris huius. E corde procedunt cogitationes malae,  
 23 furta, homicidia, blasphemiae. Quicquid loquitur, quicquid agit  
 24 ipius, pestilens est, contagiosus est, venenū est. Difficillimum est  
 cū malis hūc cōmeritiū, vt nō fias deterior. Cōtra piorum incessus, vultus, orō, facta, fructū habent salutarē, vt quisquis  
 cū his egerit cōsuetudinē, melior indies euadat, nisi plane sit deploratus. Dabit ergo fructū, sed hoc hēt cū malis arboribus  
 cōe. At suū dabit, hoc est peculiarē, & dabit in tpe suo, nō quod sibi quisque prescripsit, sed quod deo visum fuerit. Quidam  
 maturius, quā serius dederūt fructū suū. Sunt quorū religio iam in ipis infantie crepūdiis eluxit. Sūt quorū pietatē nō nisi mors illustrauit, quorū de numero est Paulus ille eremita. Prius est ardere, deinde lucere vel inflāmare. Prius est succulentū esse, deinde germiare. Tu modo cura vt irrigua, vt primo  
 succo vegeta sit arbor tua. Noli de fructu sollicitus esse. Ipse erūpet suo tpe, cum deo videbit. Idem fructum eliciet, suo calore, qui radicem aluit suo succo. Atque haec tenus quae dicta  
 sunt, tametsi belle quadrāt, & in oēs pios, qui ad Christi exemplū abstinēt ab oībus iniquitatibus huius mundi, qui toto  
 pectore meditantur in lege dñi, vt cognoscāt illius voluntatē,  
 25 vt faciāt, nō ea quae dicat animus cupiditas, sed quae iubet diuina  
 26 lex, ac deinde secretis diuinæ gratiae muneribus irrigati, virēt  
 27 innocētia, germināt affectu charitatis, florēt expectatiōe bonorum  
 28 operū, fructū adferūt in gloriā dei, in proximorum salutē, ipsi  
 29 quique iam deuicti Satana, iam diuites & exuberātes in Christo  
 30 honorū operū fructibus prouunt, bonae cōsciētiae gaudio iugiter  
 foelices, tū aptius in ecclesiasticū doctorē, hoc est episcopū cōpetere, mihi vident. Nā iuxta Paulū, principū ac peculiare  
 munus episcoporum est, Docere plebē Christianā, nec docere Platonē, aut Aristotelē, aut scolasticas quaestionū argutias, sed  
 Christi doctrinā, simplicissimi simplicissimā. Quo magis admirandū est nonnullos huius tēpestatis episcopos, hāc pulcherrimā



ENARRATIO PSALMI

omniū functionē in quosdā rejicere, quos ipsi quoq; desper  
 ctui ac ludibriō habēt, & cōtumeliā causa fratres appellant.  
 Nec hoc cōtenti, quod huic erat pximū, sacramentorum ad  
 22 ministracionē cōducticiis quibusdā, ac pene dixerim factis  
 23 ciis ep̄is, delegant, causarū cognitionē, & pecuniarū ratios  
 24 nes, rem oīm sordidissimā, & vel infimis cōmittendam, sibi  
 25 seruāt, perinde quasi nihil aliud sit magno ep̄scopo dignū.  
 26 Videamus igit, quibus colorib⁹ Christi doctorē depingat  
 27 hic propheta. Beatus inquit ille meus & perfectus, quē eru  
 28 diendo populo destinauit deus, primum nullis pestiferis op  
 29 piniōibus sit infectus oportet. Nā id est nō abire in consilio  
 impiorū. Qui bene docebit, qui male senserit: Deinde, pcul  
 esse oportet, ab oīm vitiorū cōtagio, & vsq; adeo vacare cul  
 pa, vt ab oīm specie quoq; mala sit alienus, hoc est adeo in  
 30 tegrū esse, vt & samā pudeat in hūc quicq; mali criminis cō  
 31 fingere, Etem quo tandē ore infectabit aliorū vitia, ipse vis  
 32 tiis obnoxius: Aut qui psuadebit aliis pietatē esse sectandā  
 33 si cōspexerint illius vitā cum pietate pugnare: Ad hęc, sit a  
 mūdi huius mgratibus, & seculariū negotiorū functionibus  
 liber, & expedit⁹. Siquidē vt in malitiosam aīam nō introit  
 diuina sapiētia, ita nec in occupatā. Nec purū modo requirit  
 domiciliū spūs ille cōlestis, verū etiā oīmibus sordidis curis  
 vacuū. Quid deinde superest: vt purus ab opiniōib⁹ vulgi  
 stultis, purus a dogmatis hæreticis, purus ab oīm labe men  
 34 tis ac morū, purus ab oīm ambitioē seculariū honorū, solus  
 35 tus oīm sollicitudine negotiorū carnaliū, noctes ac dies totus  
 36 verſet in lege dñi, hoc est in lris diuinis, hęc penitus im  
 bibat, hęc ediscat. nec ediscat solū, sed mediteſ, hoc est in has  
 bitū animi, in affect⁹, in mores, ac vitā traſciat. Ab hac diu  
 discat, qd postea doceat. Quid deinde futurū est: Id si fece  
 rit meus doctor inqt, Erit tanq; lignū plantatū iuxta decur  
 sus aquarū, quod fructū doctrinæ salutaris, dabit in tpe suo.  
 Lignū erit nullis fortunæ ludibriis cellurum, lignū viuum,  
 lignū multo grā cōlestis succo irriguū, semp adhærēs factō

illi diuinarū literarū flumini, qđ olīm ingressus Ezechiel, mirat non posse transuadari. Immensæ pfunditatis est, cui<sup>9</sup> fundū, nullū attingere potest hoīs ingenīū. Satis est tibi, qđ inde tantū hauris, quantū licet. Et quorsum tandem euadet hoc admirabile lignum? Primū ipso innocētis vitæ virore, testabit se se arborē esse viuam. Deinde paulatim tacitis in Christo adolescens incrementis, explicat ramos charitatis, erūpit in gēmas, & iam nūc præ se fert, quale fructū sit editurus. Mox editis florib<sup>9</sup>, certiozem de se spem præbet. Sub hæc totus cœlestiū verborū frondibus cōuestitur. Postremo fructū edit. Nec em̄ foliorū virore inanē modo fruct<sup>9</sup> spem præbet intuētibus, quemadmodū ficus illa, cui in euangelio maledixit Iesus. Allexerat esurientē frondibus suis, at fructum nō dedit. Huiusmodi ficus, sunt doctores quidā, qui verba pietatis habent, qui titulū, qui cultū pietatis habēt, a fructu verē pietatis alieni. Super cathedrā Moyſi sederunt, quæ dicūt facite, quæ faciūt, ea nolite facere. Oratiōe docent pietatē, moribus dedocent pietatē. Si professionis titulū audias, si vestitū inspicias, si loquētem auscultes, nouū quendā pietatis fructū expectes. Sin vitā ipsam excutias, deprehendis tibi verba data, & iuxta græcorū prouerbiū, expectato thesauro, carbonēs offendis. His arboribus potissimū indignatur Christus, qui speciē pietatis ostētant, a pietatis operibus alieni, qui docēt nō furandū, & tamen furātur, qui docēt non adulterādum, & tamē adulterant. Qui execrant Ido lum, & tamē ipsi sacrilegiū cōmittūt. Ficus illa de qua modo dixim<sup>9</sup> fructū suauissimū, Christoq; lōge gratissimū pcul in tuenti pollicebat, pprius intuentē frustrata est. Nō maledixit rubo, vnde nemo fructū expectat, nō maledixit salici, quæ nullū pmittit fructū, vt ipso genere sterilis. Ficiū maledixit, quæ & ipso nomīe, & foliorū luxuria, fructus spem facit, & fructus oīm gratissimi. Episcopi nomen audio, ficum audio, Ornatū episcopālē video, nimirū folia cōspicor, ad fructum accorro. Quid repio: lōge aliud q̄ quod titulus: & insignia

## ENARRATIO PSALMI

promiserant. Aleatorē reperio, scortatorē reperio, potorem  
 reperio, populi prædonē reperio, bellatorē & satrapam re-  
 perio. Q̄ credis excandescere Christum, vbi sic deluditur?  
 Hos Paulus appellat parietes dealbatos, & Christus sepul-  
 chra dealbata, foris nitidos, int<sup>o</sup> vitiiis corruptos. Folia sunt  
 igitur, quæcunq; ad cerimonias, & speciē pietatis attinent.  
 Q̄, si matris folia doctrinā pietatis interpretari, fortasse non  
 20 nullo reperies episcopos, quibus nec frondes sint vllæ, sed  
 21 velut arbores aride, veterū tantum episcoporū titulos, tanq̄  
 22 anathemata quæpiā sustinēt. Si de venatu, si de re equestri,  
 23 si de militia, si de censu sermo, mira facundia. Si de Christo,  
 24 v̄dētur subito in aliū translati mūdum. Sed ad nostrā arbor  
 25 rem redeamus, quæ fructū dat, hoc est, non sibi discit diuis-  
 nas literas, sed aliis quoq; libenter cōmunicat & dat, non  
 effundit. Dispensat verbū diuinū. Nouit quādo, quibus, &  
 quomodo loquendū. Alius eget cōsolatione, alius exhorta-  
 tione, alius obiurgatione, alius admonitione, alius doctri-  
 na, vt cuiq; viderit expedire, ita dispensat verbū diuinū mu-  
 nus. Nam id demū est dare. Dat autē & suum fructū, & in  
 26 suo tempore. Quid est suum fructū? Quid habemus, quod  
 non acceperimus? Et quomodo nostrū est, quod alterius be-  
 neficio cōtigit? Verū hic nostrū vocat, nō qd' nobis sit ascri-  
 bēdum, sed qd' alienū non sit. Nam virtutes ita deo ferimus  
 acceptas, vt nihilominus nostræ sint. Non dat fructū suum,  
 27 qui verba recitat populo, quæ ipse nec amat, nec sequitur,  
 28 Aliena sunt quæ docent huiusmodi, quæ ritu canalīs in or-  
 tum transfundūt frugiferum, ipsi steriles. Non e radice tua  
 produit iste fructus. Ficus mihi porrigis, non in tua natas ar-  
 bore, sed aliunde decerptas. Qui penitus hoc amat, quod  
 docet, qui vultu, qui moribus exprimit, quod præcipit, is  
 deniq; suū dat fructum. Qui flāmam quā animo concepit,  
 in alios oratione trāssundit, suū dat fructū. Fortassis hic lo-  
 cus non nihil pertinet ad sacerdotes quosdā, vel parū atten-  
 tos, vel parum eruditos, qui sacros psalmos sedulo recitant,

non intellectos. Hi nimirū folia dūtaxat ostētant, fructu va-  
cant. An non idē hoc palā testatus est Paulus, scribēs Corin-  
thiis: Non si orem inquit lingua, spiritus quidē meus orat,  
mens autē mea sine fructu est. Qui recitat verba sacra, eaq;  
fidelibus, aut etiā infidelibus interpretat, vel ad doctrinam,  
vel ad exhortationē, vel ad consolationem, is fructum suum  
dat. Non dedit fructum suum vitis illa, de qua per propheta-  
tam questus est deus. Expectaui, vt faceret vvas, & fecit lab-  
ruscas. Proprius hominis fructus est, bene mereri de omni-  
bus, quippe qui nō sibi natus sit, sed patriā, sed amicis. Cū  
hoiem audio, hoc est anīal placidū, cum Christianū audio,  
ex vitis foliis expecto beneficentiā, expecto pietatis officii-  
um. At cū video quadruplatorē, bellatorem, calūniatorem,  
fraudatorē, labruscas offendī pro vuis. Nec ociosa sunt hu-  
ius arboris folia, quæ Ioānes in Apocalypsi scripsit de puta-  
ta ad sanitatē gentibus. Præbēt vmbra gratissimā ei, qui dis-  
xit. Sub vmbra illius quē desyderabā sedi, & fructus eius dul-  
cis gutturi meo. Fructus ipos cōuestiūt atq; cōmuniūt, & ab  
æstus, sīl atq; hymbriū iniuria defendunt. Vnde stultissime  
crassuli quidā loquēdi curā in totū negligūt. Quid mihi cū  
verbis inquit, si de re cōstat: Primū qui picipies snīam, nisi  
cognita sermonis pprietate: Deinde si lingua discenda est,  
nō paulo pcliuius est, vnā aut duas linguas elegāter perdi-  
scere, q̄ tot species solœcissandi: Vnica est lingua emēdata,  
paucis annis perdisci potest. At corrupti sermōis mille sunt  
discrimina. Postremo pmultū refert, qbus verbis bonā esse  
ras snīam. Aliud verbū alio splendidius, aliud alio significā-  
tius, aliud alio ardētius, aliud alio iucūdius. Neq; minus est  
momēti in schematis verborū & snīarū. Hic fieri videmus,  
vt eadē res, quas veteres cū summa verborū maiestate, ac  
decore explicarūt, sic vt mire afficiāt auditorū anīos, scoticis  
explicate verbis frigeāt, iaceant, sordeant, vt prorsus ne ges-  
easdem esse. Cuius rei si quis forte requireret exēplum, com-  
modū occurrit illud. Petr<sup>o</sup> sedit in antiochia & Rome, Paul<sup>o</sup>

ENARRATIO PSALMI

cōuertit Gręciā. Nōne plimū grę simul & dignitatis addidit  
 huic sniē, q̄ schematibus ad hūc modū picturauit. Anthioch<sup>o</sup>  
 & Remus concedūt tibi Petre regni solū. Tyrānidē tu Pau  
 le Alexandrinā inuasisti Gręciā. At q̄to iā putidiora reddūt  
 ista q̄ties barbaris, sordidis, facticiis, immo pdigiōsis. verbis  
 nō explicantē, sed inuoluūt. Neq̄ vero hęc dixerim, q̄ rhetor  
 2) ricis flosculis veli lasciuire Doctorē ecclesiasticū. Nō postu  
 2) lo vt adsint delitiā. At rursus nō fero sordes. Nolim Chris  
 2) sti doctrinā eloquētig lenocinio corrūpi. At cōtra nolim ean  
 2) dē ꝑborū & figurarū sordib<sup>o</sup> pollui. Dabit igit̄ vna cū optis  
 folijs fructū optimū, vt dicere possit cū ppheta. Dedit mihi dñs  
 linguā eruditā, vt sciā sustētare eū q̄ lapsus est ꝑbo. Et iuxta  
 Hieremiā dicet. Dedit dñs ꝑba sua in ore meo vt euellā et de  
 struā et disperdā & dissipē, & edificē & plantē. Dabit autē in  
 tpe suo. Sunt q̄ añ legitimū tēpus suscipiāt docēdi munus, &  
 2) docere conant̄ alios, qđ ipi nōdū didicerūt. Atq̄ solet arborē  
 2) breui emoriturā arguere foetus ꝑproperus. Proinde nostra  
 2) arbor, vbi diu cōbiberit diuine grę liquorē, vbi secretis tan  
 dē auctib<sup>o</sup> adoleuerit, ac diutinis incrementis cōfirmata cōsti  
 terit, vbi vocatus fuerit tanquā Aaron. vbi modis oibus ad  
 pulcherrimū munus fuerit instruct<sup>o</sup>, tū demū alios docēdi,  
 monēdi, castigādīq̄ partes suscipiet. Nec ingeret sese, veluti  
 faciūt qđā, qui doctores ꝑstare conant̄, cū nōdū fuerint disci  
 puli, & in alios arrogāt imperiū, priusq̄ ipsi parere nouerūt,  
 lucere volūt, antequā ferueāt, inflāmare alios, cū ipsi frigeāt.  
**ET FOLIUM EIVS NON DEFLVET.** Arborū plerisq̄  
 folia decidūt sub brumā, cū tamē ipse nō prorsus emoriant̄  
 Aliis folia nunq̄ decidūt, veluti palmæ & spino arbori, item  
 & Lauro. Nonnullis perpetuæ sunt frondes, perpetui item  
 fructus, velut arbori medicæ. Hęc autē arbor iuxta prophe  
 tiam Ioannis, duodecies, hoc est singulis mēsibus fructum  
 suū reddit, neq̄ solū non nudatur frōdibus, verū ne folium  
 quidē defluit. Aut em̄ per hyppalagen foliū positū est pro  
 foliis, aut *εμφατησ* dictū est, perinde quasi dicas ne foliū

quidē, vt respondeat ad illud euangelicū, Vestri autē ne pi-  
 lus quidē capitis peribit. Non cōuenit, vt Christianus do-  
 ctor, vllum verbū effutiat vel stultū, vel falsum, vel inutile.  
 Nunq̄ taceat, semp̄ tinniat cū Aaron, sed oīs oratio doceat  
 pietatē, & Christū sonet, non mundū. Atqui tandē sunt istī,  
 quibus folia subinde decidūt. Qui nō nunq̄ libere loquun-  
 tur, & Christū audent profiteri, mox metuētes ne principē  
 offendāt, ne loco moueant, verba Christi, vel supprimūt, vł  
 in gratiā hoīm adulterāt. Nisi maus ad vniuersos referre, ij  
 qui Christū nō toto sequūtur pectore, sed se ipsos deo, mun-  
 doq; velut ex equo partiunt, ac nunc velut aspirante diuini  
 numinis fauonio, frondescūt, nunc ediuerso distrahētibus  
 huius mundi curis, aut seuiēte fortunę pcella, languescūt, ac  
 velut emoriunt. Verū qui fortiter repudiatis oībus totū ani-  
 mū Christo cōsecrarit, is palmæ in morē nullis iniuriis of-  
 fendi poterit. Sequiāt calūniatorū Aquilōes. Ingruat hyems  
 malorū, nunq̄ tamē bonę mentis virorē intermittit, & adeo  
 non emorit, vt nec foliū amittat. Sūt qui fructū arboris hoc  
 loco præmiū, q̄ opera malit interpretari. Nam vtroq; in sen-  
 su fructus vocabulū vsurpāt diuinæ literæ. Christus ipsa fa-  
 cta fructus vocat, cū ait, Ex fructibus eorū cognoscetis eos.  
 At Paulus cū scribit, Quē igitur fructū tūc habebatis in iis,  
 in quibus nunc erubescitis? Vtiq; fructū præmiū appellat.  
 Quāq; aliquoties eadē facta, simul & opera sunt, & p̄mia.  
 Sic em̄ Paulus ad Romanos scribēs, Qui spreto deo, traditi  
 essent in reprobū sensum, vt foedissimis libidinibus mascul<sup>9</sup>  
 exardesceret in masculū, scēmina in scēminā, & mercedē in-  
 quit, quā oportuit in semetip̄is recipiētes. Mercedē appellat  
 turpia facta, sed qbus rursus sua debeat merces. Hęc cogni-  
 ti, sed cōtempti dei p̄mia sunt. Et eorundē præmiū erit ignis  
 æternus, quē admodū elegāter annotauit Origenes. Neq; se-  
 cus euenit in piis factis, atq; in turpibus. Quēdā opera tam  
 cœlestia sunt, vt aliorū opū præmiū iure dici possint. Quāq;  
 haud sum nescius, hoc a qbusdā non ad huius vitæ foelicis

## ENARRATIO PSALMI

tatē, sed ad futura p̄mia referri. vt hic meditemur in lege, a  
 vitis tēperantes, in resurrectiōe p̄petuo virore vestiamur,  
 cū profligatis oībus huius vitæ malis, iugi foelicitate frue  
 mur cū eo, in quē insiti sumus per baptismū, & per piā vitæ  
 20 studiū. Verū quemadmodū illa p̄phetæ verba, quæ oculus  
 21 non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hoīs ascenderūt, que  
 22 p̄parasti deus diligētibus te, non solū ad imortalitatis glo  
 23 riā referunt, verum etiā ad huius vitæ foelicitatē, quam ho  
 24 mines piī, velut arrā interim, ac p̄gnus accipiūt imortalitas  
 25 tis secuturæ. Ita hic quoq; locus, ad sanctorū floridā, ac trans  
 26 quillā vitā pertinere potest. Habet hic quoq; suū virore in  
 27 nocētia, habet florē, habet fructū. Sanctorū em̄ velut Aquilæ  
 iuuetus renouabit, & florent vt liliū in cōspectu dñi. Et  
 iustus vt palma florebit, Presta hoc integritas, & innocētis  
 animi puritas, trāquillitasq; & (quēadmodū ait ille) iuge cō  
 uiuiū, vt corpus etiā ip̄m, prope modū expers senij, cōtinuo  
 nitore vernet, quasi iā nunc meditans esse, qđ mox futurū  
 est. Nēpe spirituale, celeste, & ab oī carie, corruptiōe, senioq;  
 28 alienū. Quēadmodū em̄ diuinus spūs, n̄m inhabitās spūm  
 29 in eū redūdat, & vt est potētior, eū in sese veluti trālformat,  
 30 ita noster spūs imutatus redūdat in corpus. Domiciliū vtq;  
 31 suū, idq; quoad licet in sese trālformat. Hinc illa virginū se  
 32 necta virēs, quā in nōnullis videmus, & quā diuus Hiero  
 33 nymus admirat in Paulo Cōstantiēsi, iuuenili quadā floru  
 lētia semp vernās. Hinc illa in vultu quoq; relucēs innoxia  
 mētis alacritas. Maximā & morborum, & senij partē, vitis  
 debemus potius, q̄ naturæ. Et ne qs admiret hęc, videmus  
 in defunctis etiā sanctis, hmōi corporis habitū durare. Ma  
 gnā audisti Beati foelicitatē, sed audi etiā, quē cumulū adis  
 ciat. **ET OMNIA QVAECVNQVE FACIET PRO  
 SPERABVNTVR.** Hęc certe v̄ba palā est ad huius vitæ  
 statū ptinere, vel reclamāte Hieronymo, q̄ putat ad neminē  
 sanctorū accomodari posse in hac vita. Quidē illic facie  
 mus, in quo p̄speritate sit opus? Atq; vt obiter de allegoria

nō nihil attingā, q̄ infœliciter cessit nobis. Eux primæ parē-  
tis voluptas, q̄ infœliciter Adæ parētis obsequiū. Quā non  
pspere cecidit, q̄quid p̄misit serpēs ille. At e regione, om̄ia  
Christi nobis fœlicissime cesserūt. Fœlix natiuitas, fœlices  
labores, fœlix doctrina, fœlix mors, fœlix resurrectio, fœlix  
ascensio, fœlix diuini sp̄s missio. Fœlix eccliarum coniun-  
ctio, fœlices martyrū victima, Fœlix erit piis & iudiciū il-  
lud extremū mundi. Iā ad eundē modū qui in Christo sunt,  
qd̄ his sinistri potest accidere? Quicqd̄ agunt, ducē habent  
deum, & eundē fortunatorē. Fui inquit tecū, in oībus vbi-  
cūq; ambulasti. Et cū ipso sum inquit in tribulatiōe. Quid  
ni pspere cedat, qd̄ dei gerit̄ auspiciis? Atq; vt magis etiam  
intelligas, quāta sit huius beati securitas, mala quoq; ipsa,  
prosperāte deo, vertunt̄ huic in cumulū fœlicitatis. Quicq;  
quid agit impius, impiū est, etiā si rem alioqui piā egerit.  
Sinistris em̄ auspiciis gerit̄. Quicqd̄ acciderit impio, seu læ-  
tum, seu triste, id om̄e cedit in alimoniā impietatis. Contra  
quicqd̄ piis obtigerit, vertit̄ in occasionē pietatis, ausim di-  
cere, etiā si quando contigerit prolabi in culpā, quandoquidē  
dem hoc quoq; deus nōnunq; occulto consilio sinit euenire  
suis, videlicet vt correcti ament feruidius, caueāt circū specti-  
us, aliis ignoscāt facilius, succurrāt officiosi. Quid multis?  
Adeo nō peccat Charitas iuxta Paulū, vt etiā peccans non  
peccet. Quid igit̄ mirū si cetera psperētur oīa, cum id quoq;  
prosperē cedat, quod vnū infœlicē reddere potuit Christiā-  
num? Si quid prosperū acciderit viro bono, agit gratias, ex-  
ercet benignitatē. Si qd̄ aduersum, exercet patientiā, erigit̄  
ad futuræ vitę cōtemplationē. Cū impius interim & secun-  
da fortuna fiat insolētior, fiat ad fœdas voluptates propen-  
sior, & aduersa fract̄, ad despationē abiiciat sese, vsq; adeo  
diligētibus deū, oīa cooperant̄ in bonū. Quid aut̄ nō fœlix  
hoī pie viuenti; cū ipsa q̄q; mors, qua nihil accidere pōt tris-  
tius, huic sit & psperissima, & p̄ ceteris exoptata? Prospera-  
būtur autē, siue vt legit̄ Hilarius, bene dirigētur, a quo? A

Caritas etiā peccans  
non peccat



ENARRATIO PSALMI

quo, nisi ab eo qui cū sit ipse sūme bonus, maxia quoq̄ ma-  
 la in sūmū bonū vertit suis. Nec vsq̄ adest p̄sentior, magisq̄  
 dexter, q̄ in afflictioibus, & huius mūdi p̄cellis, cū atrocissī-  
 me sauit p̄secutor, tū ille copiosissime coelestē indulget vn-  
 ctionē. NON SIC IMPII NON SIC. Haftenus, p̄posuit  
 absolutā beati viri formā, ad quā enitamur. Nunc quo ple-  
 nius nos doceat, depingit lōge diuersum impij simulachrū.  
 2) Probi doctoris est, non solū docere quę recta sunt, verū etiā  
 2) dedocere quę praua, nec tm̄ ostendere qd sit imitandū, ve-  
 2) rum etiā a quo sit fugiendū, veluti si quis boni principis ex-  
 2) emplar vbi depinxerit, huic Tyrāni opponat imaginē, quo  
 geminū anō calcar subiiciat, dū hinc inflāma honesti spes  
 cie, illuc a diuersa figura resilit. Fit interī sepi⁹, vt acrius etiā  
 inflāmemur, apte p̄posita turpitudinis imagine, q̄ ipso hos-  
 nesto, vt quosdā vehemētius extimulat ignominiaē metus,  
 q̄ gloriaē cupiditas. NON sic impij, nō sic. Ea conduplicatio  
 nec apud septuaginta nec apud Hebræos habet, sed dūtaxat,  
 Non sic impij, Hieronymus in vno dūtaxat volumine  
 sic testat̄ repisse, idq̄ in Cæsariēsi bibliotheca, in hexaplois  
 Origenis. Verū non absurde videt̄ additū a nescio quo, dū  
 ἐμφατικότερον longe diuersissimā pij, & impij conditionē cor-  
 nat̄ exprimere. Quid em̄ simile tali arbor, qualē modo de-  
 pinxit, ad puluisculū vento iactatum? Vbi nūc sunt isti qui  
 regū respiciūt foelicitatē, & aliqd hoīe maius imaginātur?  
 Vbi sunt, qui diuites huius seculi rebus, ac voluptatibus af-  
 fluentes, admirātur? Vbi sunt qui mgratibus, & cū strepitu  
 viuētibus, inuidēt? Ipsi sese semideos esse putāt, vulgus vt  
 numia quaedā venerat̄. Alius applaudit, adgratulat̄ vt foelis  
 2) cibus, alius inuidet. Valeat popularis existimatio. Audi qd  
 2) de istis sentiat q̄ vere iudicat? Vniuersam istorū foelicitatē  
 2) pulueri vilissimo cōparat. Qui exciderūt a Christo, & vitæ  
 2) p̄sidiū, nō insolidis, & eternis rebus collocarūt, sed confidūt  
 2) in rebus nihili, iuxta scripturę testimonium, & in cōmodita-  
 tibus falsis, fluxis, caducis, ac momētaneis foelicitatē posues-

- 23 runt, ij nimis longissime absunt ab huius arboris imagine,  
 23 sed aridi pulueris in more, quippe nullo diuini spūs imbuti  
 23 succo & non tantū ipsi steriles & infœcūdi verum etiā aliis  
 molesti ac pestilentes, negotiū faceffunt iis, qui pietatis am-  
 bulāt viam. illis velut in oculos obuī, obstrēpūt, obturbāt,  
 occlamāt. Quid puluere vilius? quid conculcatius? qd vici-  
 23 nius nihilo? Et tamē quasi parū fuerit dixisse puluerē, addit  
 23 **QVEM PROIICIT VENTVS.** Fimi quoq; q̄ nihil est  
 23 piectius, tñ nōnullus inuenit vsus. Cōducit stercorandis as-  
 23 gris. At pulueris p̄ aerē volitātis, qd precitū, aut quē utilitas?  
 23 Et hoc q̄ loco videntē interpretes nō nihil addidisse verborū  
 de suo. Quod aliquoties & alibi faciūt, velut in eo psalmo.  
 Deus deus meus respice in me. Vt qd me dereliquisti, hæc  
 verba respice in me quē apud Hebręos nō habent, de suo ad-  
 iecerūt. Quāq; hoc ad sententiā nō ita multū habet momēti.  
 Illud p̄pius ad rē ptinet, qd hebraicā dictionē kamosz, quā  
 septuaginta &  $\chi\mu\theta\upsilon\mu$ , hoc est puluerē interpretati sunt, quidā  
 autumāt apud illos magis sonare q̄squillas, seu siliquas, q̄  
 puluerē. hoc est. nescio qd contēptissimū qd dissilit ex paleis  
 aut siliqs excussis, & raptat p̄ aerē. Etiā si vtracq; lectio p̄be-  
 quadrat. Eteñ si puluerē legis, respondet ad illud dei cōmis-  
 nātis impiis. Cōminuā eos vt puluerē ante faciē venti vt lu-  
 tū platearū delebo eos. Sin mauis siliquas, aut simile quip-  
 piā, magis quadrat ad arboris frugiferę similitudinē, qd enī  
 23 inanius siliqua? aut quid sterili? aut quid piectius? Et hæc  
 23 quanq; vt dixi, ad futurā impiorū poenā ptinere possunt, tñ  
 23 nos ad hanc vitā referre malumus. Vbi deest studiū vitæ im-  
 23 mortalis, vbi reꝝ fluxarū cupiditatibus  $\alpha\gamma\iota\tau\alpha\iota\ \nu\alpha\iota\ \phi\acute{\epsilon}\sigma\tau\alpha\iota$  ani-  
 mus, nec est fixus in solida petra Christo, is nō modo frigi-  
 dissimis huius vitæ curis contabescit, verū etiā a diuersis af-  
 fectibus, modo huc, modo illuc distrahit. Siquidē vēti & in  
 horas mutant, & ipsi inter sese nō raro pugnātes. Qz aut hi  
 sce ventis est siliqua, hoc est affectibus mūdani hoīs animus  
 impius, cū nūc hoc appetit, nūc illud, nūc amat, nūc odit, nūc

## ENARRATIO PSALMI

fauet, nūc inuidet, nūc timet, nūc sperat, nūc exultat, nūc die  
 scruciat, imo cū ipse secū totū fluctuat atq; estuat, cū aliū sua  
 det libido, aliud auaritia, alio vocat odiū, alio p̄trahit ambi  
 tio, aliud īperat amor, aliū dicit pudor, postremo cū vitūq;  
 rerū humanarū est estus, ita subito fit alius, nullo tpe sibi cō  
 stās, neq; tranquīl<sup>o</sup>, quēso qd aliud est, q̄ siliū ventorū arbitrio  
 22 iactata. An nō vident ad hāc imaginē p̄tinere. Stulti quidā  
 22 principes, q̄ tātis rerū cōmutatōibus orbē concutiūt. Nunc  
 22 armis cōflictant, nunc affinitatibus cōglutinātur. Aliquādo  
 22 bellū, mox fœdera, nec ea diu duratura, nunc paciscunt, qd  
 22 mox rescindāt, nullis certis cōsiliis, q̄ nulli possunt esse, nisi  
 qui scopū sibi p̄posuerit Christū. Sed aliūde alio se voluunt  
 & nusq; cōsistunt, nec fugiūt malū, sed mutāt. Pius anīus ad  
 vnū illud attētus est, vno hoc metit̄ oīa. In hoc fixus est. Q̄  
 si rerū humanarū necessitas nōnihil p̄turbat aīos impiorū,  
 hnt cauernas suas, quo sese receptēt, habēt illius petre foras  
 mina, in qbus conuiescāt, Impiis nihil est in quo cōsistant,  
 sed toti hærēt, qd aiūt, in aqua. Perspeximus vitæ statū, lon  
 ge diuersū piorū & impiorū, nūc exitū itē admodū disparē  
 contēplemur. Ideo inqt. **NON RESVRGVNT IMPII  
 IN IVDICIO, NEQVE PECCATORES IN CON  
 CILIO IYSTORVM.** Non me p̄terit alios hunc locū ad  
 extremū illud mūdi iudiciū referre. Verū ea sn̄ia paulisper  
 dilata, qd nobis iuxta sensum humiliorē videat, in dicabim<sup>o</sup>.  
 Mox ad illa sublimiora vēturi. Hūc paulo añ bonæ arboris  
 fructū appellarat, vt diu meditatatus in lege dñi, vir pius po  
 stea yfaref in publica functiōe, & qd priuatim apud se col  
 22 legisset, id in publicā expromeret vtilitatē. Atqui hoc ipm cū  
 22 maxie ambiāt, non contingit impiis. Quis em̄ locus impiis  
 22 in publici mūeris functiōe, qui & vitis oibus sint obnoxij.  
 22 nec sapientiā didicerint ex lege dñi. Atq; hęc duo potissimū  
 22 requirunt in mḡratu, vt ipse vacet crimine, qui aliorū punie  
 crimina, vt sapiat, quo possit dispicere, qd expediat in cōe.  
 Non surgūt igit, nā sic hebraica veritas potū<sup>o</sup> habet q̄ resur<sup>o</sup>

gūt, est em̄ iakumin in iudicio. Surgebāt em̄ olim in cōsiliis  
 dicturi. Proinde p̄inde dictū est, nō surgūt in iudicio, quasi  
 dicas, nō est illis locus in iudicio, **NEQVE PECCATO-**  
**RES** in cōsilio iustorū, vt intelligas eandē sn̄iam cōmuta-  
 tis tantū verbis repetitā. Nam si qs obseruarit, comperiet in  
 diuinæ scripturæ sentētis hanc varietatem, vt aliquādo nos  
 uatis verbis, idē sensus accinat, aliquoties affinis, nōnunq̄  
 cōtrarius. Quas schematū formas videmus adhuc & in gē-  
 tiliū poetarū bucolicis carminibus extare. Eiusdē repetitæ  
 sn̄ie hoc sit exemplū. Os iusti meditabit, sapientiā, & lingua  
 eius loquet̄ iudiciū. Item. Pedes eius descendūt in mortē, &  
 ad inferos gressus eius penetrāt. Affinis reddite, hoc. Cōser-  
 ua fili mi p̄cepta patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ.  
 Cōtrariæ, cuius gn̄is meminīt & Quintilian⁹, sit hoc. Astu-  
 tus oīa agit cū consilio, qui aut̄ fatuus est, aperit stultitiā. Si  
 parabolas Solomonis, si ecclesiastici & Ecclesiastę sentētias  
 euolueris, si psalmos, si Cātica, & oēm veteris ac noui testam̄  
 mētī scripturā, in qua suo more spūssanctus poeticis nūeris  
 modulāt, reperies his tribus formis variari ferme oīa. Sed  
 nullū genus frequentius, q̄ illud quo sensus idē aliis v̄bis ac-  
 cinīt. Vnde fortassis non magnop̄e refert in his que ad eūdē  
 pertinent sensum, anxia diligētia vocū discrimina querere.  
 Quos vocauit impios, mox vocat peccatores. Qd̄ mō dixit  
 in iudicio, nūc appellat in cōsilio iustorū. Nā & grauissima  
 iudicia cōsiliū habebāt, velut apud Gręcos Amphictyonū,  
 & Areopagitarū. In his igit̄ publicis sūctiōibus, q̄ virū desy-  
 derāt integrū, & incorruptū, nec integrū mō, verū etiā sapi-  
 entē, & diu meditātū in lege dñi, q̄ sola verā sapientiā p̄stat  
 parutlis, nō surgūt ip̄i, nec in concilio iustorū. Vis planius  
 discere, qd̄ hic negat ip̄iis, alibi tributū esse iustis? In medio  
 inq̄ ecclesię apuit os eius, & rursum. In medio ppli exaltabit  
 & iterū de Moyse. Glorificauit illū in cōspectu regū, & ius-  
 sit illi corā populo suo, aliaq̄ huius gn̄is innumera. Ex qbus  
 palā est, hoc honoris integris & cordatis viris deberi, vt pu-

blis & honoratis cōfessibus intersint, a qbus impij & stult  
 ti procul arcendi sunt, qui nec cōsulere possint, ob stultitiā,  
 nec velint, ob aīum affectib<sup>9</sup> corruptū. Q<sup>2</sup> si quādo ingredia  
 tur impius in consiliū iustorū, non tamē surgit, quippe non  
 audiendus. Legimus em̄ in gentiliū historiis, cū vir quispiā  
 improbus sniam in conciōe dixisset, grauē & reip. salutarē,  
 magistratū iussisse, vt eadem sentētia, ab alio quodam viro  
 probō pronuntiaret. Vsq; adeo putabant illi in cōsiliis non  
 audiendum virum malū, vt etiā si quid optime dixerit, sit ob  
 autoris turpidinē reiiciendū. An non idē stomachat diuis  
 nus ille spūs in alio quodā psalmo. Peccatori autē dixit de  
 us. Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamētum  
 meū per os tuū. Pura tractanda sunt a puris, sacra a sacris.  
 Q<sup>2</sup> indecorū, vt vitiorū oblitus cœno, doctrinā euangelicā  
 populo p̄diceret. Christus in euangelio, ne laudes quidē suas,  
 easq; veras a dæmone vult audire. Obmutescē inquit spiritus  
 tus. Illud paucis annotandū, hanc vocē ideo vtrolibet posse  
 referri, vel ad ea quæ p̄cellerunt, vel ad ea quæ cōsequuntur.  
 Quare nō surgūt impij in iudicio, in quo sedēt p̄ij. Quoniā  
 hi sunt arbores frugiferæ, illi puluis inutilis, siue q̄squiliæ.  
 Iam em̄ pendet a superioribus. Aut quare nō surgūt in iudis  
 cio: cū illi surgant. **QVONIAM IUSTORVM VIAM**  
**NOVIT DOMINVS, ET IMPIORVM VIAM DI**  
**SPERDET.** Deo nosse est approbare Piorū cōsilia, quoniā  
 ex lege dei sumpta sunt, deus agnoscit & approbat, & ob id  
 non pereūt, qa veritate nixa sunt, & foeliciter cedūt nimirū  
 auspice deo. At impiorū cōsilia, qm̄ vel a stultitia, vel a pra  
 uis affectibus pficiunt, nec approbant a deo, nec foeliciter  
 cedūt, imo disperdunt, nimirū improbāte deo. Habēt em̄ &  
 impij sua cōsilia, in quē beat<sup>9</sup> noster nō dignat̄ ingredi. Ha  
 bēt p̄ij sua cōsilia, in qbus nō audiunt impij, nihil enim inter  
 hos cōuenit. P̄ij spectant Christū, hi mundū. p̄ij cœlum, Impi  
 pij terrā. p̄ij perpendūt, quid Christi lex dicet, impij qd dic  
 etet ambitio, qd avaritia, quid gula, lā vero qbus om̄es vitæ

rationes sic *ἐν διαμέτρῳ* quod dici solet, inter se pugnant, qui cōuenire poterit in dicēdis sententijs, aut ferēdis suffragijs. Simplex est quod rectū est, in quo facile consentiūt boni. At multiplex est, a recto deflectentiū error. Hic est illa in malorū cōsilijs tam insana digladiatio, tāta suffragiorū pugna. Ac saepe fit, vt quod ingētū molimine tāq̄ perpetuo duraturū cōstituerit, prius dissipetur q̄ fuerit inceptū. Homīnū consilia lubrica sunt, solū aut cōsiliū domini manet in aeternū. Vt habent impij suū cōsiliū, ita habēt & suā sapientiā, sed aīalem, quā Iacobus diabolicā appellat. At quid de hac cōminat deus per pphetā: Perdā inquit sapientiā sapientū, & prudentiū prudentiā reprobabo. Quanto tumultu hoc agebatur olim a Romanis, vt illud imperiū esset aeternū; Quantū curarū, quantū laborū, quantū sanguinis in eā rem impenderūt. Atqui videmus hodie sic esse sublatū, vt vix quisq̄ possit Romanū hoīem ostēdere. Derisit de cōsiliū impiorū. An non idē conspicimus in cōsilijs principum accidere? Q̄ magnifico apparatu res aliq̄ties peragit. Confident tot eximij pceres, tot legū professores, meris certimonijs negotiū agit, Sexcentis tabulis confirmant acta. Dicat foedus iā aeternū fore, At non raro fit, vt ex ipso foedere mox ingens bellū exoriat. Quid in causa? Nempe quia cōsilio stultorū & impiorū trāacta res. Subscripsit episcopus, subscripsit impator, subscripsere proceres, at nō subscripsit Deus. Illud abominandū, ne vnq̄ in pontificū quoq̄ concilijs constituať aliq̄d, quod mundū sapiat, & a Christi cōsilio sit alienū. Spiritale cōsiliū est, in quo nō cōuenit duci carnis affectibus, pessimus consiliarius est affectus carnalis, & ad impiorū cōsiliū p̄tinet. Quæ sp̄ritus suavit, ea demū eter na sunt. Intellexit hoc sapiens ille Pauli p̄ceptor Gamaliel. Sinite inquit illos. Quoniā si est ex homibus cōsiliū hoc, aut opus dissoluet, Si vero ex deo est, non poteritis dissoluerē. Dissolutū fuit cōsiliū Theode, dissolutū conciliū Iudæ. At apostolorū conciliū, quot pontifices, quot reges, quot

## ENARRATIO PSALMI

præfecti conati sunt opprimere carceribus, supplicijs, morte, immo exquisitissimis mortis generibus: Adeo nihil p̄fesserūt, vt auxerit etiã euãgelij gloriã illorũ immanitas. Nihil æternũ esse potest, nisi quod approbauerit is qui finẽ non habet. Qui turrim Babel extruxerãt, rem æternã moliebantur. Verũ cõfusis lingujs dissipauit deus consiliũ impiorũ. Quot reges admirandis pyramidibus erectis, idem conati sunt: & horũ cõsiliũ irrisit deº. Soli p̄j qd volũt assequunt̄, quippe qui ea via ad id contendũt, quam nouit dominus. In hac p̄cedit suos, autor & idem fortunator eorũ quæ gerunt̄. Impij quoniã ea via nitunt̄ ad id qd destinarint quã ignorat dñs, frustrant̄ optatis, irritante & improbante deo qd agit̄. Durũ est enim aduersus stimulũ calcitrare, quẽadmodũ audiuit Paulus, cũ adhuc in cõsilio peccatorũ sequiret in Christianos. Huic interpretationi p̄ximus est ille sensus, Imaginemur, vt sunt, duo cõcilia, quasiq; duos populos multũ inter se dissidentes, p̄iorũ & impiorũ, quorũ alter ab Iacob oriũdus, alter ab Esau, quem deus odit, cuius etiã posteritas nihil a parente degenerat. Nã odio plusq; hostili p̄sequitur probos, hoc est vere Christianos, sed p̄sternit ac retundit illos deus, pusilli gregis sui certissimus defensor, & ita conterit, vt nunq; resurgãt, neq; p̄ualeant aduersus electos, quãtũuis oppugnẽt, quantũuis iugulent, q̄tũuis lanient. Qd̄ dixi, non tantũ ad ethnicos ptinet & Christianos, verũ multo magis ad istos noie dũtaxat Christianos, cũ re sint ethnici, & hos qui vere sunt Christiani. Alioqui si nos Ch̄iani nõ minus sitimus aurũ q̄ Turcẽ, si pro hoc vno sudamus, peieramus, fraudamus, calũniamur, belligeramur, occidimus, si non minore infania mundanã ditionẽ nobis vel paramº, vel tuemur q̄ illi, si nõ minus imo magis addicti sumus fœdis voluptatibus q̄ illi, si q̄quid est carnaliũ affectuũ magis regnat inter nos, q̄ inter illos, quid q̄so superest, qd Christianos distinguat a Turcis, præter solũ titulũ, & pauculas quasdã cerimoniolas: Et mitius odiũ est Turcis in nomẽ Christiano

norſi, q̄ malis Chriſtianiſ i vere Chriſtianos. Huiuſmodi ſi  
 quē ſenſerint, cōtrariū opibus ſuis, in hūc cōſpirāt, hūc op-  
 primūt, hunc amoliunt, ac ſi queāt, funditus perdūt. Sed ca-  
 ro non poteſt extinguerē ſpiritū dei. Sicut impij ſunt quiſq̄  
 quiliā, velut in nihilū redacti, vt qui deſcuerint ab eo, qui  
 dicit, Ego ſum qui ſum, ita cōſiliū illorum perit. Arbor ſuc-  
 ciſa foeliciuſ etiā repullulaſcit, ac fruticat. Virtus oppreſſa,  
 clariuſ emicat. At impiuſ ceu puluiſ vento diſſipatuſ, totuſ  
 ac citra reſtituēdi ſpem perit, qui & hoc quod tantis ſudoriſ  
 bus congeſſit, vel morte cogit relinquere, & in futuro ſecu-  
 lo a foeliciū animarū cœtu ſeduditt̄. Reſurgunt enim & il-  
 li, cū ſcriptū ſit, Omneſ quidem reſurgemus, at non reſur-  
 gūt ad vitā, nec inter agnoſ, hoc eſt in iudicio iuſtorū, ſed in  
 ter hedoſ. Quādoquidē opinor hūc genitiuū ad vtrāq̄ par-  
 tē eſſe referendū. Tunc ſtabūt iuſti in magna cōſtantiā. Cō-  
 tra impij, ſuam agnoſcēt infaniā. Nec hiſcere poterūt aduer-  
 ſuſ manifeſtā dei iuſtitiā, & irrita ſua conſilia ſeris lachry-  
 miſ deplorabūt. Neq̄ tñ cognoſcent a domino, q̄ hic nolu-  
 erunt cognoſcere. Foeliceſ illi quos deuſ dignat̄ agnoſcere.  
 Abrahā fidelē agnoſcit. Nunc cognoui q̄ timeaſ dominū.  
 Adam peccatorē nō nouit, ſed velut de ignoto querit. Adā  
 vbi eſt? & in euāgelio Luce, peccatoreſ dicēteſ, Domine do-  
 mine aperi nobiſ, audiuit. Neſcio voſ vnde ſitiſ. Ac ruſſum  
 inſtāteſ. Māducauimur corā te & bibimur, & in plateiſ nō-  
 ſtriſ docuiſti, audiēt. Neſcio voſ vnde ſitiſ. Diſcedite a me  
 oparij oēſ iniquitateſ, ibi erit fletuſ & ſtridor dentiū. Cū vide-  
 rituſ Abrahā, Iſaac & Iacob, & omneſ prophetaſ in regno dei,  
 voſ autem expelli forā. Sic audiūt & fatuæ virgineſ apud  
 Matthe. Neſcio voſ. Ad eundē modū Pauluſ. Qui aut̄ igno-  
 rat ignorabiſ. Et viāſ quę a dextris ſunt, nouit dñſ, quę a ſi-  
 niſtriſ ſunt nō nouit. Quare nō nouit? quia nō nouit puer  
 ſa, q̄ ſuapte natura rectuſ eſt. Idē eſt deo videre & noſſe. Adā  
 nō videbat pſentem, & Nathanaelē viderat anteq̄ eſſet ſub  
 ficu. Q̄ ſi cui libebit iuxta ſuperiorē priorū & peccatorū diſ-



## ENARRATIO PSALMI

stinctionē scrupulosius excutere, impij nō surgūt ī iudicio. Nā iuxta Christi vocē, qui nō crediderit, iā iudicatus est, vt cuius peccata manifesta sunt p̄cedentia ad iudiciū, quē ad modū scripsit Paulus, Summam ac deploratā malitiā vocat impietate. Quid opus iudicare eos, de quibus ipsa iam vita palā flagitiosa pronunciauit. At peccatores surgunt quidē in cōsilio, sed nō in cōsilio iustorū, & iudicabūtur quidē, sed inter impios. Ergo nec pijs iudicabunt, quorū certissima salus, nec impij, quorum certa damnatio. At de rebus ambiguis solet in consilijs, ac iudicijs agitari. In impios iā p̄cessit iudiciū, in pijs superuacaneū est iudiciū. Proinde de solis peccatoribus fiet cognitio. Et quos appellat peccatores? Nempe istos, qui ex bono, maloq; cōmixti sunt. Qui fidē & professionē habēt piōrū, vitā impiorū, quemadmodū facit hodie Christianorū vulgus, Confitetur Christū, decātat, laudat, celebrat. At oīs vitæ ratio longe a Christi p̄ceptis dissidet. Si roges num credāt euangelio, bona verba inquirunt. Credo maxie. Cur igit̄ non viuīs iuxta euangelium? iam mussant. Si roges, an credāt nos resurrecturos? affirmant se toto animo credere, & tamē ita viuunt, quasi post hanc vitam nullam expectent aliā. Vidēt quid sit optimū, at affectibus corrupti, ad pessima deflectūt. Hos q̄niā ancipites sunt, & velut ex ethnico & Christiano cōflati, in consiliū vēturos scribūt, non vt salui fiant cū pijs, sed vt impijs aggregent, & de quibus ante dubitari poterat, ad vtrā factionē pertinerent consilio palā fiat, illos non ex titulo, neq; cerimonia, sed ex pietatis officijs æstimādos. Audio cognomē Christiani, vis deo baptizatū, audio confitentē, video orantē, video sacrificantē. At facta video parū cū his cōgruentia. Nō audeo gentile pronūciare, nec possum tñ Christianū, Et forte de his nō vult a nobis p̄nunciari dominus. Seruent̄ suo iudicio, seruentur suo iudici, Quis enim si videat, p̄phetantē, si euāgelizantē, si miracula edentē, si dēmonia eiicientē, ausit impiū iudicare? At istos quoq; reicit iudex in euāgelio, & in ignē

æternū abire iubet: Hoc est igit̃ iudiciū, quēadmodū ait ipse  
 Christus apud Ioannē, quia lux venit in mundū, & dilexe-  
 runt hoīes magis tenebras q̃ lucē. Viderūt lucē Christi per  
 fidem, at tenebras magis amplexi sunt, & Christū ut cunq̃  
 diligūt peccatores, sed illa magis diligūt, ob quorū cupidita-  
 tem, a Christi p̃ceptis desciscunt. Cupio neminē lēdere, sed  
 dulcis est honor. Nolim fraudare, sed vincit lucrū. Cupio cō-  
 pati cum Christo vt conregnem, sed auocāt voluptates. No-  
 lim bello conflictari, sed non patet alia ad dilatandū impe-  
 rium via. Huiusmodi mortales omnes surgūt quidē in con-  
 silio, sed nō in cōsilio sanctorū. Annotandū & illud. Nō di-  
 xit perituros impios sed viā impiorū, ipsi supererūt ad p̃ces-  
 nam, sed frustrabunt̃ optatis, nō assequent̃, qđ tanto tumul-  
 tu moliebant̃, immo oīa in diuersum cedēt. Ergo si beatissis-  
 mum illud beati cognomen velimus assequi, demus operā,  
 vt non solum professione, nō cerimonijs tantum, sed vita fa-  
 ctisq̃ Christum vnicum beatitudinis autorē exprimamus,  
 cui laus & gloria sine fine. Amen

Finis Cōmentarij in psalmū Beatus vir. &c.

### PERORATIO

**H**Abes mi Beate Rhenane Xeniolū plusq̃ extpari-  
 um, nec quale tu p̃merebaris, sed quale mihi tū, p̃-  
 tēporis rōe parare licuit. Sed heus tu, Caue putes  
 me passurū, vt gratis hoc auferas. In alijs sane pul-  
 chrū sit nō meminisse beneficij qđ dederis. Hic ius est qđ de-  
 deris, vř cū foenore reposcere, & pulchrū est qđ accepis, mul-  
 ta cumulatū vsura reponere. Præsertim cū plus habeat qui  
 accipit, nec minus tamen relinquat̃ ei qui dat. Prorsus igit̃  
 expecto, vt quod apud Homerū Glaucus fuit Diomedī, id  
 Erasmo sit Beatus. Quo beatior es, hoc tibi proclui⁹ est in-  
 gentia depromere. Nos tenues qualiacunq̃ largimur, non  
 tā vt donemus, q̃ vt ad donandū prouocem⁹. Bene vale, &  
 enitere vt indies magis ac magis esse pergas quod diceris.

Aa iij

ODE DICOLOS, DISTROPHOS, AL-  
tero versu Heroico Hexametro, altero Iam-  
bico dimetro. De casa natalicia pueri IE-  
su, deq; paupere puerperio virgi-  
nis deiparæ Mariæ.

**E**Cquid adhuc veterū sequimur spectacula rerum?  
Huc huc frequentes currite.  
Hæc casa, quæ lacera & stat agrestibus horrida cul-  
Nouum dabit spectaculum. (mis,

Quale nihil seclis proauū videre vetustis,  
Nihil videbunt posteri.  
Hic cuius tonitru tellusq; tremiscit & æther,  
Teneris crepat vagitibus.  
Hic orbis magni moderator maximus, infans  
Virginea mulget vbera.  
His ego non stabulis augusta palatia Romæ  
Fœliciora iudicem.  
Non (operosa licet) Solomonia templa, nec auream  
Lydi tyranni regiam;  
Salua dara domus, cœloq; beatior ipso,  
Partus sacrati conscia.  
Iure tibi Iouis inuideant capitolia falsi,  
Diuis superba faxeis.  
Aegyptus sancta inuideat cunabula, monstris  
Finem datura turpibus.  
Nec minus apta deo es, quod hiantibus vndiq; rimis,  
Imbres & Euros accipis.  
Quod Iodiciis egens, rigidoq; incōmoda feno  
Fœtus rubentes excipis.  
Talia nascentem decuere cubilia Christum, vt  
Qui dedocere venerit  
Fastum, nullaq; non suadentem turpia luxum,  
Non hic renident purpuræ,

Sertaue frondea, non imitantes fulmina tædæ,  
Non mensa sumptuosior,  
Nec strepit officijs domus ambitiosa, nec alti  
Fouent puerperam thori,  
Pannosus iacet in duris præsepibus infans,  
Diuinus attamen vigor  
Emicat, & patrios vagitu dispuit ignes.  
Sensere præsentem deum,  
(Quodq; licet) puero iumenta tepentibus auris  
Frigus decembre temperant.  
Vpilio calamis iisdem, quibus ante capellis,  
Agréste, sed piùm canit.  
Aethereiq; chori volitant cunabula circum,  
Vt mensibus vernis, apum  
Degenerem simul ac pepulere examina regem,  
Regi nouo, fauentibus  
Applaudunt alis, sublimemq; agmine tollunt,  
Sic turma cœlitum duci  
Circumfusa suo, gaudens stupet, atq; iacentem  
Pronis adorat vultibus,  
Et natalitium sonat ad præsepia carmen,  
Coniux pudicus interim,  
Fusus humi, magnum trepidus veneratur alumnum  
Porro puella, nobilis  
Pars bona spectaclæ, defixis hæret ocellis,  
Primumq; sese non capit,  
Seq; suumq; stupens genitrix virguncula partum,  
Nulli marito debitum.  
At simul eiecit pietas materna stuporem,  
Prædulce pignus corrípit,  
Ac modo porrectis prohibet vagire papillis,  
Modo tepente frigidum  
Blanda fouet gremio, paruisc; dat oscula labris;  
Nunc pectori adprimit suo,

Nunc bleſo teneros inuitat murmure ſomnos,  
Amabili inuicem modo,  
Lætam prole deo videas geſtire parentem,  
Prolem parente virgine.

Finis Odae natalitiæ.

D. ERASMI ROTERODAMI,  
expoſtulatione IEſu Cum homine  
ſuapte culpa pereunte.

**C**um mihi ſint vni bona, quæ vel frondea tellus,  
Vel olympus ingens continet,  
Dicite mortales, quæ vos dementia cœpit?  
Hæc aucupari vt vn̄ deus  
Malitis, quæ de proprio depoſcere fonte,  
A deo benigno, & obuio?  
Mendaceſq; iuuet trepido, miſeroq; tumultu  
Umbras bonorum perſequi?  
Pauci me, qui ſum veræ largitor & auctor  
Fœlicitatis, expetant?  
Forma rapit multos, me nil formoſius vſq; eſt,  
Formam ardet hanc nemo tamen,  
Suspiciunt Ceras, antiquaq; ſtemmata multi,  
At me quid eſt illuſtrius?  
Vt qui ſim genitore deo deus ipſe profectus,  
Genitrice natus virgine,  
Vnde ſit, vt mecum vix geſtiat vnus & alter  
Affinitatem iungere?  
Maximus ille ego ſum cœliq; ſolique monarcha,  
Seruire nobis cur pudet?  
Diues item, & facilis dare magna, & multa roganti,  
Rogari amo, nemo rogat.  
Sumq; vocorq; patris ſummi ſapientia, nemo

Me consulit mortalium,  
Ipse ego sum ætherei splendorq;, decusq; parentis,  
Me nemo stupet, aut suspicit,  
Sum firmus iuxta, ac iucundus amicus amico,  
Me pariter, ac meas opes  
Candidus, atq; lubens charis impertio, nemo hanc  
Ambit necessitudinem.  
Sum via qua sola cœli itur ad astra. tamen me  
Terit viator infrequens.  
Cur tandem ignarum dubitat mihi credere vulgus?  
Aeterna cum sim veritas.  
Pollicitis cur stulte meis diffidere perstas?  
Cum sit nihil fidelius.  
Auctor ad hæc vitæ cum sim vnicus, ipsaq; vita,  
Cum sordeo mortalibus?  
Lux ego sum, cur huc vertunt sua lumina pauci?  
Dux, cur grauantur insequi?  
Viuendi recte certissima regula solus,  
Aliunde formas cur petunt?  
Ipse ego sum solus vera, & sine velle voluptas,  
Quid est q; ita fastidiosus?  
Vnica pax animi, quin huc deponitis ægri  
Curas edaces pectoris?  
Si benefacta truces etiam meminere leones,  
Referuntq; beluæ vicem,  
Respondere feri merito didicere tracones,  
Si meminit officij canis,  
Si redamant aquilæ, redamant delphines amantem,  
Cur efferacior feris,  
Me me non redamas homo? cui semel omnia feci,  
Quem condidi, quem sanguine  
Asserui proprio, propriaq; a morte recepi  
Dispendio vitæ volens.  
Si bos agnoscit dominum, si brutus asellus

Agnoscit altorem suum,  
Cur me solus homo male gratus, nosse recusas,  
Et conditorem, & vindicem?  
Vnus ego hic tibi sum cinctorum summa bonorum?  
Quid est quod extra me petas?  
Quorsum distraheris per tot dispendia grassans  
Laboriosa inertia?  
Sum placabilis, & pronus miscerescere, quin hoc  
Miser ad asylum confugis?  
Idem iustus, & implacabilis ultor iniqui,  
Cur non times offendere?  
Corpus ego, atq; animum nutu sub tartara mitto  
Nostri metus vix vllum habet.  
Proinde mei desertor homo secordia si te  
Adducet in mortem tua,  
Præteritum nihil est, in me ne reiſce culpam,  
Malorum es ipse auctor tibi.  
Nam quid adhuc superest: si te neq; prouocat ardens,  
Suiq; prodiga charitas,  
O bis marmoreum pectus, neq; mitigat vnq;  
Adeo profusa benignitas,  
Si neq; tantarum vel spes certissima rerum  
Expergeficit, & allicit.  
Si neq; tartaræ cohibet formido gehennæ,  
Nec vllus admonet pudor,  
Immo si durant magis hæc, adduntq; stuporem  
Tam multa, tamq; insignia,  
Vt facile immanesq; feras, chalybemq;, petramq;  
Rigore victo molliant.  
Quid faciat pietas, quibus artibus abstrahat vitro  
Deuota morti pectora?  
Inuitum seruare, nec est mentis puto sanæ  
Et patria prehibet æquitas,

Finis.

## CARMEN IAMBICVM

Non inuenusto antiquitas ænigmate  
Studij magistram, virginem  
Finxit Mineruam, ac literarum præfides  
Finxit Camœnas virgines,  
Nunc ipse virgo matre natus virgine,  
Præsideo virgineo gregi,  
Et sospitator huius, & custos scholæ,  
Adfunt ministri virgines,  
Pueros meos mecum tuentes angeli  
Mihî grata ubiq; puritas,  
Decetq; studia literarum puritas.  
Procul ergo sacro a limine  
Morum arceant mihî literatores luem,  
Nihil huc recipiant barbarum,  
Procul arceant illiteratas literas,  
Nec regna polluant mea.

## SAPPHICVM.

Cœperit faustis auibis precamur,  
Semper augescens meliore fato,  
Hic nouæ sudor nouus officinæ.

Auspice IESV.

Hic rudis (tanq; noua testa) pubes  
Literas graias, simul & latinas,  
Et fidem sacram, tenerisq; Christum

Combibet annis.

Quid fuit læta sobolem dedisse  
Corporis forma? nisi mens & ipsa  
Rite fingatur, studijsq; castis

Culta nitescat.



Stirpe ab hac sensim noua pullulabit  
Ciuum proles, pietate iuxta, ac  
Literis pollens, breuiterq; regno

Digna Britanno.

Ludus hic syluæ pariet futura  
Semina, hinc diues nemus vnde quaq;  
Densius surgens decorabit Anglum

Latius orbem.

### IMAGO PVERI IESV

in ludo literario, quem  
nuper instituit  
Coletus.

Discite me primum pueri, atq; effingite puris  
Moribus, inde pias addite literulas.

### CARMEN PHALECIVM.

Sedes hæc puero sacra est IESV,  
Formandis pueris dicata, quare  
Edico, procul hinc faceffat, aut qui  
Spurcis moribus, aut inerudita  
Ludum hunc inquinet eruditione,

### ALIVD.

Quin hunc ad puerum pueri concurritis omnes?  
Vnus hic est vitæ regula, fonsq; pia.  
Hunc qui non sapiat, huius sapientia stulta est,  
Absq; hoc vita hominis mors (mihî crede) mera est,

# IN LAUDEM MICHAELIS ET

angelorum omnium, Ode dicos

hendecasyllaba Sapphica,

suffigenda in templo

Michaeli sacro.

**C**œlitū princeps Michaele, &  
Spūs sacri, libeat p̄camur (oēs  
Supplicū votis tribuisse p̄nas  
Cœlitus aures.

Sordide sed ne merito canentum

Sordeant odæ, citus huc ab arce

Deuolet fulgente, Seraph decoris

Igneus alis.

Qui foco sacro vsq; calentis aræ

Calculum viuum rapiens (vt olīm)

Applicet nostris placidus libellis

Oraq; tergat.

Luridæ quicquid macule, perurat,

Desidem pellens animo teporem.

Ignes cantent aces (vt æquum est)

Ignea verba,

Porro tu primas tibi vendicato

Carminis partes Michael beate,

Primipilari duce quo triumphant

Agmina cœli.

In quibus luces, itidem, vt pyropus

Nobiles inter radiat lapillos,

Vt ve formosus socia inter ardet

Lucifer astra.

Ius tibi summum necis atq; vitæ,

Tradidit magni moderator orbis,

Tu potes seruare probos, & idem

Perdere fontes.

Tu piorum tutor & aduocatus  
Tu dei in templo nitidas ad aras,  
Visus es dextra tenuisse plenam  
Thuris acerram,  
Inde surgens fumus odore multo,  
Ibat ad summi solium tonantis,  
Ac dei nares liquidi iurabant  
Dona vaporis.  
Tu pias lætis animas reponis  
Sedibus, cantu procul audiendo  
Squalidis olim gelida exciebis  
Funera bustis.  
Quam dedit lætos pia turba plausus,  
Cum graui cœlum quateret ruina,  
Hostis & serpens veterator, acri  
Non sine pugna.  
Illi sublimes subito sub auras  
Emicās, septem (stupuere cuncti)  
Ora tollebat, colubris tumebant  
Colla trecentis.  
Flammeis ardens oculis, auernum  
Virus efflabat furiale monstrum,  
Fulminisq; instar, piceos fomebat  
Faucibus ignes.  
Te nihil terret rabies minacis  
Beluæ, sed vi domitam superna,  
Cogis absorptam, superas ad auras  
Reddere prædam.  
Quæ tuas fuluas fugitat sub alas  
Læta, præsentis sed adhuc periclo  
Palpitans, elapsa velut rapaci  
Ales ab vnguī.  
Ergo ne quid iam trepident, cadauer  
Triste deturbas, labat ac labantis

**Pondus exhorrens, aperit profunda  
Tartara tellus.**

**Non secus, q̄ si Siculo Peloro  
Pendulum in fluctus abeat cacumen,  
Territum cedit, refluxumq; late  
Diffilit æquor.**

**Ferreis illic domitus cathenis,  
Horridum quassat caput, ac minatus  
Multa ne quicq̄, furibundus iras  
Voluit inanes.**

**Te manet Palma o michael suprema,  
Te noui plausus, tibi non iniquas  
Impius pœnas dabit antichristus,  
Orbe leuato.**

**Lætus idcirco meritos vterq;  
Orbis, en hymnos canit, altus æther  
Indyto gaudet duce, gaudet æque  
Præside tellus.**

**At meri cantus celebrantur istic,  
Hic (vti res sunt variæ atq; mixtæ)  
Reddimus proni querulis remixta  
Carmina votis.**

**En vides, quantis miseri premamur  
Cladibus (nostro merito fatemur)  
Tota proh cæci terimus nephandis  
Secula bellis.**

**Sî tibi haud frustra data cura nostri est,  
Sî tibi pax non temere vocablum  
Mutuat, belli procul o cruentos  
Pelle furores.**

**Factura lenis prece, rex olympi,  
Vindicem condat miseratus ensem,  
Feriâs donet, referatq; fessis  
Ociâ terris,**

De singulari Laude  
Gabrielis angeli.

**T**E quibus digne recinemus odis,  
Gabriel, quē rite chor<sup>o</sup> supnus  
Proximū primo colit: O tonātis  
Armiger alti.

Illius tu strenuus adminiſtras  
Bella, nec quiſq̃ melior, piorum  
Caſtra tutari, & rabidas nocentum  
Frangere vires.

Tu tenes oracula ſacra, te olim  
Nuncio, caſus didicit futuros,  
Ille, quem inſonti leo gaudet atrox  
Lambere riſtu.

Tu Zachariæ vetulo marito,  
Thura dum feſtis adolet ſacellis,  
Pignoris ſeri ſubitus ſtupenti  
Nuncius adſtas.

Cuncta quid fruſtra ſequimur canendo,  
Illius dulce eſt meminiſſe nunciij,  
Lætiſ quo nil lachrymoſus vnq̃  
Audiſt orbis.

Nec ſalus olim, nec ſpes ſalutis  
Vlla erat, ſed mors ſtygijs proſecta  
Sedibus, gentem rapiebat omnem,  
Vindice nullo.

Tum nouas author meditatatus artes,  
Ipſe vt inuiſat homo factus orbem,  
Te rei tantæ Gabriel, miniſtrum  
Deligit vnum.

Aduola terris, ait, & ſaluta  
Virginem, matrem mihi mox futuram.

Fac sacramentum tege, ne ille sciscat  
Callidus hostis,  
Sic opus facto, neq; plura fatus  
Ille, tu lapsu placido volucres  
Dissecas nubes, decorasq; pictis  
Aethera pennis.  
Qualis aduersos feriente nymbos  
Sole, respundet (monumenta pacti  
Iris antiqui) varioq; coelum  
Cingit amictu.  
Vidit obliquis oculis volantem  
Dextero coelo, metuitq; latis  
Incubans terris draco, luridoq;  
Palluit ore.  
Tecta tu pernix Nazarea tangis,  
Mox & illapsus thalamis pudicæ  
Virginis, mandata refers sereno  
Regia vultu.  
Nostra cui primū hic lyra gratuletur  
Hæsitat, mundone malis leuato,  
An deo scætæ potius puellæ  
An tibi diue  
Conscio mentis, meritoq; summis  
Rebus accersi, tibi tam sacrato,  
Tameq; foelici licuit vel vni  
Munere fungi.  
Noster, o, salue bone pacifer, qui  
Surculum adportans oleæ virentē,  
Nuncias primus, meliora meritis  
Secula terris.

DE LAYDE RAPHAELIS.

Proxime primis Raphael canere,  
Ordinis pars non humilis superni,  
Tute nam clarum comitem duobus  
Tertius addis.

O salus, ac certa hominum medela  
Rebus afflictis, ope cuius olim  
Reddito vidit reducem Thobias  
Lumine gnatum.

Nec modo saluum, sed & ære largo  
Diuitem, multa serie clientum  
Diuitem, ac longis gregibus nouaq;  
Coniuge lætum.

Ethnici Phœbūq; genusq; Phœbi,  
Saxeos olim coluere diuos,  
Hos rati morbis dubijs rogatam  
Ferre salutem,

Nos magis nos te colimus, potentem  
Vel nigro manes reuocare ab Orco,  
Rursus & pigris animā liquentem  
Spargere venis.

Tu simul membrīs, simul o medere  
Mentibus præsens opifer, luemq;  
In tuos euheu male sæuientem  
Exige terris.

#### DE OMNIBVS ANGELIS.

Nec tacendi estis proceres ducesq;  
Cæteri nobis, breuiterq; cuncti  
Milites regis ditione late  
Cuncta tenentis.

Ambitu quem ter triplici triformem  
Dextera læuacq; frequentiores  
Cingitis, q̄ nocte silente plenam  
Sydera lunam.

O salutandi nouies beati,  
Ocium quorum mala nulla terrent,  
Certa quos diui beatintuentes  
Copia vultus.  
Inuidet vestrae miser ille forti,  
Eminus sedes quotiens ademptas  
Suspicit frendens, & inauspicati  
Poenitet ausus.  
Vespero quondam similis rubenti  
Inter aeternis rutilabat ignes.  
At simul regis diadema miles  
Ambijt audax.  
Iam pares voluens animo cathedras  
Flammeo telo, grege cum sequaci  
Ictus eiectusq;, rudem ruina  
Terruit orbem.  
Excipit partim caua styx ruentes,  
Abditur lucis bona pars opacis,  
Cursitat magnum per inane, multo  
Plurima turba.  
Densior, q̄ Cecropijs in hortis,  
Tinnulos aëris crepitus secuta,  
Euolant examina, quamq; coelo  
Decidit humber.  
Pugnat hoc vnum hæc vigil, improboq;  
Omnis incumbit studio, pios vt  
Distrahatur, tundatur, geminoq; raptos  
Funere perdat.  
Ah nefas, quantum daret illa stragem,  
Cui salus tandem? nisi frāgeretur  
Obuijs vobis, furor & nocendi  
Dira libido?  
Vestra nos tutela fidelis ortos  
Excipit, nec luce prius relinquit.



Semper hac freti nihili furentem  
Ducimus hostem.  
Imus hac tuti tumidum per æquor,  
Asperas tuti penetramus alpes,  
Viuimus vestro, morimurq; demum  
Munere tuti.  
Vos parum firmis dare robur, ijdem  
Anxios nostis gemitus leuare  
Nuncijs foelicibus, ac subinde  
Visere castos.  
Coelici ciues, adeone vobis  
Exules curæ sumus, vt uacet sic  
Obsequi nobis, pigeatq; nunq;  
Sortis iniquæ?  
Nuncijs crebri volitatis, inter  
Arduos coelos, humilesq; terras  
Hinc preces fertis querulas, at istinc  
Dona refertis.  
Porro nos tantis meritis (quod vnum  
Possumus) gratos memori camœna  
Reddimus cantus, ferimusq; templis  
Dona dicatis.  
Ferias anno referente sacras,  
Coelat hic festus simulachra fumus,  
Hic chorus supplex manibus facessit  
Vota supinis.  
Quæ patris summi penetrêt ad aures  
Semper, ac per vos rata sint precamur,  
O patroni præsidiumq; foelix  
Christigenarum.

τέλος τῶ θεῶ χάρις

ERASMI ROTEROD.  
Carmen Iambicum, ex voto dicatum Virgini  
Vualsingamicæ apud Britannos.

ὦ Χαῖρ' ἰσσοῦ μητρες ἐυλογημέναι,  
μόνη γυναικῶν βροτόκος καὶ παρθένος,  
ἄλλοι μὲν ἄλλας σοὶ διδύσασιν δωρεάσ,  
ὁ μὲν γε χρυσόν, ὁ δὲ πάλιν τὸν ἄργυρον,  
ὁ δὲ τιμίσσ' φέρον χαρίζεται λίβρον,  
ἄνθ' ὧν ἀπαιτῶσ' οἱ μὲν ὑγιαίνην δέμας,  
ἄλλοι δὲ πλεῖν καὶ τινες γυναικίαι  
κυῶντος ἐρατὸν ὄνομα ἐλπίζαν πατρὸς.  
Πυλίσ τινέσ' γέροντος αἰῶνας λαχέην  
αὐτὸς Δάοιδός, ἐυμενής, πένης ῥόμως  
στίχους ἐνίσκας, ὃ γὰρ ἔξ' ἐστ' ἄλλοσι  
δός' εὖσ' ἀμαθίην ἐυτελεσάτης, γέρας  
μέγιστον αἰτῶ, βροσέβῃ τήν καρδίαν  
Πασῶν βᾶπαξ ἀμαρτιῶν ἐλευθέρην.  
ἔυχὴ τ' ὄβρασ' μὲν.

Opus hoc Gerbelius cōmendat  
Lectoribus.

Omnibus in terris nihil est vernantius hybla,  
Vndiq; odoriferis hybla referta rosis.  
Attica diuitijs frondenti cedit Hymeto  
Floriferis cur non cederet illa iugis?  
Gratius est illis multoq; venustius aurum,  
Quod rapidis vectat Thracius Hebrus aquis.  
Candidus ille Liber Sícula preciosior hybla  
Exuperat quicquid pulcher Hymetus habet.  
Huic caput inclinat diuinum Oeagrius Hebrus,  
Huic tribuunt palmam totius orbis opes.  
Hyblam destituent flores, marcebit Hymetus,  
Semper florebit candidus ille liber.

Nicolaus Gerbellius candido  
Lectori. S.

Cum opus hoc elegantissimum, absolutumque numeris omnibus, pro communi omnium studiosorum utilitate D. Erasmus edere statuisset. Tamen si demandare nobis id oneris potuisset, tamen ut est mansuetissimus, plurimum nos rogauit, ut perquam vigilanter editioni aduigilaremus, quo castigatius, limatiusque in manus veniret studiosorum. Curam impedimus praemagnam, tulimusque quicquid, vel humeri, vel vires omnes ferre potuerunt, verum non usque adeo nos etiam in minutissimis quibuscumque obstringimus, ut nihil sit usquam neglectum, nihil praetermissum, nihil oculos nostros suffugerit. Nam qui fieri potuit, ut tot interim defatigato audientibus, tot casibus, tot iurgijs, tot iuribus, tot iniurijs, non nihil obreperet somni? Speramus tamen candidum Lectorem ea fore modestia, eo candore, ea dexteritate, ut nostram agnoscat diligentiam. atque si quid secus quam volumus exciderit, veniam impertiri nobis non grauetur, minime ignarus aliud fere nos nihil spectasse, quam studiosorum utilitatem, quam amorem quo Erasmus suum vnice Gerbellius cõplectitur. Viue foelix:

Excusum est hoc opus summa cura, laboreque praemagno. Argentorati apud Mattheum Schurerium Mense Iunio, Anno M. D. XVI.

REGNANTE MAGNANIMO IMPERATORE  
PE. CAESA. MAXIMILIANO.  
P. F. AVG. P. Q. P.